




The Institute of Medical Science's
LIBRARY
Toronto, Ontario

RELATIONS POLITIQUES

DES

COMTES DE FOIX

AVEC LA CATALOGNE

JUSQU'AU COMMENCEMENT DU XIVe SIÈCLE

PAR

Ch. BAUDON DE MONY

TOME SECOND

PARIS
ALPHONSE PICARD ET FILS, LIBRAIRES-ÉDITEURS
82, RUE BONAPARTE, 82

1896

RELATIONS POLITIQUES

DES

COMTES DE FOIX

AVEC LA CATALOGNE

MACON, PROTAT FRÈRES, IMPRIMEURS.

RELATIONS POLITIQUES

DES

COMTES DE FOIX

AVEC LA CATALOGNE

JUSQU'AU COMMENCEMENT DU XIVe SIÈCLE

PAR

CH. BAUDON DE MONY

TOME SECOND

PARIS
ALPHONSE PICARD ET FILS, LIBRAIRES-ÉDITEURS
82, RUE BONAPARTE, 82

1896

RELATIONS POLITIQUES

DES

COMTES DE FOIX

AVEC LA CATALOGNE

JUSQU'AU COMMENCEMENT DU XIVe SIÈCLE

PIÈCES JUSTIFICATIVES

1

13 JUIN 1007

Donation par Ermengaud Ier, comte d'Urgel, au monastère de San Cerni de la moitié du cens qu'il perçoit en Andorre et de la totalité de ses droits d'albergue dans cette vallée.

Hoc est translatum fideliter factum X kalendas aprilis, anno dominice incarnacionis $\overset{o}{M}\overset{o}{C}\overset{o}{C}XX$ nono, a quodam instrumento cujus series sic habetur:

In nomine Domini et Salvatoris nostri Jesu-Christi, ego Ermengaudus, Dei gracia, comes et marchio, magnum nobis et satis licitum esse videtur domum Domini Dei hedificare et de rebus meis honorare adque concedere, audiente me predicacionem sanctorum Patrum, quia helemosina a morte liberat animam, cognoscente me peccati macula onustum, compunctus divina pietate, ut pius et misericors sit Deus in peccatis meis. Propterea placuit in animis meis et placet ut karta donacionis fecissem sicuti et facio ad domum Sancti Saturnini cenobii, qui est situs in comitatu Urgello super flumen Valeria: id

est censum de valle Annorense, ipsa medietate ab omni integritate et ipsas meas paratas ab integrum totas ; et abet affrontaciones valle Annorra, de oriente in comitatu Cerdaniense, et de meridie in Rivo nigro, de parte vero occiduo in comitatu Pallearensis, et de parte autem circi in termino de Savartensi. Quantum inter affrontaciones includunt, sic dono ego Ermengaudus, comes et marchio, ipsum meum censum, sicut superius scriptum est, ad domum Sancti Saturnini cenobii, jamdictum, totum ab integrum, ut, ab hodierno die et tempore, teneant monachi Sancti Saturnini servientes secure et libere et sine blandimento alicujus non servientis. Quod si ego donator aut ullus homo qui contra hanc donacionem venerit ad irumpendum, non hoc valeat vindicare, set fiat ei sicut psalmista cecinit ex ipsis qui hereditatem sanctuarium Dei injuste desiderant possideri vel possident, quia, ut ignis comburit silva et flama comburet montes, ita persequat eum Deus in tempestate sua et in ira sua turbet eum vel eos qui fecerunt aut consilium dederunt, cum Datan et Abiron quos, vivos, terra absorbuit, vel cum Juda, traditore, porcionem accipiat et insuper a regno Dei alienus permaneat et iram Dei incurrat, nisi emendaverit ad jamdictam ecclesiam ; et insuper in fisco regis non demoret deponere auri libras XX. Et in antea ista donacio firmis permaneat omnique tempore. Facta ista karta donacionis idus junii anno XI regnante Rodberto rege. + Ermengaudus chomes (s. m.) qui ista karta donacionis vel elemosinaria feci et testes firmare rogavi. Sig + num Miro. Sig + num Waldaldus. Sig + num Wilelmus. Sig + num Durandus. Sig + num Tagemundus. Sig + num Bonifilius. Sig + num Altimirus. Sig + num Witardus. Sig + num Elemares. Agericus levita et monachus qui ista karta donacionis vel elemosinaria rogitus scripsi (s. m.) die et anno quo supra.

(*Transcr.* du 23 mars 1230 (n. st.). Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Raimond-Borrel, n° 85.)

2

[8 FÉVRIER 1064]

Transactio facta inter dominum R., comitem Cerritanie, et homines ville de Merenes, quod semper servarent ei fidelitatem super eadem villa et ejus censibus ac serviciis[1].

Hic est brevis de placitum quod Raimundus, comes Cerritanie, et Adala, comitissa, habuerunt cum omnes homines de Merengs seu de predicta villa, cum ejus pertinenciis. In primis faciunt placitum vel convenientiam omnes homines de predicta villa de Merengs cum Raimundo, comite, et cum uxore sua Adala, comitissa, ut, omni tempore, sint eis fideles de predicta villa, cum suis pertinenciis et suis adjacenciis et de omnes censos atque serviciis (*sic*), que ex predicta villa exierunt retro tempore usque hodie ad seniorem qui predictam villa (*sic*) tenuit, sicut debet homo esse seniori suo; et ita donent ei omnem censum vel servicium ad jamdictos comites (*sic*) vel comitissam. Et, si quis eis tollere aut contendere voluerit predictam villam Merengs aut de predicta villa Merengs seu de predictum censum atque servicium, ut omnes homines de predicta villa adjutores sint ad jamdictos comitem vel comitissam hoc ad habere et tenere et deffendere, ad illorum opus, per fidem rectam, sine *engan* de jamdictos comitem et comitissam, quomodo melius potuerint, et sint eis adjutores super omnes inimicos illorum, sicut melius potuerint omni tempore, et ut similiter ita faciant et adimpleant predicti homines de jamdicta villa de Merengs, sicut supra dictum est, omnem servicium et conventum ad filium comitis et comitissam cui ipsi dederint comes et comitissa jamdictam villam de Merengs.

Et predictus comes et comitissa faciunt placitum et conventum

1. Analyse ancienne. — Cette pièce est sans date mais elle doit se rapporter, très vraisemblablement, à celle du numéro suivant.

cum omnes homines de jamdicta villa de Merengs, qui supradictum placitum eis et conventum tenuerint et adimpleverint omni tempore, ut eos retineant ad honorem et ut alium censum eis non adcrescant, nisi qualem fecerunt retro tempore ad illorum seniorem, et ipsos bonos usaticos, quod habuerunt retro tempore predicti comes de predicta villa, non eos tollant; et perdonant eis comes et comitissa eam leudam quod soliti erant dare in Cerritania, et, ut adjutores sint eis ad tenere et defendere predictam villam de Merengs et de supradictum censum de predicta villa, non requirant comes et comitissa ad jamdictos homines de Merengs ipsam partem quod Rodgarius comes solitus est habere de predicta villa, si Rodgarius prescriptus non eis voluerit tollere predictam villam aut de predictam villam aut de jamdicto censu. Quod si tollere voluerit predictus Rodgarius predictam villam aut de predicto censu vel de jamdicta omnia quicquam ad jamdictos Raimundum, comitem, et comitissam et noluerit cum eis et cum homines de predicta villa ipsam villam in pace retinere sine eorum *engan*, adjutores sint jamdicti et comitissa (*sic*) omnes homines ad jamdictos Raimundum, comitem, aut comitissam omnem predictam villam cum ejusdem censum ad habere et tenere et defendere, omni tempore, quo modo melius potuerint, sine ulla diminutione.

Item adprehendunt et adfirmant atque conveniunt cuncti homines de Merengs ad jamdictos Raimundum, comitem, et comitissam ut, de ista hora in antea, non habeant finem nec pacem nec societatem cum Bernardo, qui fuit vicecomes Cerritanie, nec cum ullo suo homine aut homines, sine solvemento de Raimundo, comite jamdicto, et jamdicta comitissa.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 4, n° 60, f° 20.)

3

8 FÉVRIER 1064

Sacramenta quod fecerunt homines ville de Merengs Raimundo, comiti Cerritanie[1].

Juro ego quod, de ista hora in antea, fidelis ero ad Raimundum, comitem Cerritanie, et ad uxorem ejus Adala, comitissa, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine *engan*, per directam fidem et de predicta villa de Merengs et de jamdicta omnia, sicut supradictum est. Sig + num Vitali. Sig + num Bels. Sig + num Jozfredi. Sig + num Guifredi. Sig + num Vila nous. Sig + num Seniofredi. Sig + num Ermemir Bacho. Sig + num Salomon; nos qui suprascriptum juramus et adfirmamus cum consentimento et solvemento de omnes homines de villa de Merengs et cum eorum consilio. Actum est hoc VI idus februarii in anno IIII° regni Philippi ⁘ Raimundus comes et Adala comitissa. Sig + num Guillelmi. Sig + num Henrici. Raimundus sacer qui et auctor (s. m.).

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 4, n° 61, f° 20.)

4

AVANT 1095

Sacramentale quod fecerunt B. Raimundi et A. Raimundi domno G., comiti Cerritaniensi, super castro de Ags et super omni honore quem adquisierat a Savartensi comite[2].

Juro ego Berengarius Raimundi, filius qui fui Vierne femine, ego Arnallus Raimundi, filius qui fui Raimundi Guillelmi, quod, ab hac hora et deinceps, fidelis tibi ero Guillelmo, comiti, seniori meo,

1. Analyse ancienne.
2. Analyse ancienne.

filius qui fuisti Adale, comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine *engan*, per directam fidem et, de ista hora et deinceps, ego predictus Berengarius et Arnallus *no t' dezebre* de illo castro de Ags neque de fortedis que in eo modo sunt aut in antea erunt, *no l' te vedare ne les te vedare, ni l' te tolre ni l' te contendre ni l' te vedare ne* ullam fortedam in eo constructam, nec ego nec ullus vivens per me; et adjutor *te sere a tener* et *ad aver* et *a defendre* et *a guerreiar* predictum castellum et omnes illius fortedas contra omnes homines vel feminas, sine tuo *engan* omni die vel tempore, quo tibi opus erit, et tuis qui tuum bonum voluerint; similiter et omnem honorem quem illuc adquisitam habes a Savarteso comite, sicut in tua carta resonat quoquo modo vel ingenio; et, si quis deinceps predicta omnia aut de predictis omnibus tibi tulerit aut contenderit, non mea voluntas erit nec assensus, sed, sicut prescriptum est, sine tuo *engan* adjutor tibi ero, contra omnes viventes, tibi et tuis, omni tempore, potencialiter, et de ipso adjutorio *no t' enganare ne comonir no m' en vedare* ullo modo ad ullam horam sed *a tener* et possidere et *a defendre* et *a guerciar* prephata omnia ero tibi potencialiter adjutor, tecum et sine te, contra omnes viventes, exceptus quantum vel de quanto tu me *absolvras*, tuo gradiente animo, sine forcia, per Deum et hec sancta.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 4, n° 94, f° 31.)

5

AVANT 1095

Convenientia facta inter eundem G., comitem Cerritaniensem, et R. ipsum de Aniort super castro de Lordat nec non et sacramentale quod idem R. eidem comiti super eodem castro[1].

[H]ec est convenientia que facta est et firmata inter Guillelmum, comitem Cerdanie, et Raimundum de Aniort. Convenit predictus Raimundus ad prenominatum comitem ut delibere suus fidelis caval-

1. Analyse ancienne.

larius sit et perfectus homo dominicus ; et umquam amplius de illo neque de suis faciendis non se separet, per ullum viventem nec ullo ingenio, nec, per ullorum consilium, et lucrum ullum contra ipsum de ullo vivente non accipiat nec requirat, ullo modo ; nec deinceps ad prephatum comitem alium lucrum non requirat, nisi quantum cum sua mercede et amore, suppliciter, adquirere possit ; et deinceps, omnem suum honorem quod hodie habet et habere debet et in antea adquisierit, ullo modo, et nominatim ipsum honorem pleniter quem illi donavit potencialiter, cum eo et sine eo, contra omnes viventes, et adjutor sit *a tener* et *ad aver* et *a defendre* sine suo *engan* ; et de omnibus suis guerris, quas deinceps habuerit, et factis ei, ita ut, fidelis suus miles et dominicus, adjuvet contra omnes suos ostes et de omnibus, exceptus contra vice comitissam de Beders et filium suum. Et convenit ei prephatus Raimundus ut quales fidancias et convenientias facit ad prephatum comitem, tales illi faciat facere ad patrem suum, et ambo donent predicto comiti, obsidios et federatores illos homines quos ei requisierit prephatus comes, per quos bene sit fidus ut ei hoc totum teneat et attendat pleniter, sicut hic scriptum est et in ipso sacramentale et nominatim per illos homines quos predictus comes illi dat et per alios quos ei requisierit.

Et comes ergo prelibatus, per hanc convenientiam quam ei fecit, donat ei ipsum castellum de Lordad et omnia ei pertinentia et ut, per eum, illum habeat et teneat Arnallus Guilelmi, sava (*sic*) fide comitis prephati.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 4, n° 96, f° 31.)

6

AVANT 1095

Sequitur sacramentale ejusdem Raimundi de Aniort.

[J] uro ego Raimundus de Aniort, qui sum filius Nevie femine, quod fidelis ero ad te Guilelmum, comitem, seniorem meum, filius qui fuisti Adale, comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine

ulla deceptione et sine *engan*, per directam fidem. Et, de hac hora et deinceps, *no dezebre* te, prephatum comitem, de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent neque de tuis castro aut castellis, rochas vel pujos, condirectos vel eremos, comitatos vel comitatu, alodes vel fevos, terra et honore quod hodie habes et habere debes et in antea adquisieris ; et nominatim tibi juro ipsum castellum de Lordad et omnes fortedas que in eo modo sunt aut in antea erunt, quod non eum vel eas tibi tollam nec vetabo nec contendam neque te decipiam nec te neque tuos, sed per *quantes vegades lo m' recherras ols me recherras*, per te ipsum vel per tuos missos vel missum, potestatem de omnibus, tibi et tuis deliberam dabo, quibus jusseris vel volueris tibi, sicut predictum est, et, sine te, tuis omnibus quibus volueris. Et deinceps predicta omnia ero tibi adjutor *a tener* et *ad aver* et *a defendre* contra omnes homines vel feminas, sine tuo *engan*, et tecum et sine te fideliter ; et de ipso adjutorio *no t' engannare ne comonir no m'en vedare*, per ullum ingenium, per *quantes vegades m' en recherras o m' en comonras*, per te ipsum vel per tuos missos vel missum, sicut superius scriptum est, de te, prephato comite ; post tuum obitum, *si o tenre* et *o atendre* ad tuum filium vel filiam, sive ad illum vel illam quibus dimiseris predictum castellum de Lordad et predictum hoc totum honorem, et per suam manum *lo penre* et tale sacramentum et fidantias *l' en* jurabo et faciam quales hodie juro ad te ; et hoc faciam infra primos XXX[a] dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, sine mala contentione et sine alio lucro. Sicut superius scriptum est in hoc sacramentale et in prefata convenientia, et melius dici et cogitari potest tuum commodum et tuorum, *si t' o tenre* et *t' o atendre* ego predictus Raimundus ad te, predictum comitem, totum, exceptus quantum vel de quanto tu *m' en absolvras*, tuo gradiente animo, sine forcia, per Deum et hec sancta.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 4, n° 97, f° 31.)

7

AVANT 1095

Sacramentale quod fecit A. Guillelmi, castlani de Lordat, Guillelmo, comiti dicto, super dicto castro de Lordat[1].

[J]uro ego Arnaldus Guillelmi, qui sum filius Adalaidis femine, quod, de ista hora et deincebs, fidelis ero ad te Guillelmum, comitem, seniorem meum, filius qui fuisti Adale, comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine *engan*, per directam fidem. Et, de ista hora in antea, fidelis ero ad te, prephatum comitem, de ipso castello de Lordad et de omnibus fortedis que in eo modo sunt aut in antea erunt; et adjutor semper tibi ero eum *a tener* et *ad aver* et *a defendre*, contra omnes homines et feminas sine tuo *engan*. Et per *quantes vegades lo m' recherras*, per te ipsum vel per tuos missos vel missum, sine ulla dilatione et sine tuo *engan*, ego prephatus Arnallus potestatem deliberam tibi de predicto castello et de suis fortedis omnibus dabo et tuis omnibus, quibus volueris et jusseris, tecum et sine te; et de ipsa potestate *no t' enganare* neque de predicto adjutorio *ne no la t' vedare* nec ullus vivens, per me nec meo assensu, neque ab forsfactura neque sine forfactura, per *quantes vegades m' en recherras o m' en comonras*, per te ipsum vel per tuos missos vel missum; et de predicta potestate et adjutorio *comonir no m' en vedare*, per ullum ingenium ad ullum viventem, ullo die vel hora, per Deum et hec sancta.

(*Copie*. Arch d'Aragon, reg. 4, n° 98, f° 31 v°.)

---

1. Analyse ancienne.

8

18 avril 1095

Serment de fidélité prêté par Guillaume Guitard de Caboet à Guillaume, évêque d'Urgel.

Hec est convenientia quę est facta inter domnum Guilelmum, Urgellensem ępiscopum, et Guilelmum Guitardi filium. Convenit Guilelmus Guitardi domno Guilelmo, ępiscopo, quod, de ista hora in antea, erit suus sine suo enganno, contra cunctos homines et feminas et *que* adjuvabit ei ad tenere et ad defendere et ad guerregare omnem suum honorem quem hodie habet et in antea, per suum consilium, adquisierit, contra cunctos homines et feminas, per rectam fidem, sine suo enganno.

Acta est ista convenientia XIIII kalendas mai (*sic*) anno XXX V regnante Philipo rege. Guilelmus, Dei gratia, episcopus. Sig+num Guilelmi Guitardi. Hii ambo hanc convenientiam fecerunt et firmaverunt et, ut a testibus firmaretur, mandaverunt. Sig+num Petro Arnalli. Sig+num Reimundo Ollemari. Sig+num Hisarnus Seniofredi.

Miro levita rogatus scripsit sub (s. man.) die et anno prefixo.

(*Orig.* Arch. cap. d'Urgel, armoire 7, caisse : *Bisbe y Capitol.*)

9

27 janvier 1133 (n. st.)

Ermengaud VI, comte d'Urgel, donne, en franc-alleu, à Pierre, évêque d'Urgel, tout ce qu'il possède dans la vallée d'Andorre et à Archavell.

Anno ab incarnacione Domini MC XXX II, VI kalendas februarii, venit Ermengaudus, gratia Dei, comes Urgellensis, ad Sanctam Mariam Sedis et ibi, in manu dompni Petri, episcopi, et clericorum Beate Marie in capitulo, recognoscit se de malefactis quas, contra

voluntatem Dei et Sancte Marie, in multis causis injuste egerat. Propterea placuit ei ut, pro his malefactis et pro redemtione animę suę suorumque parentum, dedit Sancte Marie ejusque canonice et dompno Petro, episcopo, et clericis Beate Marie hoc quod habebat et habere debebat, per directum sive per usaticum, in valle Andorre et in Archavello, id sunt census, ususaticos et alodia, totum ad integrum, ad proprium alodium, sine ulla reservacione, de ipso monasterio Sancti Saturnini ad *amont*. Unde prelibatus Petrus, episcopus, donat ei mille ducentos solidos de rebus predictę ecclesię. Et ego jamdictus Ermengaudus mando vobis hominibus de valle Andorra ut hoc donum quod ego facio Sancte Marie fideliter donetis ei et sitis ei adjutores et defensores contra cunctos homines vel feminas et afidetis in manu dompni Petri, episcopi, per sacramentum, quod ita attendatis et teneatis Deo et Sancte Marie et domno Petro, episcopo, suisque successoribus vos et vestri posteri, sine ullo malo ingenio. Propter hoc ego prelibatus Ermengaudus laudo et concedo vobis jamdictis hominibus ut abeatis ad [1] empramentum in meo honore et amparamentum de me et de meis hominibus meisque successoribus, sicuti umquam melius habuistis. Et si ego aut ullus successor meus aut aliquis homo vel femina hoc inquietare sive disrumpere voluerit non hoc valeat vendicare sed in duplo componat, cum sua melioracione, et, insuper, iram Dei accipiat et anathema sit ; et postea hec carta firma et inconvulsa permaneat, meo omnique tempore. Sig+num Ermengaudi, comitis, qui hoc scribtum scribere jussit propriaque manu firmavit testibusque firmare rogavit. Sig+num Arnalli Mironis, comitis Palariensis. Sig+num Petri, vicecomitis de Castelbo. Sig+num Mironis Guitardi. Sig+num Arnalli Berengarii de Anglerola. Sig+num Bernardi de Taus. Sig+num Berengarii de Petra mola. Sig+num Berengarii Arnalli de Anglerola. Sig+num Arnalli de Ponts. Sig+num Berenger de Montclar. Sig+num Gonballi, sacriste. Sig+num Poncii Geralli, archidiaconi. Sig+num Bernardi, archi-

---

1. Dans le texte il y a en cet endroit un petit espace blanc, environ la place de 3 lettres.

diaconi. Sig+num Bernardi de Benavent. Sig+num Guillelmi de Torroga. Sig+num Bernardi de Alantorn. Sig+num Bertrandi. Sig+num Bernardi Poncii. Sig+num Mironis de Agilar. Sig+num Petri Guillelmi, archidiaconi. Sig+num Berengarii de Tarascho. Sig+num Petri Mironis de Loria. Sig+num Petri Domeneg. Sig+num Guillelmi Bajuli. Sig+num Sinfre Ramon de Annorra. Sig+num Mir Mir de la Maçana. Sig+num Ramon Onofre de Ordinau. Sig+num Raimundi Guillelmi de Canillau. Sig+num Guillelmi Sancii. Sig+num Vidal Ramon de Encamp. Sig+num Ricard.

Arnallus levita rogatus scribsit et suo signo (s. man.) firmavit.

(*Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, nº 493.)

10

26 FÉVRIER 1134

Serment de fidélité prêté par Pierre Raimond, vicomte de Castelbon, à Raimond-Bérenger IV, comte de Barcelone, pour les châteaux de Saint-Martin, de Mirailles et de Cheralt.

[J] uro ego Petrus Raimundi, filius qui fui Ermersen femine, quod fidelis ero ad te Raimundum Berengarii, comitem, seniorem meum, filius qui es Dulcie, comitisse, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine *engan*, per directam fidem. Et, de ista hora et deinceps, non *dezebre* te, predictum comitem, de tua vita neque de tuis membris qui in corpore tuo se tenent, neque de tuis comitatibus vel comitatu, neque de tuis castris aut castellis, rochis, de pujis, condirectis vel heremis terris, honoribus, alodiis vel fevis quos tu, prephate comes, hodie habes et habere debes et in antea adquisieris. Et nominatim tibi juro ipsos tuos castellos quos de te teneo, scilicet : castrum Sancti Martini et castrum de Miralies et castrum de Cheralt et omnes fortedas que in eo vel in eis modo sunt aut in antea erunt, *no t'o tolre ne t'en tolre ne t'o contendre ne t'o vedare ne t'en vedare ne t'en enganare ne t'en dezebre* nec ego Petrus

Raimundi nec homo nec homines femina nec femina (*sic*), per meum consilium nec per meum ingenium nec per meum assensum; et, si homo est aut homines, femina vel femine qui tollat tibi vel tollant, vetent (*sic*) vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego Petrus Petrus (*sic*) finem nec societatem non *aure ni tenre* cum illo vel cum illis, cum illa vel illis, donec recuperatum habeas hoc totum quod perdideris de jamdictis omnibus, sine tuo *engan*, tecum et sine te; et tuis inimicis, quos sciero, guerram faciam potencialiter, tecum et sine te, dum tecum male stabunt, [et ita ?] ero, sine tuo *engan*, eorum inimicus vel earum, sicut tu ipse; et de ipso adjutorio *no t' enganare ne comonre no m'en vedare*, per ullum ingenium, per *quantes vegades m'en recherras o m'en comonras*, per te ipsum vel per tuos missos vel missum, et per *quantes vegades m'en recherras*, per te ipsum vel per tuos missos, potestatem de predictis castellis et earum fortedis que in eo vel in eis modo sunt aut in antea erunt, dabo eam tibi, sine ulla mora, et tuis omnibus quos volueris et miseris, tamen (*sic*) cum *forfetura* quam sine *forfetura*. Et *poderos ne fare* de predictis omnibus castellis et eorum fortedis te et omnes tuos quos volueris et jusseris, tecum et sine te; et deinceps ad castellanos et castellanum, utriusque sexus, qui nunc ibi sunt aut in antea erunt, et in eis eligam, sicut et ego juro, similiter jurare et affidare tibi eis faciam in sacramentali scripto et viso super altare sanctum et merita sanctorum. Tuum consilium aut consilia non *descubrire*, ad ullum tuum dampnum, me sciente; societatem non *aure ne tenre* cum tuis inimicis aut inimico aut inimica, ad ullum tuum dampnum, me sciente, neque cum infidelibus vel infideli. Justiciam neque directum *no t' vedare ne t' contendre* de me ipso neque de ullis meis; seniorem nec seniores *no fare ni affidare e feit no l' tenre*, sine tuo solvemento et de quanto me absolveris. Sicut superius scriptum est, de te, prephato comite, *si t'o tenre e t'o atendre* et, post te, ad tuum filium vel filiam, sive ad ipsum vel ipsam cui vel quibus tuum honorem dimiseris, verbo vel scriptis, et, si ista deficerent, ad ipsum vel ipsam cui hec omnia melius pertinere deberent, per te, sine tuo vel eorum *engan*, sicut melius dici vel cogitari potest de te, et *o fare* et *o atendre*. Et hoc faciam infra

primos XXXª dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, si interfuerit ille cui hec fieri debeant aut, si non interfuerit, infra istos dies, quandocumque me requisierit de hoc, faciam et attendam, sicut superius scriptum est, sine mala contentione et sine aliquo lucro, manibus meis per suam manum *o prendre* predicta omnia et tale sacramentum *l'en jurare* quale hodie juro ad te, manu mea super altare sanctum et reliquias sanctorum qui inibi habebunt. Sicut superius scriptum est, *si t'o tenre e t'o atendre* ego, predictus Petrus, ad te Raimundum, comitem, totum sine *engan* et, post te, ad predictos, exceptus quantum tu *m'en* absolveris, sine forcia, vel, post te, illi me absolverint, sine ulla forcia. Ita predicta omnia tenebo et attendam, sicut predictum est et melius dici et cogitari potest, ad tuum bonum et predictorum post te, per Deum et hec sancta. Facto sacramentale IIIº kalendas marcii anno XXVIº regni Ledovici regis.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 4, nº86, fº 28.)

11

21 mai 1135

Convention faite entre Pierre Raimond, vicomte de Castelbon, et Pierre, évêque d'Urgel, au sujet du château de Ciutat.

In anno ab incarnacione Domini CºXXX Vº post millesimum, XII kalendas junii, sic fuit facta scriptura de contencione domni Petri, episcopi, et Petri Raimundi, vicecomitis, sub tali vero conveniencia quod jamdictus Petrus mittit castrum Civitatis in manu domni Artalli, comitis, et ipse reddit eum ei, et, si Ermengaudus, comes, venerit usque ad festivitatem sancte Marie mediante augusti *a* in Urgello, fiat secundum suam voluntatem de jamdicto castro, et, si prenominatus comes non venerit usque ad jamdictum terminum in Urgello, convenit prelibatus vicecomes ad Artallum, in sua fide, et mittit ei in hominatico ut faciat directum de prephato castro ad Sanctam Mariam et ad domnum Petrum, episcopum, et ad canonicos Beate Marie, sicuti Artallus comes fecerit ei judicare per directum. Et si

ipsos directos vicecomes non potuerit reprobare per justam racionem legum et canonum, faciat eos, et, si facere noluerit, *esderroch* hoc quod ipse fecit vel facere fecit in ipso castro. Adhuc vero, si facere noluerit, reddat prenominatum castrum in manu Artalli, comitis, per *esderrochar*. Et si jamdictus vicecomes hoc facere noluerit et prelibatus comes reptaverit eum, escondigat se per unum suum militem ad alium et ipso *escondit siat* factum infra X dies postquam comes mandaverit; et unum diem ante ipsa batalla veniant ipsi milites et prenominatum castrum in manu de Babot et de Petro de Vilamur; et ipsi faciant facere ipsam batallam. Et si cavallarius vicecomitis noluerit facere ipsam batallam vel fuerit convictus, predictus Babot et Petrus *esderrochen* hoc quod vicecomes fecit ibi vel facere fecit. Et ipsi conveniunt ho[c] ad Artallum ut ita attendant, et ipsum placitum est acceptum inter illos de festivitate sancte Marie mediante augusti usque ad XXX dies vel infra, si jamdictus episcopus et vicecomes concordent eum; et, si cavallarius Artalli, comitis, noluerit facere ipsam batallam vel fuerit convictus, predictus Baboth et Petrus reddant ipsum castrum ad vicecomitem, et, si illi ad hoc non potuerint esse ambo, scilicet Baboth et Petrus, faciat unus ex illis qui ibi fuerit. Et, quando prenominatus episcopus et vicecomes placitaverint de jamdicto castro, prelibatus episcopus faciat directum ad vicecomitem de ipsis querelis quas ipse fecerit de ipso, per ipsum castrum, et vicecomes, similiter, faciat directum ad illum et ad canonicos Sancte Marie de ipso castro et, transacto primo placito, alii placiti *sian tengudeuds* (*sic*) secundum directam racionem; et, ab hodierno die in antea, usque quo ipsos directos sint facti, sicut superius scriptum est, per directum, vicecomes non condergat in ipso castro. Et jamdictus vicecomes convenit hoc totum ad Artallum ut ita faciat et attendat ei, sicut superius scriptum est, sine malo ingenio. Et, si prenominatus Artallus infra hoc obierit, vicecomes similiter faciat et attendat hoc totum, sicut superius scriptum est, ad Arnallum Mironem, comitem, sine malo ingenio et mittit hoc ei in fidelitate et hominatico; et, quandocumque Ermengaudus, comes, venerit in Urgello, de hoc quod convenit ad jamdictos comites sit solutus.

Sig + num Petri, vicecomitis. Sig + num Raimundi Arnalli.

Sig + num Arnalli de Ponts.

Et ex alia parte. Sig + num Artalli, comitis. Sig + num Arnalli Berengarii.

Baro sacerdos scripsit et hoc signum fecit (s. m.) in die et anno quo supra.

(*Orig.* Arch. nat. J. 879, n° 13.)

12

16 NOVEMBRE 1135

Donation par Ermengaud VI, comte d'Urgel, à Pierre Raimond, vicomte de Castelbon, du château de Cintat.

Res donate que in presenti tradite fuerint nullo modo repetatur (*sic*) a donatore, quia donacio, si fuerit facta sine vim (*sic*) et metu, talem habeat firmitatem qualem et emcio. Et propter hoc ego Ermengaudus, gratia Dei Urgellensium comes, et marchio Saragocensis patrie, donator sum tibi Petro Raimundo, vicecomiti Castelliboni, et uxori tuę Sebille et filio vestro Raimundo et vestre posteritati villam que vocatur Civitas, cum medietate de mea dominicatura que ibi habeo vel abere debeo vel in antea autquirere potuero, tam de terris quam de vineis, quam de ominibus, tali modo ut facias ibi castrum et mansiones et estaticam, sicuti melius potuęris secundum tuum posse. In tali vero pactu dono ego tibi ipsum castrum Civitatis, ut si ego Ermengaudus, gratia Dei comes, vel posteritas mea, requiro tibi potestatem vel tue posteritati de castro Castelliboni vel de suis terminis, ut dones mihi potestatem vel donent, exceptus de ipso castro Sancti Andręę. Et tu Petrus, vicecomes, teneas tantum vel teneant castrum Civitatis, ut non dones mihi potestatem nec mei (*sic*) posteritati, usque quo reddatur tibi castrum Castelliboni, cum suis terminis. Similiter et si ego Ermengaudus, gratia Dei comes, vel posteritas mea requiro tibi potestatem de castro Civitatis, ut dones mihi vel donent, et tu Petrus, vicecomes, teneas tantum vel teneant castrum Castelliboni, cum suis terminis, usque quo reddatur

tibi vel tuę posteritati castrum Civitatis, cum suis terminis. Et quando ego, predictus comes, vel posteritas mea tenuero potestatem uni (*sic*) ex ipsis castris, cum suis terminis, propter retencionem quod ipse Petrus, vicecomes, vel posterita (*sic*) sua fecerit de alio, solvo eum de homenaticho et de sacramento. Et insuper dono tibi medietatem de meis dominicis quod ego abeo vel abere debeo in Saviga et in Turre et in Vilela et in Cornelana et in Vilamigana et in Sosagarre et in Noves. Hec dono tibi propter servicium quod mihi fecisti et haccepi de te centum morabetinos aureos. Et est (*sic*) hec omnia in comitatum (*sic*) Urgello, in apendicio Sancti Felicis, in locho que vocatur Civitas. Et afrontet[1] (*sic*) hęc omnia a parte orientis, in flumen Valerię; de meridie, in flumine Sigoris; ab hacquilone, in Quoquollum; ab ochauduo[2], in monte Canino. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic dono vobis, sicut superius resonet (*sic*)[3].

[Et est ma[4]] nifestum, si quis contra hanc ista (*sic*) carta donacionis venerit, ad inrumpendum, aut me donatore aullusque omo vel femina aulla subrogata persona que ista carta inquietare voluerit non hoc valeat vindicare, set componat vobis in duplo. [Et in ant[5]]ea firma et stabilis permaneat, modo vel omnique tempore. Acta carta donacionis anno ab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi C̊ XX̊XV post millesimum, XVI kalendas decimbris. Sig+num Ermengaudi, gratia Dei comes, qui ista carta [mandavit[6]] scribere et testibus rogavi firmare. Sig+num Ermengaudi, filii sui. Sig+num Berengerii Arnalldi. Sig+num Raimundi Arnalldi de Anglerola. Sig+num Petro de Vilamur. Sig+num Ermengaudi de Sancti Martini. Isti sunt testes visores et auditores.

Petrus Sacer rogatus scripsit sub die et anno (s. m.) quod supra.

(*Orig.* Arch. nat. J. 879, n° 14 *bis*. — *Copie*. Bibl. nat. Armoires de Baluze, vol. 81, f°s 361-361 v°. — Decamps, vol. 60, f°s 287-288.)

---

1. Dans le n° 14, double de cet acte : *afrontat*.
2. Cf. le n° 14.
3. Dans le n° 14, *resonat*.
4. Cf. le n° 14.
5. Cf. le n° 14.
6. Cf. le n° 14.

13

2 juillet 1159

Accord passé entre Arnaud de Caboet, d'une part, et Pierre de San Juan, et ses frères, d'autre part, au sujet de la vallée de San Juan et des droits de leurs parents sur l'Andorre.

Hec est evacuatio de contencione que fuit inter A. de Caboet et Petrum de Sancto Johanne et suos de valle videlicet Sancti Johannis, quam ipse A. tenebat et predictus Petrus et sui eam, multis idoneis racionibus, suis (*sic*) juris esse afirmabant. Sed, post multa certamina, placitos et contenciones, utrorumque gratu et voluntate, ad finem venerunt et ad concordiam, ita quoque ut predictus Petrus et mater ejus et fratres et sui castrum de Arts et villam, cum omnibus terminis suis et pertinenciis ad integrum, ad proprium alodium, ad voluntatem sui et suorum semper fatiendam, habeant et possideant; similiter autem prefixus Petrus ejusque fratres et sui habeant iterum semper et possideant villam de Aoss, cum omnibus terminis suis ac pertinentiis, ad voluntatem sui suorumque semper faciendam, in proprium alodium. Cetera omnia que sunt in valle Sancti Johannis sint de predicto A. et suis, ad voluntatem sui suorumque semper faciendam, ad proprium alaudium. Omnia ergo que juris parentum nostrorum in valle de Andorra umquam fuerunt, per medietatem inter nos et nostros semper habeantur atque pariter dividantur. Aduc quoque omnes compras et plantas, que unquam Mir Gitard et uxor ejus Dolca in omnibus locis fecerunt, per medietatem inter nos dividantur. Sponsalicium autem quod Mir Gitard fecit Dolce, uxori sue, inter nos pariter dividantur (*sic*) et milites quos predictus A. habet de Arts et de Aoss absolvat eos predicto Petro et suis, ut sint deinde sui, sicut unquam de Miro Gitardi fuerunt.

Sicut predicta sunt hec omnia, sie (*sic*) ego sepedictus A. et Petrus, ad facienda predicta omnia et tenenda, hec omnino laudamus et concedimus et ego predictus A., propter hoc placitum solumodo ad tenendum tibi Petro et tuis, retipio (*sic*) te ad hominem, ut

de his predictis omnibus et aliis *fidar* et *credre* possis in me, sicut homo debet facere in suo directo seniori et, ut hec predicta omnia teneam ego et mei sine *engan* tibi semper et tuis, sicut predicta sunt.

Et ego predictus Petrus, propter hoc solummodo placitum ad tenendum tibi A., fatio (*sic*) ut de his predictis omnibus et aliis *fidar* et *credre* possis in me, sicut debet homo facere in suo directo homine et ut hec predicta omnia teneam ego et mei sine *engan* tibi semper et tuis, sicut predicta sunt.

Actum est hoc anno dominice incarnacionis C. L. nono post M. regisque Francorum Ludovici vigesimo I°. VI nonas julii. Sig+num A. de Caboet. Sig+num Petri de Sancto Johanne qui hoc scriptum scribere jusserunt, firmaverunt, firmarique rogaverunt. Sig+num Dolca. Sig+num Guillelm. Sig+num Pere de Vilamur. Sig+num R. de Castelbo. Sig+num R. de Boxedera.

A., subdiachonus, hoc scriptum scripsit et cum hoc signo (s. m.) coroboravit.

(*Orig.* Arch. nat. J. 879, n° 18. — *Copie.* Bibl. nat., Doat, vol. 161, f°s 250-251 v°.)

14

5 JUILLET 1159

Promesse faite par Bernard Sanz, évêque d'Urgel, à Pierre, à Guillaume et à Pons de San Juan de les aider à conquérir la vallée de San Juan sur Arnaud de Caboet, contre l'engagement pris par eux de la tenir en fief de lui.

Pateat presentibus et futuris qualiter ego B., Dei gratia Urgellensis episcopus, convenio tibi P. de Sancto Johanne et fratribus tuis, G. et P., quod adjuvem vos de placito et de guerra, ad conquirendam et habendam atque tenendam vallem Sancti Joannis et quod non faciam placitum vel concordiam aliquam cum A. de Chabouet, sine tuo consilio.

Similiter ego P. de Sancto Johanne et nos G. et P., fratres ejus,

convenimus vobis domino nostro B., Urgellensi episcopo, quod, propter hoc, simus solidi Beate Marie Urgellensis Sedis et vestri vestrorumque successorum et habeamus per vos et per omnes successores vestros predictam vallem Sancti Johannis, cum omni integritate, tam castella que ibi sunt vel erunt quam etiam villas que ibi sunt vel erunt et quicquid ad eandem vallem pertinent (*sic*), sine diminucione, si totam, cum Dei auxilio, vestro vel etiam, per nosmetipsos eam adquirere poterimus. Sin autem, totum quod ibi, per vos vel per nos, adquisierimus, similiter habeamus per vos et per omnes successores vestros et simus, propter hoc, solidi Beate Marie et vestri vestrorumque successorum semper, contra cunctos homines et feminas. Convenimus, insuper, vobis et successoribus vestris quod, irati sive paccati, donemus vobis et successoribus vestris potestatem de omnibus castellis que ibi sunt vel erunt infra terminos vallis Sancti Johannis, per quantas vices requisiti fuerimus a vobis vel a successoribus vestris vel nunciis vestris, sine omni contradicione ; et faciemus vobis et successoribus vestris seguimentum, omnibus oris quas nobis mandaveritis, sine omni dilacione, cum universis ominibus predicte vallis, tam militibus quam peditibus, usque Palariensem terram, a monte Bouet super Arau usque in monasterium de Gerri scis flumen Nogera, a monasterio Augerrensi usque in Taus et usque in monasterium Sancti Andręę inter pontos, ab ipso vero monasterio Sancti Andręę, usque in rivum de La vanca et usque in Tuxen, a villa Tuxen usque ad castellum Sancti Martini in Barida, a predicto quidem castello Sancti Martini usque in Annorram ; exinde autem usque in predictum montem Bouet. Ad omnia itaque loca que predictis terminis continentur faciemus vobis et successoribus vestris seguimentum omni tempore, sicut predictum est. Si vero nos non fuimus (*sic*) in valle Sancti Johannis et vos mandaveritis, per vos vel per nuncium vestrum, hominibus predicte vallis, faciant vobis suppradictum seguimentum, sine omni contradiccione et dilacione et faciemus et faciant guerram per vos omnibus hominibus et nobiscum et sine nobiscum (*sic*). Habeat preterea Beata Maria et vos et omnes vestri successores in unoquoque castello que sunt in ipso valle, videlicet in Tor et in Ceviz et

in Arts et in aliis, si qua forte ibi futura sint, *intrar* et *exir* et *guerregar* contra cunctos homines et feminas et in unaquaque villa ejusdem vallis, videlicet in villa de Tor et in villa de Ceviz et in ipsa d'Aos et de Arts et in ipsa de Ferrera unum hominem in dominicum, sicut continetur in testamento Guiglelmi Guitardi. Ipsas vero bajulias quas episcopus et ecclesia Urgellensis habet vel habere debet in predicta valle Sancti Johannis, scilicet in Ceviz et in Asnurri et in vallem (*sic*) de Ergolel et totum ipsum honorem quem hodie habet vel in antea adquisierit, abeat Sancta Maria et vos et successores vestri solide et libere et quiete, omni tempore, ita quod nos vel aliquis de nostris non faciamus ibi ullas forcas sive ullas toltas vel ullas questias, neque habeamus ibi ullum aempramentum sed sint libere ab omni nostra exaccione et violencia. Eamdem enim evacuacionem recognoscimus fecisse patrem nostrum de predictis bajulis (*sic*) et honore. Convenimus tamen vobis quod cum A. de Chabouet non faciamus placitum seu concordiam aliquam, sine vestro consilio et voluntate et quod faciamus de concordia sua quod vos nobis consuleritis vel mandaveritis. Ut hoc igitur ex utraque parte fideliter attendatur et observetur facimus vobis domino nostro ominium, propriis manibus ; et insuper juramus hoc vobis super IIIIor evangelia et omnes posteros nostros vobis et successoribus vestris hoc idem jurare semper nunc instituimus, sicut superius scriptum est. *Aisi o tenrem e o atendrem* per Deum et hec sancta. Actum est hoc anno ab incarnacione Domini M̊ C̊ L. VII̊II. II̊I nonas julii. Sig+num B., Urgellensis episcopi. Sig+num Petri Sancti Johanni (*sic*). Sig+num Guiglelmi. Sig+num Poncii qui hoc jussimus scribere et testes firmare rogavimus.

Hoc translatum fuit factum I̊II nonas julii.

Raimundus, subdiachonus, qui hoc scripsit die et anno quod supra (s. m.).

(*Transcr.* du 5 juillet [1159]. Arch. nat. J. 879, n° 17. — *Copie.* Bibl. nat., Doat, vol. 161, f°s 253-255 v°.)

15

5 avril 1162

Bail en commende du château de Montferrer consenti par Bernard Sanz, évêque d'Urgel, et le chapitre de cette ville, en faveur de Raimond, vicomte de Castelbon, avec la réserve de pouvoir en ordonner la destruction.

Hec est conveniencia necnon et concordia que facta est inter domnum B., Urgellensem episcopum, et canonicos Sancte Marie Sedis Urgellensis et R., vicecomitem de Castelbo. Ego namque predictus B., Urgellensis episcopus, et canonici prenominate Sedis commendamus tibi R., vicecomiti de Castellobono, castellum Montisferrarii ut habeas illud per nos, tu et posteritas tua, unus post alium, per fevum, ita tamen ut unus ex tuis semper habeat hoc fevum, cum toto alio honore quem tenes per episcopum et canonicos Sancte Marie. Insuper ego predictus episcopus dono tibi R., vicecomiti, de meo proprio, CC^os^ solidos denariorum monete puplice que cucurrerit in Urgello, singulis annis, in festivitate omnium sanctorum. Predictos autem CC^os^ solidos sic dono tibi in vita mea, quod, post obitum meum, nec tu nec aliquis successor tuus possis vel possit requirere a successore vel successoribus meis vel a canonicis Sancte Marie, nisi ipsi, de bona voluntate sua, tibi vel tuis dare voluerint. Comendamus vero tibi ego sepedictus episcopus et canonici Sancte Marie milites qui erunt in Monteferrario, tali condicione quod teneant castrum per te, *soltament*, et dent tibi potestatem, per quantas vices, per te vel per tuos, ab eis requesieris (*sic*), iratus vel pacatus. Cetera omnia nobis retinemus, preter illam dominicaturam quam tu ibi habere soles. Sicut supra scriptum est tibi concedimus, tali condicione ut sis meus solidus in vita mea, contra cunctos homines vel feminas, per fidem sine *engan*, preter comitem Urgellensem et Barchinonensem, et servias mihi fideliter et dones mihi et canonicis de castello Montisferrarii potestatem et successoribus nostris, quociescunque requisierimus vel requisierint

a te vel a tuis, per nos vel per nuncios nostros, irati sive pacati absque omni contradiccione et malo ingenio. Si vero contencio orietur inter me et aliquem predictorum comitum traderes mihi milites quos tenes per me, scilicet illos de Monteferrario et de Terraca et locatos de parrochia de Annorra, et, preter istos, pro ducentis solidis quos noviter tibi dono in vita mea, liberes mihi alios duos etiam, ad bellum bene munitos, qui omnes mihi serviant fideliter. Et, si forte voluerimus diruere castrum Montisferrarii, liceat nobis diruere, et tu remaneas similiter noster, sicut si castrum staret.

Propter hoc itaque donum ego R., vicecomes, facio solidanciam tibi domino meo B., Urgellensi episcopo, contra cuntos (*sic*) homines vel feminas, preter comites, sicut supradictum est. Insuper convenio tibi et canonicis Sancte Marie Sedis quod ego sim fidelis vobis omnibus, per fidem et absque omni *engan* de vita et membris et corporibus vestris et de omni honore et avere vestro, vestrorumque hominum, ita quod neque ego, per me, neque per meos homines, neque per aliquos faciam sive inquiram vel consentiam malum vobis neque honori vestro, sed sim fidelis adjutor et defensor vobis, cum omni honore et hominibus meis, contra cunctos homines et feminas, preter comitem Urgellensem et Barchinonensem. Convenio iterum vobis quod, si homines d'Estamarit, quos ego teneo in bajulia per vos, nollent vobis facere quod debent, et si forte aliquis meorum hominum faceret vobis vel vestris aliquod malum et per vos nollent vobis redirigere, ego distringam eos vobis, infra XXX[a] dies et, si ipsi restiterint mihi, vos adjuvetis me ad distringendum, donec satisfaciant.

Similiter ego B., Urgellensis episcopus, convenio tibi R., vicecomiti, quod ego sim tibi bonus senior et fidelis, per fidem sine *engan* et quod non faciam neque inquiram, neque consentiam tibi vel honori tuo vel hominibus tuis aliquod malum, per me vel per meos homines. Et, si forte aliquis meorum hominum faceret vobis vel vestris aliquod malum et per vos nollent vobis redirigere, ego habeam illos vobis ad directum vel distringam eos vobis, usque in XXX[a] dies et, si ipsi restiterint mihi, vos adjuvetis me ad distringendum, donec satisfaciant.

Hoc autem quod suprascriptum est atendam vobis et successoribus vestris fideliter, ego predictus R., vicecomes; et, ut securius et firmius credatis, accipio vos in fide m[e]a et credencia et in hominio quod vobis feci de omnibus supradictis.

Actum est hoc nonas aprilis, anno dominice incarnacionis M. C° LX°. II°. Sig + num B., Urgellensis episcopi. Sig + num B., prioris. Sig + num G., sacriste. Sig + num P. Guillelmi, archidiaconi. Sig + num Poncii, archidiaconi. Sig + num A., archidiaconi. Sig + num Berengarii, archidiaconi. Sig + num G., cantoris. Sig + num magistri G.

Sig + num R., vicecomitis de Castellobono. Sig + num Alemandi. Sig + num A. de Castel[s ?]. Sig + num Berengarii de Felgera.

Convenienciam vero que est inter me et vos de castro Terraca me firmiter observare promito.

Ber., subdiachonus, scriptor extitit et hoc (s. m.) impressit in prefato die et anno.

(*Orig.* Arch. nat. J. 879, n° 19. — *Copie.* Bibl. nat., Doat, vol. 161, f°s 257-259 v°.)

16

29 JUIN 1162

Acte d'hommage prêté par Arnaud de Caboet à Bernard Sanz, évêque d'Urgel, pour les vallées de Caboet et de San Juan.

Juro ego A. de Caboez tibi domno meo B., Urgellensi episcopo, quod, de ista ora in antea, fideliter (*sic*) tibi et successoribus tuis, sicut homo debet esse de suo meliori seniore, per fidem sine *engan* et quod donem vobis potestatem de omnibus castellis et *fortezes* que sunt vel erunt in valle Caboez et in valle Sancti Johannis, videlicet et de Castelpodoll et de Serra et de Puig et de Trogo et de Soler et si qua alia ibi constructa vel stabilita fuerint; et in valle

Sancti Johannis, de castello de Arts et de Cevicz et de Tor et si qua alia ibi constructa vel stabilita fuerint, per quantas vices tu vel successores tui a me requisieritis, per vos vel per nuncios vestros, irati vel paccati; ita quod non requiram a vobis diem neque horam, preter illam quam vos mihi mandaveritis, sed donem eam vobis vel nunciis vestris, sine *engan*, cum quantis et quibus hominibus eam accipere volueritis. Insuper comendo et libero tibi, propter hoc, omnes castellanos predictorum castrorum qui similiter donent tibi et successoribus tuis potestatem de omnibus predictis castellis et *fortedes*, si forte, quod absit, ego aliquit (*sic*) fallerem de his supradictis. Adjicio insuper quod omnes homines utriusque vallis faciant tibi, propter hoc hominium, et jurent tibi et successoribus tuis fidelitatem ; et comendo ac libero eos vobis, propter hoc, ut si forte, quod absit, ego in aliquo fallerem de his supradictis, ipsi teneant se vobiscum sine nostro *engan*, et absolvo eos ut adjuvent vos pro posse suo et sint contra me in omnibus. Constituo etiam quod omnes successores mei faciant vobis et successoribus vestris hujusmodi fidelitatem et jusjurandum ac convenienciam sine diminucione, sicut superius continetur, omni tempore. Predicti quoque castellani faciant vobis hominium et jusjurandum, propter hoc, ut donent vobis potestatem, sicut superius scriptum est, et teneant se vobiscum et adjuvent vos pro posse suo contra me, si ego aliquid de supradictis infregero. Actum est hoc anno dominice ab incarnacionis (*sic*) M̊C̊LX̊II̊, III̊ kalendas julii.

S. A. de Caboez qui hoc firmo et juro. S. Anglese, castellani de Castelpodol et de Trogo. S. R., filii ejus qui hoc juramus. S. Guillelmi de Vedreia. S. Arsendis, uxoris ejus. S. B., filii ejus qui hoc juramus. S. P. de Vilar qui hoc juro. S. P. de Soler qui hoc juro. S. Guillelmi Monteleno qui hoc juro. S. R. de Noves de Castelpodol. S. R. Isarn qui hoc juro. S. A. Isarn qui hoc juro. S. B. Guilabert qui hoc juro. S. A. Dalmad qui hoc juro. S. B. A. qui hoc juro. S. R. Dominici qui hoc juro. S. Mir Palares qui hoc juro. S. Mir R. qui hoc juro. S. B. de Quintana qui hoc juro. S. Salvet qui hoc juro. S. Boneth qui hoc juro. S. A. Raolf qui hoc juro. S. Peret qui hoc juro. S. R. Gerald qui hoc juro. S. P. G. de Senus. S.

Ferrer qui hoc juro. S. Mir qui hoc juro. S. Gascet qui hoc juro. S. Pontii qui hoc juro. S. R. G. qui hoc juro. S. B. Mir qui hoc juro. S. P. B. qui hoc juro. S. P. Mir qui hoc juro de Serra. S. P. Isarn qui hoc juro. S. R. Onofre qui hoc juro. S. B. de Puoca qui hoc juro. S. B. de Caseles qui hoc juro. S. Mir de Campo qui hoc juro. S. B. de Labarot qui hoc juro. S. A. Jocre qui hoc juro de Favano. S. B. de Comba. S. R. qui hoc juramus. S. A. P. qui hoc juro. S. B. P. qui hoc juro. S. P. de Agilar qui hoc juro. S. P Puculul qui hoc juro.

(*Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 937.)

17

6 SEPTEMBRE 1171

Accord conclu entre Arnaud de Perexens, évêque d'Urgel, et Raimond, vicomte de Castelbon.

Pateat cunctis presentibus atque futuris quod olim fuit dissensio inter domnum A., Urgellensem episcopum, et R., vicecomitem Castelliboni, de diversis querimoniis et de judiciis que judices predicti episcopi dederant inter eos, que predictus R^us^ nolebat mandare execucioni. Tandem de ipsis judiciis et de aliis querimoniis elegerunt judicem G. Jordani, tunc temporis Helnensem electum, qui, auditis utriusque partis allegacionibus et inspectis judiciis in curia episcopi datis, tulit sentenciam in scriptis et sigillo suo confirmavit. Ad ultimum vero fuit facta inter eos concordia, sicut in subsequentibus continetur:

In Dei nomine ego R. de Castelbo convenio tibi domino meo A., Urgellensi episcopo, et canonicis Sancte Marie Sedis quod ego fidelis sim vobis omnibus, per fidem, sine *engan*, de corpore et honore et avere vestro vestrorumque hominum, ita quod neque ego, per me neque per meos homines neque per aliquos, faciam sive inquiram vel consenciam malum vobis sive honori vestro set sim fidelis adjutor

et defensor vobis cum honore et militibus quos per Urgellensem ecclesiam habeo, et convenienciam de Terrasza fideliter conservabo. Et, si forte aliquis meorum hominum faceret vobis vel vestris aliquod malum et per vos nollent redirigere, ego distringam eos vobis infra XXX dies ; et, si ipsi restiterint mihi, vos adjuvetis me ad distringendum eos, donec satisfaciant. Preterea, gratuito animo et spontanea voluntate, ego R., per me et per omnes successores meos, dono atque concedo et prorsus diffinio ac dimito Domino et Beate Marie Sedis Urgelli et tibi domno meo A., Urgellensi episcopo, et omnibus successoribus tuis omnibusque canonicis ejusdem Sedis hoc totum quod requirebam in castro Montisferrarii, scilicet : intrare et exire et guerreiare contra cunctos homines, et omnia penitus que ibi aliquo modo habeam vel habere debeam, hoc totum diffinio vobis, ad omnem vestram voluntatem faciendam, preter illos II[os] homines quos ibi habere soleo, et specialiter ad destruendam fortitudinem que ibi est, juxta libitum vestrum, ita quod nec ego nec aliquis de progenie mea unquam amplius possimus ibi aliquid requirere, preter illos duos homines predictos. Insuper convenio tibi et omnibus canonicis Sedis et cunctis successoribus vestris, per me et per omnes successores meos, quod nunquam permittamus ibi rehedificari castellum, nisi fuerit de voluntate episcopi et canonicorum. Preterea relinquo atque prorsus diffinio tibi A., Urgellensi episcopo, illos CC[os] solidos quos mihi annuatim te daturum promiseras in vita tua, pro quibus eram tuus solidus, ita quod nunquam a te ulterius requiram et reddo tibi ipsam convenienciam. Convenio, insuper, tibi quod in ecclesiis de Adral et de Alb nullam amodo prorsus faciam violentiam ; bajulias vero et census quos ego in hominibus tuis et canonice miseram et accipere consueveram penitus dimitto, ita quod nec in istis hominibus eas accipiam nec in aliis mittam, sine voluntate tua. De passatico vero hominum Sedis faciam sicut inter me et te judicatum est. Convenio, insuper, tibi quod de manso vallis Johannis (*sic*) faciam ita ut in testamento matris mee continetur. In honore canonice quem habeo in Meranges non faciam ullam exaccionem seu violenciam neque requiram ibi aliquid, nisi hec tria videlicet : arssinam, cucuciam vel omicidium, si tamen ea

meis (*sic*) juris esse legitime probare potero. Debita quoque hominum ville Sedis persolvam, sicut judicatum est, ita quod querimonia inde non facient. Hec autem superius dicta attendam vobis fideliter et, ut firmius et securius teneantur, accipio vos in fide et credencia mea et in hominatico quod vobis feci de omnibus supradictis.

Similiter ego A., Dei gratia Urgellensis episcopus, convenio tibi R., vicecomiti de Castrobono, quod ego sim tibi bonus senior et fidelis, per fidem, sine *engan*, et quod non faciam neque inquiram neque consentiam tibi vel honori tuo vel hominibus tuis aliquod malum, per me vel per meos homines. Et, si forte aliquis meorum hominum faceret vobis vel vestris aliquod malum et per vos nollent redirigere, ego habeam vobis illos ad directum vel distringam eos vobis, usque in XXX dies, et, si ipsi restiterint mihi, vos adjuvetis me ad distringendum, donec satisfaciant.

Nos igitur supradicti A., videlicet Urgellensis episcopus, et R. de Castrobono predictam convenientiam firmiter observare promittimus. Si forte aliquis nostrum, quod absit, in aliquo predictam convenienciam infringere presumpserit et infra XXX dies, ex quo requisitus fuerit, redirigere noluerit, judicia inter nos a Guillelmo tunc Helenensi electo data et in scriptis redacta suoque sigillo munita eisdem pactis et obligationibus quibus tunc firmata fuerunt integre compleat et exsecucioni plenarie mandare cogatur.

Ego vero A., Urgellensis episcopus, dimitto atque diffinio tibi R. de Castelbo illam solidantiam quam mihi feceras pro ipsis CCtis solidis quos in hac convenientia mihi relinquis. Actum est hoc VIII idus septembris anno dominice incarnacionis MCLXXI. S. R. de Castelbo. S. Arnalli, Urgellensis episcopi, qui hoc scribere jussimus et firmavimus. S. Raimundi de Castelbo, junioris. S. Gaucerandi de Pinos. S. Raimundi Gaucerandi, filii ejus. S. Petri de Castelbo. S. Arnalli de Castellis. S. Petri de Sancto Stephano. S. R., archidiaconi de Bag. S. Berengarii, archidiaconi. S. Raimundi, archidiaconi de Autes. S. Magistri Guillelmi. S. Willelmi cantoris. S. Berengarii de Apilia. S. Guillelmi de Alb, junioris. S. Petri de Eveig. S. Guillelmi, succentoris. S. Petri de Autes. S. Guillelmi operarii. S. Gaucerandi de Pinos qui hoc laudo, concedo et firmo.

Petrus, subdiachonus, jussu Bernardi, capellani, hoc scripsit et cum suo signo (s. m.) corroboravit.

(*Copie*. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, nº 953.)

18

8 JANVIER 1176 (n. st.)

Accord passé entre Arnaud de Perexens, évêque d'Urgel, et les habitants de la vallée d'Andorre, au sujet du cens qu'ils lui doivent et des autres droits de l'église d'Urgel.

In Christi nomine. Notum sit cunctis hominibus, presentibus atque futuris, qualiter longa contencio fuit inter episcopos Urgellenses et specialiter inter dominum Arnallum, Urgellensem episcopum, et canonicos Sedis et inter homines vallis Andorre de directis ac censibus quos Urgellensis ecclesia et episcopus in eadem terra habebat vel habere debebat. Tandem, consilio Raimundi, vicecomitis de Castrobono, et canonicorum Urgellensis Sedis, facta fuit inter eos concordia, sicut in hac pagina continetur.

In primis nos omnes homines vallis Andorre concedimus et convenimus Deo et Beate Marie et tibi Arnallo, Urgelli episcopo, domino nostro et canonicis ejusdem Sedis vestrisque successoribus quod, de ista hora in antea, fideliter, absque dolo et fraude, donemus vobis et bajulis vestris decimas et primicias in areis vel in orreis nostris, quod horum duorum melius vobis placuerit. Et decime et primitie congregentur insimul in granario, sine diminutione, ita quod primicie ponantur in uno *calass*, separatim, et decime in alio *calass*, separatim, et de decimis primum accipantur (*sic*) et separentur levate et *mers* et postea primicie cum decimis misceantur et, hoc facto, totum granarium dividatur per medium inter clericos nostros et clericos Sedis. Et quia recognoscimus quod injuste accipiebamus potaciones sive beraticas vel aliqua lucra, pro dandis decimis, dimitimus eas omnino Urgellensi ecclesie, ita quod ab Urgellensi ecclesia nunquam amplius requiramus eas vel aliquod lucrum,

propter hoc, nos vel nostri post nos. Decimas quidem de agnis et lana et cepis donemus semper ad festum sancti Johannis Babtiste, fideliter et sine lucro ac sine *engan*. Caseos vero donemus, fideliter, ad festum sancti Joannis Babtiste et sancti Michaelis. De lanificiis siquidem omnibus et pullis et *vedels*, porcis, gallinis et ovis donemus fideliter, temporibus suis. Concedimus vobis, insuper, quod mitatis, per omnes parrochias vallis Andorre, quoscumque bajulos volueritis, tam de vestra terra quam de alia, sine aliqua contradictione. Pernas autem de ipsa leuda donemus bonas et optimas, de valore IIII^or^ argentium parentorum, numero XX^i^ IIII^or^, usque ad natale Domini, annuatim. Alias quoque pernas de ipsa vista donemus bonas et *recipients* (*sic*), quales dare consuevimus ad comites Urgellenses ; et perne iste sunt VI^ex^. Vacce vero de ipsa *parada* sint obtime et sunt VI et donentur usque ad festum sancti Andree, in secundo anno, sicut consuevimus. Quod si aliqua contencio evenerit de ipsis vaccis et pernis de leuda, secundum arbitrium dominorum canonicorum Sedis, qui magis discreti tunc temporis videbuntur, ac duorum proborum hominum vallis Andorre persolvantur et recipiantur. Oblias vero donemus bonas, sicut dare consuevimus. Pro ipsis vero solladis comitalibus donemus semper vobis, in secundo anno, CC solidos denariorum melioris monete que publice curribilis sit in villa Sedis, ad natale Domini. Quando autem dominus noster episcopus intraverit in terram nostram honorifice suscipiamus eum et faciamus ei honorabilem *cort*, quamdiu nobiscum fuerit et pro recepto donemus ei, de unaquaque parrochia, IIII^or^ bonas pernas, sicut dare consuevimus et XL fogaces pulcras de frumento, et unaqueque sufficiat bene ad unum hominem et IIII^or^ canadas boni vini et puri, ad nostram mensuram, et unum modum de bona civada *ras*, cum tercia parte ordei, ad nostram mensuram. Pernas vero sinodales et firmancias clericorum et solladas de granario et receptos quos clerici debent facere faciant clerici bene et honorifice, per omnes parrochias. Insuper convenimus vobis quod faciamus vobis seguimentum super inimicos vestros, infra statutos terminos, una die cum nostro cibo ; aliis vero diebus quibus nos vobiscum esse volueritis stabimus vobiscum, quamdiu super inimicos vestros cibum

accipere poterimus ; et in hoc seguimento vadat de unaquaque domo unus bene armatus, qui melius (*sic*) sit ibi in armis. Iterum convenimus vobis quod faciemus directum vobis et clericis predicte Sedis et omnibus hominibus qui conquesti fuerint de nobis, per vos et in vestro judicio. Ad nostros vero *frontalers* qui nobiscum pacem habent vel sacramento nobis tenentur, per vos faciemus directum, secundum usaticos quos habemus cum illis. Et qui nostrum per vos voluerint habere directum similiter per vos faciant et nobis. Homines vero terre nostre de quibus querimoniam habueritis, unaquaque parrochia distringat eos ad directum vobis faciendum. Et si ipsa parrochia facere noluerit, omnis populus vallis Andorre distringat eos. Similiter convenimus vobis quod justicias quas dominus episcopus vel canonici posuerint super clericos et laicos nostros firmiter observabimus. Trevam vero Domini que inter nos facta fuerit redirigamus semper ad stagnum, sicut antecessores nostros et vestros consuetudinis fuit. De stabilimento etiam ecclesiarum terre nostre quas dicitis injuste et irracionabiliter possidere, si, cum pace et concessione vestra, eas habere non poterimus, justiciam ipsam, quam, propter hoc, super nos feceritis, firmiter observabimus ; quam justiciam dum bene observaverimus, guerram vel aliquod aliut (*sic*) malum, preter justitiam, nobis non faciatis neque adempramentum terre vestre et deffensionem vestram nobis ullomodo auferatis. Similiter nos decimas et usaticos quos habetis in terra nostra, propter hoc, vobis numquam auferamus nec diminuamus vel aliquo modo defraudemus. Si forte, quod absit, pro dicta justiciam non tenuerimus, guerram vel quodcumque malum nobis, propter hoc, facere volueritis, licenciam habeatis, absque reclamacione quam vobis facere non possimus. Et, ut fidelius suprascripta omnia capitula a nobis atendantur et exsecutione mandentur, sine *engan* et absque ullo malo ingenio, unusquisque nostrum, propria manu, firmat et, tactis sacrosanctis evvangeliis, jurat et posteris nostris idem facere constituimus imperpetuum. Actum est hoc VI idus januarii anno dominice incarnacionis MCLXXV. Sig + num domini Arnalli, Urgellensis episcopi. Sig + num Ramundi, vicecomitis de Castrobono. — Petrus de Bellopodio scripsit fideliter

hoc translatum et sunt in originali signa et subscriptiones omnium hominum vallis Andorre et multorum testium (s. m.).

(*Transcr. anc.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées d'Alphonse I[er], n° 191. — *Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 848. — Bibl. nat., Doat, vol. 161, f[os] 264-272.)

19

14 mai 1188

Concession en fief par Alphonse II[1], *roi d'Aragon, à Raimond Roger de Foix, du Carcassès, du Razès, du Termenois et du Lauragais.*

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento, per alphabetum diviso, cujus tenor talis est :

Actorum series scripture solet et expedit comendari, ne res gesta, temporis diuturnitate vel memorie fragilitate, valeat in posterum deperire. Quapropter, in Christi nomine, presenti atestante scriptura, ad omnium hominum, presentium et futurorum, noticiam perveniat qualiter ego Ildefonsus, Dei gracia rex Aragonensis, comes Barchinone et marchio Provincie, dono et concedo tibi Raimundo Rogerii, dilecto et fideli consanguineo meo omnibusque successoribus tuis imperpetuum, uni post alium indivisibiliter qui dominus et comes erit comitatus Foxensis, civitatem et villam Carcassone et totam terram totius Carcassensis cum omnibus castellis, villis, monasteriis et quibuslibet aliis locis infra consistentibus et omnes alias terras meas de Redes, simul cum civitate de Reda et castrum de Terme, cum tota terra de Termenes et castrum de Laurac, cum tota terra de Lauragues, cum omnibus quoque castellis, villis, monasteriis et quibuslibet aliis locis que infra jamdictas terras contineri noscuntur. Aditio insuper huic donacioni ut habeas tu et successores tui, unus post alium indivisibiliter qui dominus fuerit comitatus Foxensis, dominationem in omnibus militibus et homi-

1. Alphonse I[er], comme comte de Barcelone.

nibus in cunctis jamdictis terris et civitate ac villa Carcassone permanentibus et permansuris. Retineo autem proprietati sive dominicature mee et successorum meorum, imperpetuum, in civitate et villa Carcassone et ejusdem civitatis pertinentiis atque territorio et in omnibus prefatis terris, castellis, villis, monasteriis et quibuslibet aliis locis, medietatem omnium reddituum vel quorumlibet aliorum proventuum, ex omni qualibetcumque causa, placitorum, justiciarum vel cujuscumque alterius rei que nominari vel vulgariter etiam exprimi potest provenientium, que exinde solebant et debent aliquo modo provenire vel competere, jure aliquo vel etiam consuetudine, alicui quondam domino Carcassone ; aliam vero medietatem, pleno jure, tibi et successoribus tuis, uni post alium indivisibiliter qui dominus sit comitatus Foxensis, habendam conceddo ; monetam autem totam et integram mihi et successoribus meis retineo. Set et omnes redditus sive proventus, tam de parte mea quam de tua, ex omni causa percipiendos, bajulus meus sive vicarius a me semper ibi constitutus vel a meis successoribus constituendus et tuus semper, similiter, colligant insimul et recipiant et equis porcionibus perceptos inter se dividant et alter sine altero nichil prorsus accipiat, preter firmantias quas tu vel bajulus tuus preterquam in duobus bajulis meis, uno christiano et altero judeo, recipiat, juratus primo quicunque fuerit ibi a te vel a tuis bajulus vel vicarius institutus se servaturum fidelitatem mihi et successoribus meis, set omnia placita, presente bajulo meo vel vicario et coram ipso et cum ipso teneat et diffiniat. Omnia autem supradicta, retenta pleno jure medietate predictorum reddituum, sub tali modo et conditione, tibi, prefato R. Rogerii, et successoribus tuis imperpetuum, uni post alium indivisibiliter qui et dominus fuerit comitatus Foxensis, dono, trado atque concedo, ut, ad forum sive consuetudinem terre Barchinone et, ad plenam fidelitatem meam atque servicium, ea potenter teneas, habeas atque possideas, tu et successores tui, specialiter et expressim nomine feudi per me et per successores meos, omni tempore, et etiam tu ipse et qui tibi in supradicto donativo successurus est, qui tamen dominus fuerit comitatus Foxensis, propri et solidi homines et vassalli mei successorumque

meorum, contra omnes homines et feminas, sub hominiatico et sacramento, propter hoc donativum, semper existatis et de omnibus supra memoratis terris, castellis, villis et locis in civitate Carcassone, excepto IIII castellis que solida et libera sunt et remanent comitis Foxensis patris tui, videlicet : Arzenes et Alairac et Prexan et Pontian (*sic*), quandocumque et quocienscumque tu vel successores tui a me vel a meis successoribus vel certis nunciis nostris fueritis requisiti, irati sive paccati, dabitis mihi et successoribus meis vel certis nunciis nostris, ad consuetudinem terre Barchinone, plenam et integram potestatem, sine aliquo retentu. Et est sciendum quod, cum omnibus militibus et hominibus omnium jamdictarum terrarum et civitatis ac ville Carcassone, tu et successores tui, in propris personis, mihi et successoribus meis imperpetuum, quacumque parte voluerimus et in hoste et in cavalcatis fideliter nobis servietis. Si qua autem castella vel municiones, possessiones vel novas dominicaturas infra predictas terras tu ipse vel successores tui post te amodo feceritis vel adquisieritis aut ego similiter aut successores mei fecerimus vel adquisierimus, pactis suprapositis, tam in danda potestate quam in dividendis equaliter redditibus, semper subjaceant. Est nichilhominus sciendum quod castrum sive palacium civitatis Carcassone et omnes alias propias domos sive statica que solebant et debent esse senioris Carcassone in hunc modum mihi et successoribus meis retineo, ut, quocienscumque ego aut regina aut successores nostri ibi presentes aderimus, solida et libera teneamus et habeamus quamdiu ibi permanebimus.

Post hec ego prefatus Raimundus Rogerii, explosa fraude et omni malo ingenio, sub hominatico et sacramento corporaliter prestito, jamdictum donativum et sub prefato modo et condicione pretaxata recipiens, promitto atque convenio tibi domino meo Ildefonso, regi Aragonis, comiti Barchinone et marchionis (*sic*) Provincie, omnia supradicta atendere et per omnia complere, per bonam fidem sine omni enganno et quod ero tibi fidelis de corpore tuo, vita et membris tuis et de omni honore tuo quem nunc habes vel in futurum adquisieris. Sic me Deus adjuvet et sancta IIII evangelia. Acta sunt hec anno ab incarnacione Domini MCLXXXVIII, II idus madii. Signum

+ Ildefonsi, regis Aragonis, comiti (*sic*) Barchinone et marchioni Provincie. Signum Raimundi Rogerii. + Berengarii, Tarrachonensis archiepiscopus. + Raimundi de Montecatano. Sig + num Ermengaudi de Vernetto. Sig + num Petri de Menova. Sig + num Raimundi de Villa de Muls. Sig + num Raimundi de Caneto. Sig + num Guillelmi de Salsas. Signum Raimundi de Cornelon. Signum Bernardi de Belloloco de Canoves. Sig + num Raimundi de Geronela. Poncius de Osor fecit hoc sig (s. m.) num et data per ejusdem Poncii manum et ejus mandato scripta a Petro Bairavi, scriptore in Carcassona, cum literis suprapositis in VII linea et VIIII, die et anno quo supra.

Signum + Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hec translata in tribus cedulis supra que sunt novem de originalibus registrl domini regis transcribi fecit et de verbo ad verbum fideliter comprobavit, nichilque plus vel minus in predictis originalibus inveniri quam in translatis contineatur, XII kalendas februarii, anno Domini M° CC° L° tercio. Sunt enim litere apposite in primo translato prime cedule, in XIX et XXI lineis, et in secundo translato ejusdem cedule, apositis in X et XII lineis et rasis et emendatis in XI et XVIII et XXIII lineis et apositis etiam in eodem secundo translato in XXIIII linea, item cum litteris appositis in tercio translato ejusdem cedule in linea VI et rasis tantum in secundo translato secunde cedule in IIII linea et rasis et emendatis in quarto translato ejusdem cedule in prima linea et cum litteris appositis in translato tercio cedule in linea IIII. Ad mayorem vero fidem habendam predictis translatis, dominus A., episcopus Barchinone, et frater Bernardus Gatelli, custos domus fratrum minorum Barchinone, et frater P. de Sancto Poncio, prior domus fratrum predictorum Barchinone, sigilla sua pendencia posuerunt. Sunt etiam littere apposite in linea III istius conclusionis, ubi dicitur *IIII vel certis nunciis nostris fueritis requisiti, irati sive paccati, dabitis mihi et successoribus meis*.

(*Transcr.* du 21 janvier 1254 (n. st.). Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées d'Alphonse Ier, n° 488.)

20

6 SEPTEMBRE 1188

Convenientia facta inter venerabilem dominum Ildefonsum, regem Aragonie, comitem Barchinone, et Arnaldum, vicecomitem de Castrobono, super dictis castris de Sancto Martino, de Cheralt et de Miraies[1].

[H]ec est convenientia facta inter venerabilem Ildefonsum, regem Aragonie, comitem Barchinone et Provincie marchionem, et Arnaldum vicecomitem de (*sic*).

[E]go Ildefonsus, Dei gratia rex Aragonie, comes Barchinone et marchio Provincie, comendo tibi Arnaldo, vicecomiti de Castrobono, ipsum castrum de Sancto Martino et ipsum de Cheralto et ipsum de Miralies et fortitudines que in eorum terminis sunt et dono tibi meos fevos de vicecomitatu Cerritanie, cum tercia parte quam avus tuus dimisit Gaucerando, propter suum placitum et finem.

Et ego jamdictus Arnaldus, vicecomes, convenio tibi Ildefono (*sic*), domino meo, ut, ab hac hora in antea, ero tibi fidelis de tua vita et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore quem modo habes vel in antea adquisieris, Deo juvante. Et adjuvabo ipsum ad tenere et ad defendere contra omnes homines et feminas, sicut homo debet facere suo meliori domino. Iterum convenio tibi quod donem tibi et tuis potestatem de supradictis castris, nominatim de Sancto Martino et de Cheralt et de Miralles et de omnibus forciis que in eorum terminis sunt vel in antea erunt, per quantas vices michi eam demandaveris, per te aut per tuum nuncium vel nuncios, iratus aut paccatus, cum forifactura et sine forifactura et non vetabo me inde videri vel commoneri et nuncius vel nuncium tui de me vel de meis regardum non habebunt. Et faciam ostes et cavalcadas, curtes et placita et seguimenta, cum meo corpore et cum meis militibus de vicecomitatu

1. Analyse ancienne.

Cerritanie, et, si guerram cum comite Urgellensi habueris, liberabo tibi filium meum cum militibus vicecomitatus Cerritanie et cum aliis quinque militibus de alio meo honore qui tibi serviant sine *engan*, dum guerram habueris. Item convenio tibi quod adjuvem tibi defendere comitatum Cerritanie contra cunctos homines, feminas, tecum et sine te, secundum meum posse et sine inganno, sicut superius est scriptum ; et in ipso sacramentali subsequenti quod tibi juro, ita tenebo tibi et tuis et attendam per fidem rectam, sine *engan*. Factum est hoc VIII idus septembris anno Domini MCLXXX VIII. Signum (s. m.) Ildefonsi, regis Aragonie, comitis Barchinone et Provincie marchionis, qui anc (*sic*) convenientiam laudo et confirmo. Sig+num Arnaldi de Castrobono, vicecomitis, qui convenientiam hanc concedo et laudo atque firmo. Sig+num Gaucerandi de Pinos. Sig+num Raimundi Gaucerandi. Sig+num Guiraldi Alaman. Sig+num Petri de Berga. Sig+num Guillelmi de Rochafort. Sig+num Arnaldi de Aril. Sig+num Gombaldi de Ulugia. Sig+num Bernardi de Portella. Sig+num Berengarii de Anglarola. Sig+num Guillelmi de Anglarola. Sig+num Raimundi de Cervaria. Sig+num Petri de Podio viridi. Sig+num de Turrerubia. Sig+num Raimundi de Monte Catano.

+Virgilius qui hoc scripsit, mandato regis, cum litteris dampnatis et emendatis et supra positis in tercia linea et rasis die et anno quo supra.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 4, n° 90, f° 29.)

21

6 septembre 1188

Sequitur sacramentale.

[J]uro ego Arnaldus, vicecomes de Castrobono, filius qui fui Ermessendis fimine (*sic*) quod fidelis ero tibi Ildefongo, regi, domino meo, qui es filius venerabilis domine regine Petronille nomine, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine *engan*, per rectam fidem. Et, ab hac hora in antea et deinceps, te, predictum

regem, non decipiam de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent, neque de tuis comitatibus vel comitatu, neque de tuis castris aut castellis, rochis, de puis, castris aut castellis, condirectis vel heremis terris et honoribus, alodiis vel fevis que tu, jamdictus rex, hodie habes et habere debes et in ante adquisieris. Et nominatim tibi juro illa tua castra que de te teneo, scilicet : castrum Sancti Martini et castrum de Miralies et castrum de Cheralt et omnes fortezas que in eo vel in eis modo sunt aut in antea erunt, quod non auferam tibi vel tuis, neque aliquid ab ipsis auferam neque contendam tibi vel tuis neque vetabo neque etiam te vel tuos inganabo neque decipiam nec ego Arnallus, vicecomes, nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium, nec per meum ingenium, nec per meum assensum. Et si homo est aut homines, femina vel femine qui tollat tibi vel tollant, vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego, prephatus Arnaldus, finem nec societatem non habebo nec tenebo cum illo vel cum illis, cum illa vel cum illis, donec tu recuperatum habeas hoc totum quod perdideris de jamdictis omnibus, sine tuo *engan*, tecum et sine te. Et tuis inimicis, quos scivero, guerram faciam poteneialiter, tecum et sine te, dum tecum male stabunt et, in dicto et in facto, ero sine tuo *engan* inimicus eorum vel earum, sicut tu ipse. Et de ipso adjutorio te non defraudabo, neque commonere me vetabo, per ullum ingenium, quocienscumque me perquiras vel me commonebis, per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et quocienscumque me requisieris, per te ipsum vel per tuos missos vel missum, potestatem de predictis castellis et eorum fortedis que in eo vel in eis modo sunt aut in antea erunt, dabo eam, sine ulla mora, tibi et tuis omnibus quos volueris et jusseris tamen, cum forifactura et sine forifactura. Et potestates faciam de omnibus dictis castellis et eorum fortitudinibus te et omnes tuos quos volueris et jusseris, tecum et sine te. Et deinceps castlanum vel castlanos in eis castris non mittam nec de eis etiam, sine tuo assensu, et quo mihi ibi sunt vel in antea erunt, sicut ego tibi juro, similiter eos jurare et assecurare illa castra ab eis faciam in sacramentali scripto, facto super altare sanctum et IIII^{or} evangelia, qui tibi et tuis donent semper,

mecum et sine me, potestatem, irati et paccati, de predictis castris, quocienscumque ab eis eam requisieris vel tui requisierint, ita tamen ut, si presens fuero ibi, a me et per me potestatem illam accipias, verum si non fuero ibi presens, semper, cum ab eis eam requisieris, donent tibi vel tuis jamdictam potestatem, sine tuo *engan* et sine omni dilatione et excusatione remota. Et similiter, si male mecum steteris, non minus teneantur tibi et tuis predictam potestatem dare. Preterea tuum consilium aut consilia non discooperiam ad ullum tuum dampnum, me sciente; societatem non habebo nec tenebo cum tuis inimicis aut inimico vel inimica, ad ullum tuum dampnum, me sciente, neque infidelibus vel infideli. Justiciam neque rectum non te vetabo, nec contendam de me ipso neque de ullis meis. Dominum nec dominos non faciam, nec affidabo et factum non tenebo, sine tuo solvimento et de *tot quant* me absolveris, sicut superius scriptum est, de te, prephato domino meo rege. Sic tenebo tibi et attendam et post te ad tuum filium vel filiam sive ad ipsum vel ipsam cui vel quibus tuum honorem, verbo vel scriptis, dimiseris; et si ista deficerent ad ipsum vel ipsam cui hec omnia melius pertinere debent, per te, sine tuo vel eorum *engan*, sicut melius dici vel cogitari potest de te, sic faciam et attendam. Et hoc faciam infra primos triginta dies quibus mortuus fueris et ego sciero, si interfuerit ille cui hec fieri debeant; si vero non interfuerit infra istos dies, quandocumque me requisierit, de hoc faciam et attendam, sicut superius scriptum est, sine mala contentione et sine aliquo lucro, manibus meis per suam manum predicta omnia accipiam et tale sacramentum ei jurabo quale hodie juro tibi, manu mea super altare sanctum et reliquias sanctorum que ibi habebunt. Quomodo scriptum est superius ita tenebo et attendam ego prenominatus Arnaldus, tibi Ildefonso regi totum, sine tuo *engan* et, post te, ad predictos, exceptus quantum tu me absolveris sine fortia aut, post te, illi me absolverint, sine ulla forcia. Ita predicta omnia tenebo et attendam, sicut predictum est et melius dici et cogitari potest ad tuum bonum et predictorum post te, per Deum et hec sancta. Factum est hoc sacramentale VIII idus septembris anno Domini M̊C̊L XXX̊ VIII̊. Sig+num Arnaldi de Castrobono, vicecomitis,

qui hoc sacramentale concedo et firmo. Sig+num Gaucerandi de Pinos. Sig+num Guiraldi Alaman. Sig+num Bernardi de Portella. Sig+num Petri de Berga. Sig+num Raimundi Gaucerandi. Sig+num Raimundi de Monte Catano.

+Virgilius qui hoc scripsit, mandato regis, die et anno quo supra.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 4, n° 90, f° 29. — Arch. nat., J 879, n° 27. — Bibl. nat., Decamps, vol. 60, f°s 291-292 v°.)

22

9 SEPTEMBRE 1188

Alphonse II[1], *roi d'Aragon, mande à Raimond de Saint-Martin, châtelain de Saint-Martin, de livrer ce château à Arnaud, vicomte de Castelbon, toutes les fois qu'il en sera requis par celui-ci.*

Ego Ildefonsus, Dei gracia rex Aragonis, comes Barchinone et marchio Provincie, mando tibi Raimundo de Sancto Martino, castlano de Sancto Martino, ut, quando a te requisierit potestatem Arnaldus de Castrobono de castro de Sancto Martino, dones eam illi, nisi tamen a me tibi, per nuncium nostrum vel litteras, inibitum fuerit vel ipse male mecum steterit, salvis tamen semper directis tuis, excepto quod, propter hoc, non contradicas dare eidem Arnaldo potestatem de jamdicto castro et salvis, in omnibus et per omnia, sacramentalibus inter me et te supra dicto castro factis, ut, per hoc presens instrumentum, non derogetur nec et deinceps illis sacramentalibus. Actum est hoc V idus septembris, anno Domini MCLXXXVIII. Signum + Ildefonsi, regis Aragonis, comitis Barchinone et marchionis Provincie. Signum Guillelmi de Guardia. Signum Guillelmi de Rochafort. Signum Guillelmi de....

Signum Virgilius qui hoc scripsit + mandato regis, die et anno quo supra.

(*Orig*. Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées d'Alphonse Ier, n° 496.)

---

1. Alphonse Ier, comme comte de Barcelone.

23

VICH, AVRIL 1190

Ligue faite entre Alphonse II[1], *roi d'Aragon, Ermengaud VIII, comte d'Urgel, et Arnaud de Perexens, évêque d'Urgel, contre Arnaud, vicomte de Castelbon, et Raimond de Saint-Martin.*

Notum sit omnibus quod ego Ildefonsus, Dei gracia rex Aragonis, comes Barchinone et marchio Provincie, laudo, concedo et promito vobis E., comiti Urgellensi, et Urgellensi episcopo deffensionem et specialem emparanciam meam contra A. de Castrobono et R. de Sancto Martino et vos et omnia vestra specialiter emparo contra istos supradictos et contra omnes coadjutores eorum. Promito quoque vobis, bona fide et sine omni enganno, quod non faciam aliquam composicionem sive concordiam cum ipsis sine vobis aut sine assensu vestro, quousque fecero quod jamdictus A. de Castrobono faciat vobis E., comiti Urgellensi, directum in manu vestra, super hiis que facere debebit et fecero, similiter, quod A. de Castrobono et R. de Sancto Martino conveniant cum episcopo Urgellensi directo aut laudamento ; immo ipsos et terram et coadjutores eorum expugnabo et, bona fide et sine vestro enganno, gerram faciam contra eos, donec vobis, sicut dictum est supra, satisfaciant. Sciendum est vero quod, si quando tractavero de compositione facienda inter predictum episcopum et jamdictos viros et aliquid fuerit in quo non consenciat aut contradicat prefatus episcopus, tenetur stare super eo idem episcopus consilio et laudamento B., Tarrachonensis episcopi.

Nos autem supranominati, videlicet E., comes Urgellensis, et A., ejusdem episcopus, promitimus et firmiter nos astringimus vobis domino nostro Ildefonso, regi, quod cum jamdicto A. de Castrobono et R. de Sancto Martino pacem, compositionem sive aliquam con-

1. Alphonse Ier, comme comte de Barcelone.

cordiam non faciemus sine vobis et sine expresso mandato vestro, immo ipsos et terram et coadjutores eorum, bona fide in quantum poterimus, expugnabimus et gerram contra eos faciemus; et quod dictum est supra, de laudamento domini B., Tarrachonensis archiepiscopi, ego A., Urgellensis episcopus, servabo et adimplebo. Acta sunt hec apud Viccum, mense aprilis, anno Domini M̊C̊ L XXX̊X. Signum (s. m.) Ildefonsi, regis Aragonis, comitis Barchinone et marchionis Provincie. Sig + num E., comitis Urgellensis. Sig + num A., Urgellensis episcopi. Sig + num Bernardi de Fontaniles. + Petrus, Ausonensis sacrista. Berengarius, sacrista Barchinone +. Signum + Berengarii de Alvars, judicis +. Data per manum Poncii de Osor, precentoris Barchinone et, mandato ejus, scripta a Bernardo Vives, ejusdem scriptore, mense et anno quo supra.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées d'Alphonse Ier, n° 547.)

24

27 AOUT 1194

Accord fait entre Arnaud de Perexens, évêque d'Urgel, et Arnaud, vicomte de Castelbon, par l'entremise d'Alphonse II [1], *roi d'Aragon.*

Noticie cunctorum, tam presencium quam futurorum, tradatur quod longa fuit discordia et guerra inter domnum Arnallum, Urgellensem episcopum, et canonicos ejusdem et inter Arnallum de Castrobono, super pignoribus, pro facto Raimundi de Sancto Martino, in manu sua ab eodem episcopo positis, pro V milibus solidorum, scilicet : novem equis et duobus mulis quos sibi A. de Castrobono retinuit et, requisitus, episcopo reddere noluit. Tandem A. de Castrobono, de his omnibus apud Populetum, in presentia domni E., comitis Urgellensis, et aliorum plurium, in manum et potestatem domni Illdefonsi, regis Aragonie, se misit; et super illis pignoribus et aliis omnibus controversiis inter ipsum et episcopum

1. Alphonse Ier, comme comte de Barcelone.

habitis, ipsius regis mandato, se, per omnia, stare promisit. Domnus autem rex inter eosdem, de voluntate utriusque partis, sic amicabiliter composuit, videlicet : ut omnia pignora supradicta A. de Castrobono remitterentur et omnes injurie et omnia male facta, hinc inde illata, utrinque sopirentur; et, ut ipse A. de Castrobono ab omnibus injuriis et inquietacionibus ecclesie Urgellensis et canonicorum ejusdem deinceps omnino cessaret; et, si quid juris habebat vel habere debebat in castris Montisferrarii, tam in veteri quam in novo, et infra terminos eorumdem, eidem ecclesie prorsus remitteret, preter illos duos homines quos ibi solitus est habere; et in Castellione de Ladrera et infra ejusdem terminos non rehedificaret nec de novo edificaret nec alicui hominum suorum rehedificare seu de novo edificare permitteret, nisi de voluntate expressa episcopi et canonicorum Sedis, nec aliquid ibi requireret, preter bajuliam quam ibi solitus est accipere. Preterea, quod neuter illorum inimicos alterius manuteneat, dum illis inimicis, prout justicia dictaverit, satisfacere voluerit.

Ideo ego A., Urgellensis episcopus, per me et per omnes successores meos et coadjutores meos et per omnes canonicos Urgellensis ecclesie, tam presentes quam futuros, tibi A. de Castrobono pignora supradicta et omnes injurias a te et hominibus tuis mihi et hominibus et coadjutoribus meis et Urgellensi ecclesie, usque modo, illatas tibi et hominibus tuis et coadjutoribus remitto et prorsus diffinio et ad finem et amicabilem concordiam de omnibus predictis tecum venio, et in pristinam etiam amiciciam et fidelitatem te restituo. Excipio tamen ab hac remissione et diffinicione debita que tu et homines tui hominibus meis debetis. Convenio insuper tibi quod inimicos tuos non manutenebo, dum directum eis facere volueris.

Similiter ego A. de Castrobono, per me et per omnes successores meos, remitto et in perpetuum diffinio tibi A. domino meo, Urgellensi episcopo, et successoribus tuis omnibusque canonicis ejusdem loci, presentibus et futuris, si quid habebam vel aliqua racione habere debebam et quicquid exigebam et aliqua racione exigere poteram in castris Montisferrarii, tam in veteri quam in novo, et infra eorum terminos, preter illos duos homines quos ibi habere

soleo. Item promitto vobis omnibus predictis, per me et per successores meos, quod in Castellione de ipsa Ladrera et infra ejus terminos non rehedificabo nec de novo edificabo nec alicui hominum meorum, sine consensu et expressa voluntate tua et canonicorum Sedis, unquam amplius ibi rehedificare seu de novo edificare permittam. Item omnes injurias et omnia malefacta a te et hominibus et coadjutoribus tuis mihi et hominibus et coadjutoribus meis illata et omnes querimonias que inter me et te et inter homines et coadjutores meos et tuos, aliquo modo, vertuntur, per me et per omnes successores et coadjutores meos, tibi A., Urgellensi episcopo, et omnibus successoribus tuis omnibusque canonicis ejusdem loci, presentibus et futuris, ceterisque hominibus et coadjutoribus tuis, in perpetuum remitto. Excipio tamen debita si qua tu et homines tui mihi et hominibus meis debetis. Ad finem insuper et concordiam amicabilem de omnibus predictis, preter debita, gratuita et spontanea voluntate tecum venio, et in hominium tuum, fidelitatem et amiciciam pristinam, ad fidelitatem Urgellensis ecclesie me reddo et restituo et per hominium et fidelitatem, quam tibi et Urgellensi ecclesie debeo, promitto; et, modis omnibus, convenio quod, ab hac ora in antea, hominibus vestris, tam clericis quam laicis, villis et ecclesiis vestris nullam ulterius faciam violenciam neque aliquam fortiam neque toltam neque omnino aliquam exaccionem nec albergam nec questiam in illis requiram. Preterea honorem et omnia que Urgellensis ecclesia habet infra honorem meum prorsus, in presenti, desemparo et, in perpetuum, absolvo. Promitto etiam vobis predictis quod inimicos vestros non manutenebo, dum illis directum facere volueritis; et insuper, per hominium et fidelitatem, qua tibi A. domino meo, Urgellensi episcopo, et Urgellensi ecclesie teneor, me omnia predicta semper tenere, attendere et in perpetuum vobis observare. Ad hoc autem, ut omnia supradicta melius observentur a me et successoribus meis firmius adimpleantur, ego A. de Castrobono promito vobis dominis meis Ildefonso, regi Aragonie, et E., comiti Urgellensi, per fidelitates et hominia quibus vobis teneor astrictus, me et successores meos omnia superius dicta me fideliter et firmiter adimplere et observare; et insuper, ad majorem securi-

tatem Urgellensis ecclesie, facio jurare Guillelmum de Lorda, super animam meam quod omnia supradicta attendam, adimplebo et observabo.

Juro igitur ego Guillelmus de Lorda, super animam A. de Castrobono, quod ipse attendet, adimplebit et observabit omnia superius dicta. Sic Deus me adjuvet et hec sancta IIII evangelia. Actum est hoc VI kalendas septembris anno dominice incarnacionis MCXCIIII. S. A., Urgellensis episcopi. S. A. de Castrobono qui predictam convenienciam facimus, firmamus firmarique rogamus. S. G. de Lorda qui predictum sacramentum feci. S. (s. m.) Ildefonsi, regis Aragonie, comitis Barchinone et marchionis Provincie, in cujus manu et potestate predicta facta fuit composicio. S. E., comitis Urgellensis. S. B., Urgellensis sacriste. S. P. de Concabella, Urgellensis archidiaconi. S. B. de Vilamur, abbatis. S. R. Gaucerandi. S. B. de Portella. S. G. de Sancto Johanne. S. P. de Tavarteto, Ausonensis sacriste. S. B. de Paladol, Barchinonensis sacriste. S. O. de Paladol, vicarii domini regis. Signum G. de Cervaria. S. Gomballi de Ribellis. S. G. de Taraschone. + Petrus, Ausonensis sacrista. Berengarius, sacrista Barchinonensis +. S. G. de Tavarteto. Arnaldus de Archavel, operarius Urgellensis ecclesie, qui hoc scripsit et cum suo sig (s. m.) no corroboravit.

(*Orig.* Arch. capit. d'Urgel. Armoire 10, caisse : *Montferrer.* — *Copie.* ibid. cartulaire, vol. 1, n° 976.)

25

POBLET, 28 AOUT 1194

Composition faite entre Ermengaud VIII, comte d'Urgel, et Arnaud, vicomte de Castelbon, au sujet des vallées de Castelbon et d'Aguilar et des châteaux de Ciutat et d'Estamarit.

Sit notum cunctis, tam presentibus quam futuris, quod, post multas et varias contenciones et gueras que fuerunt inter Ermengaudum, comitem Urgellensem, et Arnaldum de Castrobono, viceco-

mitem, bono animo et spontanea voluntate, venerunt ad finem et composicionem de omnibus querimoniis et controversiis que, usque in hodiernum diem, inter se habuerunt, tali scilicet modo quod ego A. de Castrobono, gratis et bono animo, non coactus, recognosco, per me et per omnes successores meos, et concedo vobis, domino meo E., Urgellensi comiti, omnibusque successoribus vestris potestatem de Castrobono et de suis terminis, videlicet de Albezet, de Solanel, de Turbia, de Dimidrols, de Castronovo, de Villamediana et de omnibus forciis aliis et municionibus, constructis vel construendis, que infra terminos ipsius vallis de Castrobono hodie sunt vel in antea de novo facte fuerint, excepto solo castro Sancti Andree. Iterum concedo et recognosco vobis potestatem de castro Civitatis et ejus terminis. Predictorum autem castrorum potestatem ego Arnaldus de Castrobono, per me et per omnes successores meos, promitto vobis Ermengaudo domino meo, Urgellensi comiti, per bonam fidem et sine vestro enganno, me daturum vobis et successoribus vestris, iratum et paccatum, quandocumque a vobis vel successoribus vestris vel nunciis vel nuncio vestro fuero inde requisitus, ad X tamen dies, sicut moris et consuetudinis est. Ita tamen dabo vobis potestatem de dictis castris quod, quandocunque vos acceperitis vel vestri potestatem de Castrobono et de suis terminis, liceat mihi et meis tandiu tenere castrum Civitatis, cum suis terminis, donec vos mihi reddatis Castrumbonum cum suis terminis. E (*sic*) contra, si vos acciperitis potestatem de ipso castro de Civitate, similiter liceat mihi et meis tandiu tenere Castrumbonum cum suis terminis, donec vos mihi reddatis castrum de Civitatem (*sic*) cum suis terminis. Item ego A. de Castrobono recognosco, per me et per meos, vobis E., comiti, et vestris et concedo et promitto me daturum in perpetuum potestatem de Stamarid et de suis terminis, et de valle de Aguilar, scilicet de Rocha de Aguilar, de Spaen, de Planela, de Beren, de Solans, de Egils, de Villa Rubea, de Rochamora, de Trasjovel et de omnibus aliis municionibus, castris, forciis que in ipsa valle de Aguilar vel in ejus terminis hodie sunt vel in futurum facte fuerint. Potestatem autem omnium predictorum castrorum ego A. de Castrobono, per me et per omnes successores meos, pro-

mitto vobis E., Urgellensi comiti, et omnibus successoribus vestris daturum, iratum et paccatum, quandocunque a vobis vel successoribus vestris vel nunciis vel nuncio vestro inde requisitus, ad X tamen dies, ut predictum est. Hec omnia superius prelibata promito ego A. de Castrobono, per me et per omnes successores meos, vobis E., comiti, et vestris, me atendere, adimplere et in perpetuum observare, per bonam fidem et sine omni vestro, vestrorum enganno; et facio vobis inde hominium, fidelitatem et solidanciam contra omnes homines et feminas; et hanc solidantiam convenio ego vobis per sacramentum, a me corporaliter prestitum. Juro ego A. de Castrobono vobis domino meo E., comiti, et successoribus vestris quod sim semper vester solidus contra cunctos homines et feminas, cum honore et avere; et promitto vobis quod semper ero in defensione vite vestre, corporis vestri et membrorum vestrorum, filiorum, fratrum et sororum, uxoris omniumque rerum vestrarum, mobilium et inmobilium, necnon honoris vestri et semper juvabo vos et succesores vestros, cum corpore meo et cum militibus et cum hominibus meis et castris et cum omni posse meo. Si Deus me adjuvet et hec sancta quatuor evingelia. Actum est hoc Populeto, V kalendas septembris, anno dominice incarnacionis MCXCIIII. Sig+num Arnaldi de Castrobono qui hanc conventionem facio, firmo testibusque firmari precipio. Sig+num Poncii de Capraria. Sig+num Guillelmi de Cervaria. Sig+num Gombaldi de Ribellis. Sig+num Arnaldi de Monteclaro. Sig+num Dalmacii de Crexel. Sig+num Raimundi Gaucerandi. Sig+num Petri de Taraschone. Sig+num Michaelis de Lusia. Sig+num Guillelmi de Lordano. Sig+num Petri Balbi. Sig+num Petri, Populeti abbatis. Sig+num Bernardi de Portella. Sig+num Garcie de Alvero. Sig+num Exemeni de Rada. Sig+num Dalmacii de Palaciolo. Sig+num Guillelmi de Granata. Johannes de Ager scripsit et hoc+fecit. — Berengarius de Villasicca qui hoc translatum fideliter scripsit, kalendas augusti, anno Domini MCC et hoc signum (s. m.) apposuit.

(*Transc.* du 1er août 1200. Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées d'Alphonse Ier, n° 687.)

26

11 avril 1201

Composicio notabilis inter dominum B. de Vilamuro, Dei gratia Urgellensem episcopum, et Arnaldam, filiam quondam Arnaldi de Caboet, et filiam ejus Ermessendis (sic) *et Arnaldum de Kastrobono*[1].

Notum sit omnibus hoc audientibus quod contentio et controversia fuit diu, ex una parte, inter Bernardum de Vilamur, Dei gratia Urgellensem episcopum, et, ex altera parte, inter Arnaldam, filiam quondam Arnaldi de Caboot, et filiam ejus Ermessendis (*sic*) et Arnaldum de Castrobono, virum Arnallde, nomine earum requirentem super castris et dominacionibus et honoribus et juribus Arnaldi de Caboot et multis injuriis et malefactis hinc inde factis. De his controversiis venerunt, datis pignoribus et obsidibus traditis, in manu R. de Urgio et in manu domini Petri, abbatis Sancti Martini, qui, auditis questionibus et clamoribus et racionibus utriusque partis, assensu omnium et voluntate precedentium, sic inter eos amicabiliter composuerunt, scilicet : quod predictus Bernardus, Urgellensis episcopus, comendet Arnalde et tradat ad feudum et Ermessendi, filie sue, et Arnaldo de Castrobono, marito ejus, pro eis, salvo jure Urgellensis ecclesie in omnibus, vallem de Caboot, scilicet : castellum Podol et de Seira et de Pug et de Trogo et de Soler ; vallem Sancti Johannis, scilicet : castrum de Tor, cum suis pertinenciis, et castrum de Arts, cum suis pertinenciis, exceptis bajuliis et mansis et dominicaturis Urgellensis et Organiensis ecclesiarum que habent in predictis vallibus ; et Arnaldus de Castrobono diffiniat, per se et per suos, omnem rancorem et indignacionem et omnes injurias et omnia dampna et malefacta episcopo et ecclesie Urgellensi ; et Arnaldus et sui nullam exactionem, nullam questiam, nullam toltam, nullam fortiam, nullam

1. Analyse ancienne.

albergam faciant omnibus clericis sive hominibus sive possessionibus Urgellensis Sedis. Et ipsa Arnalda et Ermessendis et Arnaldus de Castrobono, nomine earum, et quicumque honores illos et castra habuerit, faciat (*sic*) episcopo et ecclesie Urgellensi et successoribus ejus, in perpetuum, hominium et fidelitatem et jurent ei totum hoc et faciant jurare omnes milites predictorum castrorum predicti honoris et omnes homines, a quindecim annis supra, fidelitatem et hominium episcopo et successoribus suis et ecclesie Urgellensi. Et ipsa Arnalda et Ermessendis et A. de Castrobono, pro eis, donent potestatem episcopo et ecclesie Urgellensi et capitulo, amoniti per eos vel per nuncium vel per nuncios eorum, per quantascumque vices requisiti fuerint nec expectent diem vel horam nec possent oponere aliquam excusationem vel racionem sive occasionem nec latitent nec se subtrahant nec se prohibeant quominus amoneantur nec aliquid faciant vel fieri sustineant ut potestates castrorum differant et totum hoc adimpleant, irati et paccati ; et quod servent fidelitatem episcopo et ecclesie toti, in capite et in membris, et quod deffendant ecclesiam et omnia jura ejus contra omnes homines et faciant episcopo et successoribus ejus et ecclesie Urgellensi curtes, hostes et cavalcadas et seguimenta et placita. Et, si ipsa Arnalda vel Ermessendis vel A. de Castrobono vel aliquis vel aliqua qui castra vel honores tenerent potestates predictorum castrorum vel municionum que modo sunt vel in antea erunt in predictis vallibus vel honorum (*sic*) non darent, contradicerent, vetaret (*sic*), impedirent vel se subtraherent vel predictam fidelitatem in aliquo frangerent, caderent ab omni juri quod ibi haberent, ita quod, de cetero, nichil possent petere, et episcopi, capitulum et ecclesia totum haberent in propria dominicatura, ad faciendam suam suorumque voluntatem, in perpetuum ; et totum posset occupare ecclesia, sua propria auctoritate, sine contradiccione cujuslibet persone ; et milites tocius honoris et omnes homines sint absoluti ab hominio et fidelitate ipsius Arnalde et Ermessendis et A. de Castrobono et omnium successorum eorum, in perpetuum, et quod occurrerent et attenderent episcopo et ecclesie Urgellensi et capitulo, cum omnibus castris et honoribus et municionibus predictarum vallium, sicuti

proprii homines ad suum verum et proprium dominum et, cum omnibus viribus suis, adjuvent et deffendant et teneant se cum episcopo et ecclesia contra predictos et donent ei potestates de omnibus castris et honoribus dictis. Si forte Arnalda vel Ermessendis vel Ar. de Castrobono vel ille qui castra teneret esset absens sive extra terram, milites honoris dent potestatem castrorum episcopo et ecclesie et capitulo vel nuncio ejus, requisiti ab eis; et homines predictarum vallium faciant seguimentum episcopo et canonicis, quociescumque mandaverit, cum propriis armis et cibo. Verumtamen si Arnalda vel Ermessendis, filia ejus, vel A. de Castrobono vel sui homines, in aliis rebus, ecclesie dampnum dederint, infra XXX[a] dies amoniti teneantur, per sacramentum et hominium quod faciant, restituere et emendare. Item si Arnalda decederet sine prole legitima suscepta ex Arnaldo de Castrobono vel Ermessendis, comunis eorum filia, vel si proles prolis, inperpetuum, ita descederet, totus honor predictorum integre et sine diminucione et omnis sit ecclesie Urgellensis, sine contradictione cujuslibet persone, ad omnem suam voluntatem in perpetuum faciendam. Preterea Arnalda et vir ejus Arnaldus de Castrobono Ermessen, suam communem filiam, maritent, cum omni honore predicto, consilio episcopi et assensu, et episcopus tamen non malignetur in hoc; et tunc Ermessendis et vir ejus futurus faciant easdem fidelitates et faciant fieri ab omnibus militibus et aliis hominibus tocius honoris; et quicumque honorem predictum habere voluerit episcopo et ecclesie prius juret et faciat omnes supradictas fidelitates et convenciones et fieri faciat a militibus et hominibus. Et Arnalda et Ermessendis et A. de Castrobono solvant et diffiniant episcopo et ecclesie potestatem de Bescheran, ita quod, de cetero, nichil exigant in illo castro ab episcopo vel a Berengario Guillelmo qui tenet castrum ab episcopo et solvat (*sic*) et diffiniat quicquid Arnaldus de Caboot habuit in Bescheran et in suis terminis vel in Sede et suis terminis vel in Archavel et suis terminis, ex concessione et convenientia quam fecit Bernardus Sancii, episcopus, eidem A. de Caboot. Episcopus autem solvat et diffiniat omnem injuriam et omnia malefacta ipsi A° de Castrobono et suis in perpetuum; et, pro hac diffinicione et

absolucione malefactorum et injuriarum, dat Arnaldus de Castrobono episcopo M aureos.

Omnia supradicta, prout melius et plenius intelligi possunt ad utilitatem Urgellensis ecclesie, laudamus et confirmamus, gratis et sine forcia, in nullo decepte, ego Arnalda, sepedicta, et Ermessendis, ejus filia, per nos et per omnes nostros, vobis domino Bernardo, Urgellensi episcopo, et successoribus vestris, in perpetuum, et quod ita teneamus et contra non veniamus vel venire faciamus, bona fide, per stipulacionem promitimus et etiam corporaliter, tactis sacrosanctis evangeliis, sponte juramus, renuncians, per ejusdem sacramentis (*sic*) religionem, beneficio minoris etatis et omni juri ac legi que mulieres, scientes vel ignorantes, juvare solent et exceptioni doli et metus et omni alii exceptioni et juri generali et speciali, divino et humano, scripto et consuetudinario ad hec infringenda vel istorum aliquod competenti vel competituro. Et ego A^us^ de Castrobono, predictus, teneo me per paccatum de hac composicione et omnia predicta laudo et confirmo et concedo vobis domino meo Bernardo de Vilamuro, Urgellensi episcopo, et ecclesie Urgellensi et capitulo, non choactus vel deceptus in aliquo sed mera et spontanea voluntate, et quod ita teneam et fideliter adimpleam et firmiter teneri faciam et contra non veniam vel venire sustineam, bona fide, per stipulacionem et per hominiscum firmiter promito et etiam per hec sacra IIII^or^ evangelia, corporaliter tacta, sponte juro, renuncians, per idem sacramentum, scienter et consulte exceptioni doli et metus et omni alii juri et occasioni, cujus auxilii fretus contra venire possem.

Et ego Bernardus, Dei gratia Urgellensis episcopus, omnia predicta laudo et confirmo et predictam composicionem approbo tibi Arnalde et Ermessendi, filie tue, ac tibi, A. de Castrobono.

Actum est hoc III idus aprilis, anno ab incarnacione Christi M CC I. S. B., Urgellensis episcopi. S. Arnalde de Caboot. S. Ermessendis, filie dicte Arnalde. S. A. de Castrobono qui hec jussimus scribi, firmavimus firmarique rogavimus. S. R. de Urg. S. Petri, abbatis. S. Ber. de sancta Fide, Urgellensis sacriste. S. G. de Petramola, archidiaconi. S. P. de Josa, archidiaconi. S.

G. de Pinos. S. G. de Sancti Johannis. S. R. de Vilamur. S. B. Ermengaudi. S. (*en blanc*). S. A. de Aragal. S. R. de Odem. S. Vilar. S. B. de Malmercad. S. B. de Alzamora. S. Mironis de Fontaneda. S. B. de Argestiis. S. B. Mironis. S. B. de Castel Arnaldi. S. Johannis de Vilarubia. S. R. de Ergolel. S. G. de Ponts. S. B. Raimundi. S. B. de Fox. S. R. de Valle Andorra. S. B. de Ger qui hec scripsit, jussu R. de Tost, capellani, die et anno quo supra.

(*Copie*. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 990.)

27

2 juillet 1203

Raymond-Roger, comte de Foix, promet à Ermengaud VIII, comte d'Urgel, de lui payer 40.000 sous d'Agramunt ou de Barcelone, en garantie desquels il lui donne en otage six de ses chevaliers.

Ad cunctorum perveniat noticiam quod ego Raimundus Rotgerii, comes Fuxi, convenio vobis Ermengaudo, Dei gratia Urgellensi comiti, XL milia solidorum acrimontensium vel barchinonensis monete, quos ego voluero, vel aurum vel argentum, sicut valebit in Ylerdam (*sic*) ; pro quibus XL milibus solidis mitto vobis ostaticos VI milites, scilicet Rotgerium de Comenge et A. Bernardum de Marchafava et Berengarium de Castellione et R. de Quer et Guilielmum Ysarni et Bernardum Oalric, ut vos habeatis istos et tantum teneatis donec predicta XL milia solidorum sint vobis soluta. Et, quandocumque aliquid de predicta pecunia, sive parum sive multum, vobis fuerit solutum, recipiatis et in solutum computetis ; et, quando tota pecunia predicta fuerit vobis soluta, eo etiam soluto quod, nomine victualium, ab eis vel ab eorum custodibus fuerit expensum, libere et sine omni contradictione a potestate vestra vestrorumque predicti obsides sint liberati.

Ego autem Ermengaudus, comes Urgelli, convenio vobis Raimundo Rotgerii, Fuxensis (*sic*) comiti, bona fide, quod ita atendam, sicut superius dictum est, et, ad majorem cautelam, dono vobis

fiducias Alviram, Urgelli comitissam, et Petrum Ferrandiz et Gonbaldum de Ripellis et Guillelmum de Peralta atque Poncium de Heril qui vobis, ut supra scribitur, atendant et atendere faciant. Quod est actum die martis, secunda julii, sub anno Domini M°CC°III°. Sig + num Raimundi Rotgerii, comitis Fuxii. Sig + num Ermengaudi, Urgelli comitis. Sig + num Alvire, comitisse. Sig + num Petri Ferrandiz. Signum Gonbaldi Ripellarum. Sig + num Guillelmi de Peralta. Sig + num Poncii de Heril qui hoc firmamus et concedimus.

Petrus de Coscone qui scripsit et hoc + impresit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre Ier, n° 155.)

28

LÉRIDA, AOUT 1203

Convention faite entre Pierre II[1], *roi d'Aragon, et Ermengaud VIII, comte d'Urgel, relativement aux affaires de Raymond-Roger, comte de Foix, et d'Arnaud, vicomte de Castelbon.*

Hec est forma composicionis que facta est inter dominum regem et comitem Urgelli super facto comitis Foxensis et militum suorum et A. de Castrobono.

Primo dictum est quod comes Urgelli solvat et deliberet domino regi comitem Foxensem et filium ejus et omnes alios captos et A. de Castrobono, tali scilicet modo quod comes de Fox compleat comiti Urgelli XLV milia solidorum barchinonensium, computatis in his illis denariis quos jam ex eo habuit, solutis etiam, insuper, expensis quas fecit comes de Fox et milites sui in captione illa. Dictum est etiam, in composicione, quod P. Ferrandiz donet comiti Urgelli, pro hujusmodi solucione comitis de Fox, XXV millia solidorum barchinonensium. Item dictum est, in composicione, quod A. de Castrobono donet comiti Urgelli X milia solidorum barchinonensium

1. Pierre I[er], comme comte de Barcelone.

et donet ei potestatem illorum castrorum que tenet per eum, scilicet de Castrobono et de terminis ejus, excepto castro de Sancto Andrea ; et donet ei potestatem de Roca de Aquilar et de terminis ejus et de castro d'Estamarid et de terminis ejus et de castro de Taus et de Sauch et de Saucadel et dels Castels et de terminis eorum ; et donet potestatem ecclesie Urgelli et episcopo de castro de Terraza et de castro de Pooil et de aliis de quibus debeat dare. Hoc autem completo et facto sit solutus A. de Castrobono. Dictum est etiam quod comes Urgelli restituat ei predictas suas potestates, prestita tamen comiti Urgelli securitate, unde ipse sit bene securus quod amplius predicte potestates non sint ei contradicte +. Dictum est etiam quod castrum de Torres sit omnino redditum ecclesie Urgelli et episcopo a domino rege, sine aliquo retentu et impedimento. Item dictum est quod predictus comes de Fox, per se et per suos, et A. de Castrobono, per se et per suos, faciant perpetuam finem et concordiam comiti Urgelli et suis et ecclesie Urgelli et episcopo et suis super predicta captione, scilicet de his que, occasione predicte captionis, facta fuerunt, sine omni malo ingenio. Item dictum est, in composicione, quod dominus rex conveniat comiti Urgelli, bona fide et sine dolo, ut predictam finem et composicionem attendat et observet et faciat attendi et observari ab eis, sicut continebitur in instrumentis composicionis eorum ; et, ad majorem securitatem, dominus rex recipiat comitem Urgelli in hominem ut predicta omnia sint ei, sine malo ingenio, observata. Item dictum est de fine et compossicione supradictorum, quod, sicut dominus rex disponet et statuet inter eos, bona fide hinc inde habita, sit ab utraque parte concessa et firmiter observata. Item dictum fuit quod dominus rex restituat comiti Urgelli potestates quas accepit ab eo cum fructibus quos suscepit inde ab eo et a castlanis suis sive aliis militibus. Item dictum est quod dominus rex differat petere potestatem castri de Mequinenza, ab instanti festo sancti Michaelis usque ad unum annum, si, interim, G. de Cervaria non venerit ; quod, si venerit, donet illam potestatem comes domino regi, si eam habere poterit. Preterea dictum fuit quod dominus rex diffiniat querimoniam et malam voluntatem comiti

Urgelli quam habebat erga ipsum de facto isto et quod nunquam contra istam finem et composicionem veniat +. Si vero comes et A. de Castrobono non poterunt concordari de hujusmodi securitate, A. de Castrobono sit absolutus de fine quam fecerit comiti Urgelli et etiam dominus rex sit absolutus et deliberatus de conveniencia quam faciet comiti Urgelli pro predicto A. de Castrobono. Verumtamen dominus rex non noceat comiti Urgelli in facto isto, pro A. de Castrobono nec pro aliquibus coadjutoribus suis set faciat ei finem, per se, de toto facto isto. Item dictum est quod si, aliquo casu, comes Foxensis fregerit comiti Urgelli finem quam ei fecit, dominus rex sit comiti Urgelli et hoc adjutor. Datum apud Ylerdam mese (*sic*) augusti, per manum Johannis de Berax, domini regis notarii, et, mandato ejus, scripta sub anno Domini M°C°C° tercio. Sig + num Petri, regis Aragonis et comitis Barchinone. Sig + num Ermengaudi, comitis Urgelli. Sig + num Alvire, comitisse Urgelli. Sig + num Petri Ferrandiz. Petrus, Ausonensis sacrista. A. de Tolone subscribo cum Salomone. Sig + num Petri, scriptoris, qui hoc fecit scribi.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre Ier, n° 159.)

29

7 SEPTEMBRE 1203

Arnaud, vicomte de Castelbon, remis en liberté, promet à Ermengaud VIII, comte d'Urgel, de faire la paix avec lui et d'accepter la main d'Elicsende, sa nièce.

Notum sit cunctis, presentibus atque futuris, quod ego Arnaldus de Castrobono, per me et per omnes meos et per amicos meos, liber et solutus, diffinio vobis Ermengaudo, comiti Urgelli, et episcopo et ecclesie Urgelli et vestris ipsam capcionem quam de me et de militibus meis fecistis et omnia alia malefacta et contumelias quas nobis, aliquo modo, intulistis, ut bonum finem et perpetuam

pacem a me et a meis inde habeatis. Et convenio vobis et vestris esse bonus et legalis amicus et fidelis homo in omnia; et, intuitu vestro et amore pacis, accipio Eliesendam, filiam Guillelmi de Cardona, neptam vestram, in uxorem; et, ut omnia ista vobis et vestris firmius habeantur, volo et concedo et etiam trado vobis, in vestro posse, castrum de Castrobono et rocham de Agilar, ut sint in vestro posse, absque omni contradiccione mea et meorum, usque ad quinque annos. Et convenio vobis, bona fide et in legalitate et hominio, quod predicta castra, scilicet : Castrumbonum et rocham de Aguilar vobis vel vestris non auferam nec auferri faciam. Preterea concedo vobis et successoribus vestris et consuetudines et senioraticum quod habetis et habere debetis in me et in honoribus quos pro vobis teneo, sicuti plenius in cartis inter me et vos confectis continetur; et, ut hec omnia vobis et vestris melius et firmius adinpleantur, ego Arnaldus de Castrobono et ego Bernardus de Sa Portela et ego Guillelmus de Peralta et ego Berengarius de Puigverd et ego Raimundus Gauceran et ego Berengarius de Anglerola et ego Hugo de Mataplana et ego Arnaldus de Saga, nostris propriis manibus super sanctam + Domini et super IIII^{or} evangelia, sub periculo et dampnacione animarum nostrarum, juramus vobis Ermengaudo, comiti Urgelli, et convenimus vobis, sub sacramento isto et sub hominio quem unusquisque nostrum vobis facimus, de ore et de manibus, quod ego Arnaldus de Castrobono et nos adinplebimus vobis et vestris omnia supradicta et singula, tam de fine quam de pace predicta, quam aliarum rerum et quod, in aliquo, vos non decipiamus, nostro sciente; sic Deus nos adjuvet et hec sancta IIII^{or} evangelia.

Et insuper ego Raimundus Rogerius, Dei gratia comes de Foix, convenio vobis Ermengaudo, comiti Urgelli, et vestris, in fide et legalitate mea, quod faciam vobis atendere et complere omnia supradicta et singula Arnaldo de Castrobono et suis et firmiter tenere et observare et inviolabiliter custodire, bona fide, toto malo ingenio remoto.

Ego siquidem Ermengaudus, comes Urgelli, per me et per successores meos, concedo et laudo vobis Arnaldo de Castrobono et

vestris feuda et honores que per me habetis et habere debetis, sicut in cartis ultimis, inter me et vos confectis, continetur.

Insuper ego Arnaldus de Castrobono convenio vobis Ermengaudo, comiti, redere ipsas cartas condicionum que inter me et vos fuerunt facte, antequam alie ultime; sin autem quod sin (*sic*) irrite et corrupte, ut mihi vel meis non possint prodesse et vobis neque vestris nocere. Quod est actum VII idus septembris, anno Domini MCC tercio. S+num Arnaldi de Castrobono, vicecomitis. S+num Bernardi de Sa Portella. S+num Guillelmi de Peralta. S+num Berengarii de Puigverd. S+num Raymundi Gauceran. S+num Berengarii de Anglerola. S+num Hugonis de Mataplana. S+num Arnaldi de Saga. S+num Ermengaudi, comitis. S+num Raimundi Rogerii, comitis, qui hoc firmamus et concedimus. S+num Geraldi Alaman. S+num Petri de Sa Sala. S+num Petri Balb. S+num Raimundi Petri de Sanaugia. S+num Isarni de Tolossa, testes Arnaldi de Castrobono et Berengarii de Puigverd et Raimundi Gauceran et Ermengaudi, comitis, et R. Rogerii, comitis.

Raimundus Dominici qui hanc cartam scripsit et hoc (s. man.) fecit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre Ier, n° 161.)

30

7 SEPTEMBRE 1203

Paix jurée à Ermengaud VIII, comte d'Urgel, par Raymond-Roger, comte de Foix, et Roger-Bernard, fils de ce dernier, à leur sortie de prison.

Notum sit cunctis quod ego Raimundus Rogerius, Dei gratia comes de Foix, et Rogerius Bernardi, filius meus, liberi et soluti, per nos et per omnes nostros, diffinimus vobis Ermengaudo, comiti Urgelli, et episcopo et ecclesie Urgelli et vestris ipsam capcionem quam de nobis et de militibus nobiscum captis fecistis et diffinimus vobis omnia dampna et contumelias quas nobis, aliquo modo, intu-

listis, ut bonum finem et perpetuam pacem a nobis et a nostris inde habeatis; et erimus vobis et vestris bonos et fideles amicos in omnia quod non decipiemus vos in aliquo, nostro sciente. Et, ut hec omnia vobis et vestris melius et firmius habeantur, ego Rogerius Bernardi facio vobis inde hominium, de ore et de manibus, et ego Raimundus Rogerii et Rogerius Bernardi nostris propriis manibus super sanctam + Domini et super IIII^or^ evangelia, sub periculo et dampnacione animarum nostrarum, juramus vobis Ermengaudo, comiti Urgelli, et convenimus vobis, sub rigore hominii quem ego Rogerius Bernardi vobis feci, omnia supradicta et singula atendere et adinplere et inviolabiliter custodire et in aliqua contra non venire; sic Deus nos adjuvet et hec sancta IIII^or^ evangelia. Quod est actum VII idus septembris, anno Domini MCC tercio. S+num Raimundi Rogerii, comitis de Foix. S+num Rogerii Bernardi qui hoc firmamus et concedimus, prestito sacramento predicto. S+num Berengarii de Puigverd. S+num Geraldi Alaman. S+num Petri de Sa Sala. S+num Petri Balb. S+num Raimundi Petri de Sanaujia. S+num Isarni de Tolossa, testes R. Rogerii.

Raimundus Dominici qui hanc cartam scripsit et hoc (s. man.) fecit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre Ier, n° 162.)

31

30 SEPTEMBRE 1203

Promesse faite à Ermengaud VIII, comte d'Urgel, par Arnaud, vicomte de Castelbon, de ne jamais marier sa fille Ermessende ou une autre de ses filles avec Roger-Bernard ou un autre des fils du comte de Foix.

Anno Domini MCC tercio, ego Arnaldus de Castrobono et ego Guilielmus de Lorda, nos ambo insimul et quisque per se, nostris propriis manibus, facimus hominium vobis Ermengaudo, comiti Urgelli, et, nostris propriis manibus super sanctam + Domini et

super IIII^or^ evangelia, juramus vobis quod ego Arnaldus de Castrobono numquam dabo, in uxorem, Rogerio Bernardi vel alio filio Raimundi Rogerii, comitis de Foix, Ermesendem, filiam meam, vel aliam filiam meam, de me in Arnalda, uxore mea, procreatam ; quod si forte fecero diffinio vobis in vestro posse et dominio meum castrum d'Estamarid et Castrumbonum et rocham de Aguilar et totam comitoriam meam de Taus, ut liceat vobis, auctoritate vestra, ipsa omnia occupare et ego et filia mea Ermesen cadamus ab omni jure nostro ; et, in parte, renunciamus omni legi et juri, scripto et non scripto, quod nos juvare posset et absolvimus vos Raimundum Rogerii, comitem de Foix, et Rogerium Bernardi, filium vestrum, et omnes alias personas de omnibus pactis et juramentis que inter nos et vos facte sunt, super nupciis Rogerii Bernardi et Ermesendis, filie de me Arnaldo de Castrobono ; et, si in aliquo de his suprascriptis venire temptaverimus, teneamur vobis per sacramentum et hominium, unde nos excussare vel expiare non possimus, verbo vel bello, vel aliquo alio judicio ; sic Deus nos adjuvet et hec sancta IIII evangelia.

Et ego Ermengaudus, comes Urgelli, convenio vobis Arnaldo de Castrobono quod, si episcopus Urgelli noluerit se pacificare vobiscum pro me, jure vel laudamento, quod non sim vobis inde adversarius, aliquo modo. Quod est actum pridie kalendas octobris. Signum Arnaldi de Castrobono. S+num Ermesendis, filie ejus. S+num Guillelmi de Lordano qui hoc firmamus et concedimus, prestito sacramento et hominio predicto. S+num Ermengaudi, comitis Urgelli, qui hoc firmo. S+num Arnaldi de Rubione. S+num Petri de Mediano. S+num Raimundi Sarraceni. S+num Raimundi de Peramola. S+num Berengarii de Fluviano. S+num Bernardi de Aragal, testes.

Raimundus Dominici qui hanc cartam scripsit et hoc (s. man. fecit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre Ier, n° 165.)

32

SEPTEMBRE 1203

Paix conclue entre Ermengaud VIII, comte d'Urgel, et Raymond-Roger, comte de Foix.

In Christi nomine notum sit cunctis presentibus et futuris quod ego Ermengaudus, Dei gratia Urgellensis comes, et ego Raimundus Rotgerii, Fuxensis comes, simul per nos et per omnes nostros, super multis et variis contencionibus et injuriis que inter (*sic*) erant agitatas cum hac presenti carta, bonis animis et gratuitis voluntatibus, venimus ad finem et ad bonam concordiam atque ad perfectam et amicabilem composicionem ab omnibus illis gerris et malefactis et injuriis atque contencionibus que, aliquo modo, usque in presentem diem habuimus et que unus nostrum alteri, usque in hunc diem, ullo modo vel aliqua racione, fecimus.

Et ideo ego E., Urgellensis comes, promitto et convenio vobis Raimundo Rotgerio, Fuxensis comiti, in bona fide et legalitate mea et in hominatico quod vobis facio, in hominatico quod a vobis recipio, me fore fidelem et legalem amicum vestrum de amiciciam (*sic*), contra cunctos homines et feminas et sine omni vestro malo ingenio. Adhuc convenio vobis dicto R., comiti Fuxi, me esse valetorem vestrum et coadjutorem de corpore et de avere et de honore ab omnibus personis, exceptis tamen Petrum Ferrandiz et Guillelmum de Cardona, absque ullo ingenio.

Et similiter ego Raimundus Rogerii, comes Fuxensis, promitto et convenio vobis Ermengaudo, Urgellensi comiti, in bona fide et legalitate mea et in hominatico quod vobis facio et in illo quod a vobis recipio, me fore fidelem et legalem amicum vestrum de amiciciam, de corpore et de avere et de honore, ab omnibus personis, sine omni vestro malo ingenio; et adhuc promitto et convenio vobis E., comiti Urgelli, me fore valetorem vestrum et choadjutorem de corpore et de avere et de honore contra cunctos homines et feminas, absque vestro malo ingenio.

Et, ut istam finem et amicabilem compositionem (*sic*) tucior sit, ego Ermengaudus, Urgellensis comes, et ego Raimundus Rogerii, comes Fuxi, nostris propriis manibus tactis IIII^or evangeliis, juramus hec omnia, ut supra scribitur, atendere, tenere et complere, sine omni enganno utriusque partis et ut melius potest dici et sanius intelligi ex utraque parte. Acta carta (*espace blanc laissé dans la charte*) septembris... anno Domini M°C°C°III. S+num Ermengaudi, Urgellensis comitis. S+num Raimundi Rogerii, Fuxensis comitis, qui hoc firmamus, laudamus et concedimus testibusque firmare rogamus. S+num Rotgerii de (*déchirure*). S+num Petri de Durban. S+num Petri de Mediano. S+Raimundi de Fon... testes hujus rei. Petrus de Coscone qui, pre [cepto ill] orum, scripsit et hoc (s. man.) impressit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre Ier, n° 166.)

33

1er OCTOBRE 1203

Raymond-Roger, comte de Foix, conjointement avec Roger-Bernard, son fils, Roger de Comenge et autres chevaliers, promet à Ermengaud VIII, comte d'Urgel, de conclure le mariage de son dit fils avec Miracle, sœur du dit Ermengaud, à l'exclusion de toute union à contracter entre le susdit Roger-Bernard ou aucun autre de ses fils, et Ermessende de Castelbon ou aucune autre des filles d'Arnaud, vicomte de Castelbon.

Anno Domini MCCIII, ego Raimundus Rogerii, comes Foxensis, et ego Rogerius Bernardi, filius comitis de Foix, et ego Rogerius de Comengie et ego Raimundus Guilaberti et ego Guillelmus Jordani et ego Poncius Azemar et ego Bertrandus de Durban et ego Bernardus de Durban, nos omnes et singuli per se, nostris propriis manibus, facimus hominium vobis domino Ermengaudo, comiti Urgelli, et super IIII^or evangelia juramus quod dictus Rogerius Bernardi, filius domini comitis de Foix, accipiet Miracle, sororem vestram, in uxorem et tenebit eam honorifice omnibus diebus vite

sue et redet ei debitum, et faciet ei quicquid bonus maritus sue boni uxori tenetur facere, et nulla racione eam dimitet nec faciet nec fieri permitet ei ab aliquo quo ipsa ab eo habeat discedere; et quod ipse Rogerius Bernardi vel alius filius comitis Foxensis, nunquam accipiet in uxorem Ermesendem, filiam Arnaldi de Castrobono, vel aliam ejus filiam, ab Arnalda natam, nec habebit vel accipiet honorem de Caboot, nec vallem Sancti Johannis, nec vallem Andorre, totas nec partes, nec aliquo modo; et, si forte, quod Deus nolit, dictus Rogerius Bernardi dictam Miracle, sororem vestram, dimiteret vel in aliquo contra hoc sacramentum et hominium quem vobis facimus veniret, teneamur vobis de hominio et de sacramento, unde non excussare vel expiare non possimus, verbo vel armis; sic Deus nos adjuvet et hec sancta IIII^or^ evangelia. Quod est actum kalendas octobris. S+num Raimundi Rogerii, comitis de Foix. S+num Rogerii Bernardi, filii comitis de Foix. S+num Rogerii de Comengie. S+num Raimundi Guilaberti. S+num Guillelmi Jordani. S+num Poncii Azemar. S+num Bertrandi de Durban. S+num Bernardi de Durban qui hoc firmamus et concedimus, prestitis sacramentis et hominiis predictis. S+num Arnaldi de Rubione. S+num Berengarii de Fluvia. S+num Raimundi Sarraceni. S+num Bernardi Ceba. S+num Petri de Grazano. S+num Guillelmi Ceba. Raimundus Dominici qui hanc cartam scripsit et hoc + fecit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre Ier, n° 168.)

34

18 mars 1206

Ermengaud VIII, comte d'Urgel, promet à Arnaud, vicomte de Castelbon, de ménager la paix entre lui et Pierre de Puigvert, évêque d'Urgel, au sujet des vallées d'Andorre, de San Juan et de Caboet qu'il doit tenir en fief du dit évêque.

Notum sit cunctis, presentibus et futuris, quod ego Ermengaudus, Dei gracia Urgellensis comes, convenio vobis Arnaldo de

Castrobono, vicecomiti, quod faciam composicionem inter vos et Petrum de Podioviridi, Urgellensem episcopum, si potuero ullo modo, de illo honore quem vos illi demandatis et pro ecclesia Urgelli Sedis tenere debetis, scilicet valdem (*sic*) de Andorra, et valdem Sancti Johannis et valdem de Cabood, in isto tamen modo, scilicet secundum illas conveniencias que Arnaldus de Cabood fecit cum episcopo Sanz vel secundum illas que vos Arnaldus de Castrobono fecistis cum Arnallo de Pereixen, episcopo Urgellensi, vel secundum illas quas fecistis vos primum et gratis cum Bernardo de Vilamur, Urgellensi episcopo, et in tenore unius istarum, cum potuero consumare cum dicto episcopo dictam composicionem, de isto festo Domini Resurrectionis usque ad unum annum. Deinceps convenio vobis me esse adjutorem et valetorem vestrum de dicto episcopo, si gerram cum illo habere volueritis de dicto die in antea; hoc convenio vobis atendere et complere, bona fide et sine omni enganno; sic Deus me adjuvet et isti (*sic*) IIII^{or} evangelia.

Pari siquidem racione ego Arnaldus de Castrobono convenio vobis domino Ermengaudo, comiti Urgellensi, ut sim vobis adjutorem (*sic*) et valitorem de prefato episcopo Urgelli et quod non faciam cum illo ullam composicionem vel placitum, aliquo modo, nisi fuerit cum vestra voluntate et consilio, postquam per me et illum gerram feceritis ulla racione. Hec omnia convenio vobis atendere et complere bona fide et sine omni enganno; sic Deus me adjuvet et isti (*sic*) IIII^{or} evangelia. Facta carta XV kalendas aprilis, sub anno Domini M^{o}CC^{o} VI°. Sig+num Arnaldi de Castrobono. Sig+num Ermengaudi, Urgelli comitis, qui hoc firmamus et concedimus testibusque firmare rogamus. Sig+num Guillelmi de Peralta. Sig+num Guillelmi de Heril. Sig+num Petri de Mediano, testes hujus rei. Sig (s. man.) num Petri de Coschone qui, precepto illorum, scripsit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre Ier, n° 254.)

35

13 NOVEMBRE 1206

Paix et accord conclus entre Pierre de Puigvert, évêque d'Urgel, d'une part, Ermessende de Castelbon et Arnaud, vicomte de Castelbon, son père, d'autre part, au sujet de leurs différends sur les vallées de Caboet, de San Juan et d'Andorre.

Notum sit omnibus hec audientibus quod contencio fuit et controverssia diu, ex una parte inter Petrum de Podioviridi, Dei gratia Urgellensem episcopum, et ex alia parte inter Ermessendem, filia (*sic*) condam Arnalde de Caboed, et Arnaldum de Castrobono, patrem dicte Ermessendis, nomine ejus requirentem super castris et dominacionibus et honoribus et hominibus, et juribus Arnaldi de Caboet et multis injuriis et malefactis hinc inde factis; de his controverssiis venerunt, datis pignoribus, in manu R., Urgellensis prioris, Ber. de Sancta Fide, sacriste, Petri de Josa, archidiaconi, B. de Saga, abbatis, B. de Alzamora, Vuillelmi Mercatoris, G. Gacet, R. d'Ergolel et Johannis de Pines, qui, auditis questionibus et clamoribus et racionibus utriusque partis, assensu omnium et voluntate precedencium, sic inter eos amicabiliter composuerunt, scilicet : quod predictus Petrus, Urgellensis episcopus, comendat Ermessendi et tradit ad feudum et Arnaldo de Castrobono, patri ejus pro ea, salvo jure Urgellensis ecclesie in omnibus, vallem de Caboot, scilicet : castellum Podol et de Serra et de Pug et de Trogo et de Soler; vallem Sancti Johannis, scilicet : castrum de Tor cum suis pertinenciis et castrum de Arts cum suis pertinenciis; et feudum vallis Andorre, sicut continetur in instrumentis que sunt inter illos et Urgellensem ecclesiam, exceptis bajuliis et mansis et dominicaturis Urgellensis et Organiensis ecclesiarum que habent in predictis vallibus. Et Arnaldus de Castrobono et Ermessendis, filia ejus, difiniunt, per se et per suos, omnem rancorem et indignacionem et omnes injurias et omnia dampna et malefacta episcopo et ecclesie Urgellensi, et

Arnaldus et sui nullam exaccionem, nullam questam, nullam toltam, nullam forciam, nullam albergam faciant omnibus clericis, sive hominibus, sive possessionibus Urgellensis Sedis. Et ipsa Ermessen et Arnaldus de Castrobono, nomine ejus, et quicumque honores illos et castra habuerit, faciat episcopo et ecclesie Urgellensi et successoribus ejus, in perpetuum, hominium et fidelitatem et jurent ei totum hoc et faciant jurare omnes milites predictorum castrorum predicti honoris et omnes homines, a XV annis supra, fidelitatem et hominium episcopo et successoribus suis et ecclesie Urgellensi in perpetuum. Et ipsa Ermessen et Arnaldus de Castrobono, pro ea, vel qui predicta castra tenuerint que modo sunt vel forte in antea erunt in illo honore, donent potestatem episcopo et ecclesie Urgellensi et capitulo, ammoniti per eos vel per nuncium vel per nuncios eorum, per quantascumque vices requisiti fuerint, nec expectent diem vel horam nec possent obponere aliquam excusacionem vel racionem sive occasionem nec latitent nec se subtraant, nec se proibeant quominus amoneantur, nec aliquid faciant vel fieri sustineant ut potestates castrorum diferantur et totum hoc adimpleant, irati et paccati, et quod servent fidelitatem episcopo et ecclesie toti, in capite et in membris, et quod defendant ecclesiam et canonicos et omnia jura eorum contra omnes homines, et faciant episcopo et successoribus ejus et ecclesie Urgellensi curtes, hostes et cavalcades et segimenta et placita. Si forte Ermessen vel Arnaldus de Castrobono vel ille qui castra teneret esset absens vel extra terram, milites honoris dent potestatem castrorum episcopo et ecclesie et capitulo vel nuncio ejus, requisiti ab eis ; et homines predictarum vallium faciant segimentum episcopo et canonicis, quocienscumque mandaverit, cum propriis armis et cibo. Verumptamen, si Ermessendis predicta vel Arnaldus de Castrobono vel sui homines in aliis rebus ecclesie dampnum dederint, infra XXX dies ammoniti, teneantur per sacramentum et hominium quod faciant restituere et emendare. Preterea Arnaldus de Castrobono maritet Ermessendem, filiam suam, cum omni honore predicto, consilio episcopi et asensu, et episcopus tamen non malignetur in hoc. Et etiam Ermessen et vir ejus futurus faciant easdem fidelitates et faciant fieri ab omnibus militibus et

aliis hominibus tocius honoris. Et quicumque honorem predictum habere voluerit episcopo et ecclesie prius juret et faciat omnes predictas fidelitates et convenciones et fieri faciat a militibus et hominibus. Et Ermessendis et Arnaldus de Castrobono solvunt et difiniunt, per se et per suos, in perpetuum, episcopo et ecclesie potestatem de Bescaran, ita quod de cetero nichil exigant in illo castro ab episcopo vel a Berengario Guillelmo qui tenet castrum ab episcopo ; et solvunt et difiniunt quidquid Arnaldus de Caboet habebat in Bescaran et in suis terminis vel in Sede et in suis terminis, vel in Arcavel et in suis terminis, ex concessione et conveniencia quam fecit Bernardus Sancii, episcopus, eidem Arnaldo de Cabot. Episcopus autem solvit et difinit omnem injuriam et omnia malefacta ipsi Arnaldo de Castrobono et suis, in perpetuum.

Omnia supradicta, prout melius et plenius intelligi possunt ad utilitatem Urgellensis ecclesie, laudo et confirmo, gratis et sine forcia, in nullo decepta, ego Ermessen sepedicta, per me et per omnes meos, vobis domino Petro, Urgellensi episcopo, et successoribus vestris, in perpetuum, et quod ita teneam et contra non veniam vel venire faciam, bona fide, per stipulacionem promito et etiam, corporaliter tactis sacrosanctis evangeliis, sponte juro, renuncians, per ejusdem sacramentis (*sic*) religionem, beneficio minoris etatis et omni juri et legi que mulieres scientes vel ignorantes juvare solent, et excepcioni doli et metus et omni alii excepcioni et juri generali et speciali, divino et humano, scripto et consuetudinario ad hec infringenda vel illorum aliquid competenti vel competituro. Et ego Arnaldus de Castrobono teneo me per pacatum de hac composicione et omnia predicta laudo et confirmo et concedo vobis domino meo Petro de Podioviridi, Urgellensi episcopo, et ecclesie Urgellensi et capitulo, non choactus vel deceptus in aliquo, sed mera et spontanea voluntate, et quod ita teneam et fideliter adimpleam et firmiter teneri faciam et contra non veniam vel venire sustineam, bona fide, per stipulacione (*sic*) et per hominiscum firmiter promito. Insuper reddo vobis et Urgellensi ecclesie castrum de Turribus, sicut olim, antequam ad me pervenisset, habebatis et possidebatis. Insuper difinio vobis et Urgellensi ecclesie, per me et

per omnes successores meos, quidquid juris exigebam et habere me credebam in castro de Monte Ferrario, scilicet quod A. de Perexenz, Urgellensis episcopus, edificavit in meo tascale. Insuper difinio Urgellensi ecclesie et vobis quidquid juris exigebam et habere me credebam in castro de Asfa et in suis terminis. Preterea convenio et per stipulacionem promito vobis domino meo P. de Podioviridi, Urgellensi episcopo, et omnibus successoribus vestris et Urgellensi ecclesie et, in perpetuum, dono quod, de vobis vel de hominibus vestris vel eorum rebus vel de hominibus Urgellensis canonice vel eorum rebus, nunquam de cetero accipiam leudam vel passaticum, quod modo sit constitutum vel de cetero constituetur, in Estamarid et in ejus terminis. Item promito, bona fide, quod caminum, vias stratas defendam et defendi faciam, ad utilitatem et securitatem euncium et redeuncium, pro posse meo. Omnes convenciones et difiniciones predictas me observaturum, per me et per successores meos bona fide, per stipulacionem et per hominiscum firmiter promito et etiam per hec sancta IIII^or evangelia, corporaliter tacta, sponte juro, renuncians per idem sacramentum, scienter et consulte, excepcioni doli et metus et omni alii juri et occasioni, cujus auxilii fretus contravenire possem.

Et ego Petrus, Dei gratia Urgellensis episcopus, omnia predicta laudo et confirmo et predictam composicionem aprobo tibi Ermessendi predicte et Arnaldo de Castrobono, patri tuo.

Actum est hoc idus novembris anno Christi M.CC.VI. Sig+num Petri, Urgellensis episcopi. Sig+num Ermessendis, filie condam Arnalde de Caboet. S+num Arnaldi de Castrobono, patris dicte Ermessendis, qui hoc jussimus scribi, firmavimus, firmavimus (*sic*) firmarique rogavimus. S+num R., Urgellensis prioris. S+num B. de Sancta Fide, sacriste. S+num Petri de Josa, archidiaconi. S+num B. de Saga, abbatis. S+num B. de Alzamora. S+num G. Mercatoris. S+num G. Gacet. Signum R. d'Ergolel. S+num Johannis de Pines. S+num Petri Raimundi de Castrobono. S+num G. de Lorda.

Sig (s. man.) num Petri de Palerols qui hoc scripssit.

(*Orig.* Archives nat., J 879, n° 38. — *Copie.* Bibl. nat., Decamps, vol. 60, f°s 303-304v^o et Doat, vol. 161, f°s 285-289v^o.)

36

LÉRIDA, 21 MARS 1211 (n. st.)

Pierre II[1], *roi d'Aragon, reconnaît n'avoir aucun droit sur les biens de l'église d'Urgel et confirme tous les privilèges à elle accordés par lui-même ou par ses prédécesseurs.*

In Dei nomine nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone, nobilium predecessorum nostrorum exempla sequentes, et preterita in melius emendare volentes, fatemur et recognoscimus quod in honoribus, ecclesiis seu hominibus Urgellensis ecclesie et ecclesiarum suarum nullam questiam, nullam exaccionem vel forciam nullamque demandam seu ademprivum habemus vel abere debemus, aliquo jure vel aliqua racione. Ut vero ipsius Urgellensis ecclesie honores, mansi sive homines magis tuti et securi perpetuo habeantur, volentes et confirmantes omnia privilegia et jura a nobis vel antecessoribus nostris dicta ecclesia (*sic*) Urgellensi vel suis sufraganeis concessa suam habere perpetuo firmitatem, cum hac presenti pagina inviolabiliter duratura nobis et successoribus nostris legem imponentes, ad honorem Dei sancteque matris Ecclesie et, ob remedium anime nostre et parentum nostrorum, promitimus bona fide et damus vobis, domine P., Urgellensis episcope, ceterisque prelatis personisque omnibus ecclesiasticis vestris quod nos unquam in honoribus, mansis sive ecclesiis quibus, divina permittente gracia, preestis, nullam questiam, nullam forciam seu demandam vel ademprivum aliquatenus faciemus nec aliquid, causa Yspanie expugnande vel subjugande, et alia quacumque ocasione exigemus seu requiremus. Data Ylerde XII kalendas aprilis anno Domini MCCX°, per manus Ferrarii, domini regis notarii.

Testes hujus rei sunt : comes Cardone, Gaufridus de Rocha, B. de Cervaria, Micahel de Lusia, A. de Alascurio, Sancius de

1. Pierre Ier, comme comte de Barcelone.

Antilone, Blascus Romei, R. Fulconis, R. de Montecatano, R. de Cervaria, Gaucerandus de Pinos, G. R. Senescalcus, G. de Anglerola, G. de Petra Alta, G. de Podioviridi.

Signum (s. man.) Petri, Dei gratia regis Aragonum et comitis Barchinone. + Ego R., Dei gratia Tarachonensis archiepiscopus, qui hoc laudo. Ego Ferrarius, notarius domini regis, hoc scribi feci, mandato ipsius, loco, die et anno prefixo.

(*Orig.* Arch. capit. d'Urgel, armoire 10, caisse : *Privilegis reals*, 1. — *Copie*, ibid., même armoire et même caisse, et cartulaire, vol. 2, n° 1031.)

37

1er SEPTEMBRE 1226

Bail en commende du château de Saint-Martin consenti par Nugnez-Sanche, seigneur de Roussillon, en faveur de Roger-Bernard II, comte de Foix.

Notum sit omnibus quod nos Nuno Sancxii, Dei gratia dominus Rossilionis et Ceredanie et Confluentis et Vallis Asperii, comendamus et tradimus vobis Rogerio Bernardi, Dei gratia comiti Fuxensi et vicecomiti de Kastrobono, vassallo nostro, kastrum de Sancto Martino, tali videlicet pacto quod vos de dicto kastro sitis nobis fidelis et quod in octava die post festum omnium sanctorum et etiam ante, quocienscumque et quandocumque per nos aut per nuncios aut nuncium nostrum super hoc fueritis requisitus, absque omni dilacione et sine omni impedimento, jamdictum kastrum nobis reddatis. Predictam autem diem vobis assignamus super hoc videlicet quia vos dicitis quod, quando nobis fecistis homagium, illud nobis fecistis sub hac forma quod inter nos et vos fierent et observarentur eedem convenciones quas factas esse dicitis inter P., Dei gratia regem Aragonum condam, et A. de Kastrobono, vicecomitem; quod totum nos difitemur, set dicimus sub tali forma nos dictum homagium a vobis recepisse quod inter nos et vos fierent et observarentur eedem convenciones que facte fuerunt inter Ildefonsum, bone

memorie, regem Aragonum, et A. de Kastrobono, predictum, et eorum antecessores ; et tunc, sicut in curia nostra fuerit sentencialiter diffinitum que quibus debeant prevalere et teneri, sit inter nos et vos observatum et custoditum. Et, si forte contigerit diem preassignatam, ob aliquam causam, prorogari, in die vel diebus quam vel quas vobis assignabimus, dictum kastrum nobis, ut dictum est, reddatis.

Et nos Rogerius Bernardi, comes predictus, cum assensu expresso et voluntate domine Ermessendis, uxoris nostre, Dei gratia comitisse Fuxensis et vicecomitisse de Kastrobono, promitimus vobis dicto domino nostro, N. Sancxii, bona fide et sine omni enganno et sub homagio quod vobis fecimus, quod de predicto kastro vobis simus fideles et quod illud in jamdicta die et etiam ante, quocienscumque et quandocumque a vobis fuerimus super hoc requisiti, per vos vel per nuncium aut nuncios vestros, vobis reddamus, absque omni dilacione et impedimento ; et hoc idem totum predictum promitimus vobis, bona fide, nos vobis facturos et fideliter observaturos, si forte contigerit diem preassignatam, ob aliquam causam, prorogari, in die vel diebus quam vel quas nobis assignabitis, sicut dictum est. Et, ut hec omnia predicta et singula firmius observentur, jurare facimus, super animam nostram, R. de Exencia, militem. Et ego R. de Exencia, predictus, precibus et mandato dicti domini comitis Fuxensis, tactis propria manu sanctis IIII[or] evangeliis, juro, super animam dicti comitis Fuxensis, quod ipse omnia predicta et singula fideliter observabit et complebit. Si Deus me adjuvet et hec sancta. Verum, si, in die vel diebus nobis assignatis vel assignandis, jamdictum kastrum nolletis recipere, extunc, racione istius sacramenti, non teneamur vobis illud reddere. Semper tamen, racione homagii quod vobis fecimus et racione dominacionis quam in nobis et in dicto kastro habetis, teneamur vobis dare et tradere potestatem ipsius kastri jamdicti, quocienscumque et quandocumque, per vos aut per nuncium aut nuncios vestros, super hoc fuerimus requisiti. Et postquam vos recuperaveritis dictum kastrum racione hujus sacramenti et conveniencie, non teneamur vobis racione ejusdem sacramenti et conveniencie, immo presens instru-

mentum extunc sit penitus ineficax et inane et frangatur, salvo semper tamen vobis jure homagii quod vobis fecimus et salva dominacione quam in nobis et in dicto kastro habetis, ut supradictum est. Et est manifestum quod est actum anno dominice incarnacionis M.CC. XX. VI., die kalendarum septembris. Signum (s. man.) Nunonis Sancxii. S+num Rogerii Bernardi, comitis. S+num Ermessendis domine, uxoris ejus, comitisse Fuxensis et vicecomitisse de Kastrobono, qui omnes hanc cartam firmamus et firmari mandamus. Sig+[1] na Ugonis de Mataplana et Gaucerandi de Cartalla et Ruicz Sanxo et Berengarii de Belvedzer et D. de Sancto Martino et B. de Aragal et Ferrandi de Narvaix et R. Gillelmi de Envei et Mironis de Lucza et R. de Travesseres et Alamandi de Ladava et Garsie Ruicz et B. Balester et P. Gal et G. de Mornag et Ar. Raimundi et Jauczperti et P. de Garriges et Galliciani et Ar. Galli, testium.

Bernardus, publicus notarius, scripsit hoc (s. man.) die et anno prefato.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 44. — *Copie.* Bibl. nat., Decamps, vol. 60, f°s 311-312.)

38

26 MAI 1233

Donation faite par Bérenger de Callers, prieur d'Orgaña, à Roger-Bernard II, comte de Foix, de la moitié de la villeneuve et du marché dudit lieu, ainsi que des revenus en provenant.

Notum sit cunctis quod nos Berengarius, prior de Orginiano, et universi canonici ejusdem videntes et considerantes utilitatem, comodum et melioramentum ecclesie nostre, de comuni sociorum nostrorum consilio, voluntate et assensu, ad honorem Dei et fidelitatem nostram, per nos et per omnes sucessores nostros, damus et conce-

1. Vingt croix.

dimus atque corporaliter tradimus vobis domino R. Bernardi, Dei gratia comiti Foxensi et vicecomiti Castriboni, et filio vestro R. de Fox et vestris, in perpetuum, medietatem fori et ville quam nos de novo, consilio vestro et adjutorio, costruimus et hedificamus in locum nostrum de Organiano et omnium hominum, feminarum habitancium in eadem villa et foro et omnium censuum, redditum (*sic*) furni, pedatici, leude et aliorum exituum sive proventuum qui ad usus hominum atque servitium spectant vel spectare debent, ut melius et utilius potest dici et excogitari, tam in mensuris bladi, vini, olei et salis, et omnium placitorum, de quibus vel in quibus pecunia vel aliquid aliud potest peti vel exquiri; de quibus vos et vestri habeatis medietatem supradictorum omnium, liberam et immunem, et nos et nostri sucessores, eodem modo, aliam habeamus medietatem, tali modo et pacto ut vos et vestri defendatis, teneatis securos et quietos homines et feminas ad eundem forum in villa venientes, comorantes et ad sua remanentes, cum omnibus rebus suis secum deferentes atque portantes. Item, eodem modo superius comprehenso, damus quod homines nostri et vestri defendant terram comuniter, caminos et stratas sicut alii homines.

Tamen retinemus nobis et successoribus nostris et, in perpetuum, reservamus in franchum alodium, sine omni vinculo vestro vestrorumque, omnes dominicaturas nostras, cultas et incultas, vinearum, possessionum, sicut modo tenemus et laboramus et habere debemus et omnia molendina que sunt vel, in posterum, erunt in aqua que dicitur Fons Bordonna, cum capudaquis, pratis, lignis, glebariis, comutacionibus et discursionibus suis, longe et prope. Item retinemus, eodem modo, villam, cum omnibus hominibus et feminabus in eadem habitantibus sive habitaturis, que jam est populata, cum censibus omnibus, usaticis et serviciis que nobis et ecclesie nostre debent facere et semper fecerunt, et omnes decimas, primicias, oblaciones et defuncciones et omnia alia jura ecclesiastica et tabellionatum parrochie et domum hospitalis cum omnibus juribus et possessionibus illius (?) et bannum unius mensis quem nos et vos melius in anno voluerimus habere, qui bannus inter nos et vos dividatur per medium. Item, eodem modo, retinemus quod si qui homi-

num de villa vel extra villam fecerint, delinquerint, comiserint vel intulerint alicui aliquam injuriam, dampnum, delictum aut crimen infra cimiteria ecclesiarum Beate Marie et Sancti Johannis, in ecclesiis vel extra ecclesias, in claustro, domibus omnibus canonice, libere et potenter, per nos aut bajulum nostrum, puniamus crimina, injurias, delicta, ut juris racio postulaverit, et in hujusmodi causis nullam partem vos vel vestri recipiatis, demandatis (*sic*) aut exquiratis, hoc excepto quod vos tantummodo judicium sanginis (*sic*) exerceatis et de justiciis ejusdem medietatem nos habeamus. Item retinemus quod, si aliquis, in eadem villa stans que de novo construitur vel edificatur, tempore mortis vel aliquo modo, mobilia sua, ob remedium anime sue, Deo et nobis successoribusque nostris dare aut dimitere voluerint (*sic*), sine impedimento vestro vestrorumque, libere possit facere et in eisdem aliquam partem non recipiatis. Item volumus perpetuo [1], instituimus quod vos et vestri non possitis dare, vendere, dimitere alicui domui religiose de supradictis rebus, nisi ecclesie Sancte Marie de Orginiano. Item, de comuni consilio nostro, instruimus quod in eadem villa et foro duo instituantur bajuli, unus noster et alter vester, qui hec omnia que superius comprehenduntur colligant et faciant et unicuique nostrum medietatem suam fideliter tribuant; et nullus istorum sine altero possit aliquem placitare, firmancias accipere vel in aliquo cogere aut instituere aliquid vel destituere sive innovare. Item, de consilio comuni, constituimus quod, si aliqua melioramenta fecerimus, preter ea que superius resonant vel exprimuntur, tam in molendinis in flumine Sicoris quam in aliis omnibus, habeamus illa insimul et recipiamus et simul expensas faciamus.

Nos itaque Berengarius, prior Orginiano (*sic*), et ceteri ejusdem canonici et dominus R. Bernardus, comes Foxensis, et R. de Fox, filius noster, pari consensu et voluntate, nobis et successoribus nostris talem imponimus penam quod, si aliquis nostrum contra hec venerit vel atemptaverit sive fregerit alteri parti, nolenti sequi hec supradicta, CC^os aureos, sine aliquo juris obstaculo, pro pena sol-

---

1. *Et* gratté.

vat et instrumentum istud, cum omnibus supradictis, nichilominus in suo robore perpetuo permaneant (*sic*).

Actum est hoc VII° kalendas junii, anno Domini millesimo CC° XXX° tercio.

Sig+num Berengarii de Callers, prioris de Organiano. Ego Petrus, presbiter de Salent et Organianensis sacrista. Ego Petrus, presbiter de Gavarra, subscribo et custos ospitalis. Sig+num Ramon, presbiter de Rivi Albi. Sig+num Bernardi de Folgera. Sig+num Berengarii de Calders.

Sig+num domini comitis Fuxensis, R. B.

S+num Rogerii, filii domini comitis Foxensis. Testes hujus rei sunt. S+num Gaucerandi de Castro Arnaldi. S+num Gillelmi Bernardi de Luenag. S+num Petri de Ronfla. S+num Bernardi de Montela. S+num Bernardi de Modonges.

Ego Arnaldus, monachus Sancti Saturnini, de licencia abbatis mei et precepto prioris de Orginiano et dominorum R. Ber., comitis Foxensis, et filii sui Rogerii, hoc instrumentum scripsi et signum meum (s. m.) feci, die et anno quo supra.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 50. — *Copie.* Bibl. nat., Decamps, vol. 61, f°s 291 — 292.)

39

Tarragone, 30 mai [1239 environ]

Pierre de Albalat, archevêque de Tarragone, adresse un appel aux fidèles pour les engager à seconder le comte d'Urgel, Pons de Cabrera, dans la guerre qu'il soutient contre Roger-Bernard II, comte de Foix, pour la défense de l'église d'Urgel.

Petrus, miseratione divina Tarrachonensis archiepiscopus, universis presentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Quia nobilis R. Bernardi, comes Fuxensis, Urgellensem ecclesiam infestat multipliciter et ex toto eam destruere nititur, sicut potest, contra Deum et ordinem racionis, universitatem vestram, sicut possumus,

deprecamur quatinus nobili viro P., Dei gratia comiti Urgellensi, qui, tanquam vir catholicus et devotus, ad defensionem ejusdem ecclesie viriliter se accingit, in personis propriis atque rebus auxilium impendatis quod poteritis et juvamen; ut, per hoc et alia bona que, Domino inspirante, feceritis, digna vos merces ante Dei conspectum in die retributionis inveniat. Hec etiam vobis injunximus (*sic*) in remissionem omnium peccatorum. Datum Tarrachone III kalendas junii.

(*Orig.* Arch. capit. d'Urgel, armoire 8, caisse : *Castellbò.*)

40

LYON, 14 JUIN 1247

Innocent IV délègue l'évêque de Béziers, le prieur de Roda et l'archidiacre de Fenouillède à l'effet de reviser le jugement rendu par l'abbé de Fontclar et ses assesseurs au sujet des démêlés de Roger IV, comte de Foix, avec Pons de Vilamur, évêque d'Urgel.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Biterrensi et dilectis filiis priori Rotensi et archidiacono Fenoleti, Ylerdensis et Narbonensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Nobilis vir Rogerus, comes Fuxensis, sua nobis petitione monstravit quod, cum venerabilis frater noster episcopus et capitulum Urgellense nostras contra nobilem virum comitem Flexensem (*sic*), Urgellensis diocesis, ad abbatem Fontisclari et conjudices ejus, Ylerdensis diocesis, super quibusdam castris et rebus aliis, super quibus injuriari sibi eundem comitem Flexensem dicti episcopus et capitulum asserebant, litteras impetrassent, quia prescripti judices, omisso dicto comite Flexensi, qui debebat in hujusmodi cause prosecutione requiri, et eodem comite Fuxensi, cujus nomen in litteris ipsis expressum non erat, non monito nec citato, neque se per contumaciam aliquam absentante, ex arrupto, sine cause cognitione, juris ordine in aliquo non servato, prefatos episcopum et capitulum in possessionem quorumdam castrorum et

aliarum rerum ejusdem comitis Fuxensis induci, causa custodie, per iniquam interlocutoriam decreverunt, ex parte ipsius comitis Fuxensis, cum id ad ejus pervenit notitiam, fuit ad Sedem apostolicam appellatum; at memorati judices, ejus appellatione contempta, tulerunt excommunicationis sententiam in eundem. Quocirca discretioni vestre, de utriusque partis procuratorum assensu, per apostolica scripta mandamus, quatinus ad locum securum et communem partibus accedentes, et, si dictam excommunicationis sententiam post hujusmodi appellationem inveneritis esse latam, denunciantes eam penitus non tenere, eodem comite Fuxensi in possessionem dictorum castrorum, previa ratione, reducto, in statum debitum revocetis quicquid post appellationem eandem vobis constiterit temere attemptatum. Alioquin partes ad eorumdem judicum remittatis examen, appellantem in expensis legitimis condempnando. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater episcope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum Lugduni, XVIII kalendas julii, pontificatus nostri anno quarto.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 58. — *Copie.* Bibl. nat., Armoires de Baluze, vol. 81, f°s 366ro — 366vo. — Doat, vol. 162, f°s 14 — 15.)

41

GÊNES, 8 JUIN 1251

Les abbés de Ripoll, de San Juan de las Abadessas et de Lézat sont institués par Innocent IV comme juges dans les démêlés de Roger IV, comte de Foix, et de Pons de Vilamur, évêque d'Urgel, avec la condition que la cause sera dévolue au Saint-Siège, si elle n'est pas terminée par eux dans l'espace de six mois.

Innocentius episcopus, s[ervus] servorum Dei, dilectis filiis Sancte Marie de Ripollo, Sancti Johannis de Abbatissis et de

Lesato abbatibus, Vicensis et Tholosani diocesium, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius nobilis vir Rogerus, comes Fuxensis, nobis exposuit quod, cum venera[bilis] [f]rater noster episcopus et dilecti filii capitulum Urgellense nostras contra eum ad abbatem Fontisclari et ejus conjudices Illardensis diocesis, super quibusdam castris et rebus [aliis?] [1], super quibus injuriari sibi eundem comitem dicti episcopus et capitulum asserebant, litteras impetrassent, quia prefati judices, eodem comite non monito nec citato nec se per contumaciam absentante, ex arrupto, sine cause cognitione, juris ordine in aliquo non servato, dictos episcopum et capitulum in possessione quorumdam castrorum et aliarum rerum ejusdem comitis, in quorum possessione comes erat predictus, induci, causa custodie, per iniquam interlocutoriam decreverunt, ex parte ipsius comitis, cum id ad ejus pervenit notitiam, fuit ad Sedem apostolicam appellatum; at iidem judices, ejus appellatione contempta, tulerunt excommunicationis sententiam in eundem; cumque postmodum idem comes nostras super appellatione hujusmodi ad venerabilem fratrem nostrum Biterrensem episcopum et collegas suos litteras impetrasset, et earum auctoritate citari fecisset episcopum et capitulum memoratos, ipsi episcopus et capitulum coram predicto episcopo Biterrensi et collegis suis hujusmodi causa pendente, tacito de ipsis litteris per eundem comitem ad eosdem obtentis, et suggesto nobis quod supradictus abbas Fontisclari et college sui, pro eo quod sepedictus comes, ab eis citatus legitime, comparere coram illis in prefixo sibi peremptorio termino contumaciter denegarat, in possessione rerum in judicio petitarum memoratos episcopum et capitulum, causa rei servande, decreverant inducendos et in ipsum comitem, quia impediebat eos ne possessionem rerum predictarum adipisci valerent, excommunicationis sententiam promulgarant, quodque idem comes appellationem, quam ad nos ab eodem abbate et collegis suis interposuerat, non fuerat infra tempus l[egitimum, c] [2]um potuerit, prosecutus, priori Sancti Pauli Bra-

1. Déchirure dans le parchemin. La copie de Baluze ne porte rien après *rebus*.
2. Cf. la copie de Baluze.

chinonensis (*sic*) et conjudicibus suis dari obtinuerunt nostris litteris in mandatis ut, si esset ita, prefatos episcopum et capitulum in earumdem rerum possessionem, sicut justum foret, inducerent et tuerentur inductos, et sepedictum comitem tamdiu excommunicatum publice nuntiari facerent, donec eisdem episcopo et capitulo super hiis satisfaceret competenter; a quibus dictus comes ex eo sentiens indebite se gravari quod, ipsi ad locum non tutum citantes eundem, alium sibi securum assignare contra justitiam denegabant, humiliter requisiti (*sic*), nostram audientiam appellavit. At ipse prior et collegе sui, ejus appellatione contempta, ipsum comitem excommunicatum publice nuntiarunt et fecerunt per alios nuntiari, predictos episcopum et capitulum in possessionem rerum ipsarum nichilominus inducendo; propter quod, ad petitionem dicti comitis, venerabili fratri nostro episcopo et dilectis filiis archidiacono Inpuritanensi et sacriste Gerundensi nostris dedimus litteris in mandatis ut, vocatis qui vocandi essent et auditis hinc inde propositis, quod canonicum foret, appellatione postposita, statuere procurarent et facerent quod decernerent per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Sed dicti episcopus et capitulum, hujusmodi negotio coram episcopo, archidiacono et sacrista pendente prefatis, quasdam a nobis ad eosdem obtinuerunt litteras inter cetera continentes ut, facientes sibi omnes obtentas hinc inde litteras et processus per eas habitos exhiberi, detentores eorum ad ipsorum exhibitionem [si] [1] [n]ecesse foret, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, causam audirent, et eam, si de partium voluntate procederet, infra sex menses post receptionem litterarum ipsarum, judicio vel concordia terminarent; alioquin, eam, ex tunc instructam vel non instructam, a[d Sedem apostolic] [2] am remittentes, prefigerent partibus terminum peremptorium competentem, quo, cum omnibus actis, juribus, rationibus et munimentis suis causam hujusmodi contingent [ibus, coram] [3] nobis, per se vel per procura-

---

1. Cf. la copie de Baluze.
2. Cf. id.
3. Cf. id.

tores ydoneos, comparerent super premissis, quod juris exigeret recepture; qui officiali Gerundensi et abbati Sancti Petri de Gallicantu, Gerundensis diocesis, commiserunt super hoc totaliter vices suas. Sed quia causa ipsa, infra prefatos menses, per eosdem subdelegatos instrui vel terminari nequivit, iidem subdelegati eam ad examen Sedis apostolice remiserunt. Quare nobis prefatus comes humiliter supplicavit ut, cum ei valde honerosum existat apud Sedem litigare predictam, providere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Finem igitur litibus imponere cupientes, discretioni vestre, per apostolica scripta, mandamus quatenus, partibus convocatis, causam audiatis eandem et eam infra sex mensium spatium, post receptionem presentium, judicio vel concordia terminetis; alioquin eam, extunc instructam vel non instructam, ad Sedem apostolicam remittatis, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo, personaliter vel per procuratores ydoneos, nostro se conspectui representent, facture et recepture in causa ipsa quod ordo dictaverit rationis. Quicquid autem super hiis duxeritis faciendum nobis vestris litteris fideliter intimetis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum ea, nichilominus, exequantur. Datum Janue, VI idus junii, pontificatus nostri anno octavo.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 65. — *Copie.* Bibl. nat., Armoires de Baluze, vol. 81, f°s 366 — 367. — Doat, vol. 171, f°s 97 — 100.)

42

9 DÉCEMBRE 1251

Extraits de la procédure suivie par les abbés de Ripoll, de San Juan de las Abadessas et de Lézat, juges délégués par le pape, dans la cause de Pons de Vilamur, évêque d'Urgel, et de Roger IV, comte de Foix; et renvoi de l'affaire au Saint-Siège par les dits juges.

Anno Domini MCCL primo VI ydus octobris comparuit Bernardus de Solerio, castellanus castri de Fuxo, cum advocatis suis pro domino R., comite Fuxensi, apud villam Rivipullensem, coram domi-

nis de Rivipullo et de Lesato abbatibus [1], judicibus delegatis a domino Papa in causa inferius scripta, dicens et asserens se esse procuratorem predicti domini comitis in causa que vertitur sive verti speratur inter predictum dominum comitem Fuxensem, ex una parte, et episcopum et capitulum Urgellense ex altera, paratus procedere in causa predicta, prout postulaverit ordo juris. *Puis il met la procuration de Roger, comte de Foix et vicomte de Castelbon, donnée* apud Ciutat, die martis post festum b. Michaelis septembris, anno Domini MCCL primo.

Et predicti etiam judices, salvo jure utriusque partis, continuaverunt diem usque in crastinum.

Qua die predictus procurator comparuit coram predictis duobus judicibus. Et tertius, videlicet abbas Sancti Johannis Abbatissarum, ipsa die venit et approbavit quod actum erat per conjudices memoratos. *Le procureur de l'évesque et chapitre d'Urgel n'ayant pas comparu, ils licentièrent celuy du comte.* Acta fuerunt hec anno predicto V ydus octobris, in presentia et testimonio fratris B., abbatis Bolbonensis.

En suite les trois abbez deleguez écrivirent au comte et à l'évesque et chapitre d'Urgel, de comparoitre en personne apud Podium Cerritanum die martis proxima, *pour y traicter un accommodement entr'eux.* Datum apud Rivumpullum IIII ydus octobris. *Puis le* XVI kal. nov. *qui estoit le mardy assigné les abbez de Lézat et de Saint-Jean se rendirent à Puigcerda, avec la commission de l'abbé de Ripoll qui n'avoit pu y assister. Les parties ne comparurent point, ny en personne, ny par leurs procureurs, mais le lende* (f° 373) *main qui estoit le jour de Saint-Luc, l'évesque d'Urgel écrivit une lettre aux juges, par laquelle il dit qu'il estoit prest de se rendre à Puigcerda le jour assigné, mais qu'il ne le peut avec seureté, à cause que le comte de Foix continue toujours ses hostilitéz, lui ayant depuis peu enlevé six châteaux à main armée, et tenant encore actuellement assiégé le chasteau de Aos.* Datum in Sede ydus octobris. *Du depuis le procureur du comte pro-*

---

1. L'abbé de Ripoll avait nom *Dominicus* et celuy de Lézat *P.*, et celui de Saint-Jean de las Badessas *R.* (Note de Baluze mise en marge.)

posa de continuer la commission à Ripoll, ce que les commissaires luy acordèrent. Néantmoins ils allèrent à la Seu d'Urgel où ils firent une tresve entre le comte et l'évesque jusqu'à Pasques. Cependant le comte offrit de faire ce que les commissaires ordonneroient, lesquels en escrivirent à l'évesque qui y consentit aussy. Le lundy avant la Toussaint, le comte comparut en personne à Ripoll avec son procureur. G., prieur de Saint-Jacques, procureur de l'évesque, y fut aussy, et monstra sa procuration, laquelle fut accusée de nullité par le comte, par plusieurs raisons qui sont déduites au long. Le jour de la Toussaint on se rassembla. Le comte monstra une bulle du Pape qu'il avoit obtenue, laquelle n'est point insérée, et présenta une requeste, par laquelle il fait un long récit de tout ce qui s'estoit passé sur ce différent, des sentences qui avoient esté données contre luy par d'autres juges déléguez, lesquelles il demande estre cassées, demande les despens contre l'évesque et le chapitre sur son serment. On bailla copie de la requeste au procureur de l'évesque et le jour pour y respondre fut assigné le lundy après la Saint-Martin à Ripoll.

La procédure est fort longue. La conclusion est qu'ils ne firent rien. A la fin les commissaires disent : Visis igitur et auditis predictis rationibus, cum pars domini comitis oportune et importune instaret et quod procederetur in causa, non obstante appellatione proposita a domino B. de Barberano, abbate, procuratore episcopi et capituli Urgellensis, habita deliberatione utrum esset deferendum appellationi necne, defferimus appelacioni ob reverentiam Sedis apostolice. Et quia super novo casu decretalis nove extitit pronunciatum, maxime cum in ipsa appellatione quasi causa probabilis sit expressa, ut ibi cum dicta sit spoliatio, pendente lite sub nostro examine, facta fuerit ecclesie Urgellensi de octo castris et rebus aliis, etc. Item, videntes quod terminus a parte jamdicti procuratoris ad iter arripiendum prefixus in se habet brevitatem, ex (f° 373vo) officio nostro et, ad petitionem dicti procuratoris domini comitis, ipsum terminum moderantes, et partibus ad iter arripiendum prefigimus terminum, videlicet in Carniprivio XL proximo venturo, auctoritate qua fungimur partibus precipiendo mandantes, quatinus, per se vel per procuratores suos, compareant coram domino Papa,

ubicunque curia romana existat, ut, si domino Pape visum fuerit expedire, finito appellationis articulo memorate vel partium voluntate obmisso, procedatur in negocio principali quantum poterit et de jure debebit.

Actum est hoc V ydus decembris, anno Domini MCCL primo.

Il y a trois seaux, celuy de l'abbé de Lézat, celuy de l'abbé de Ripoll et celuy de l'abbé de Saint-Jean.

(*Copie.* Bibl. nat., Armoires de Baluze, vol. 81, f°s 372vo — 373vo.)

43

VERS 1252

Requête présentée à l'évêque d'Ostie et de Velletri par André del Mercat, procureur de Pons de Vilamur, évêque d'Urgel, contre P. de Zuol, procureur de Roger IV, comte de Foix, concernant l'appel interjeté en cour de Rome par le dit évêque de la sentence des abbés de Ripoll, de San Juan de las Abadessas et de Lézat.

Proponit coram vobis venerabili patre Ostiensi et Velletrensi episcopo Andreas de Mercato clericus, procurator venerabilis patris Pontii, Urgellensis episcopi, contra P. de Zuolo presbyterum, procuratorem nobilis viri R., comitis Fuxensis et vicecomitis Castriboni, quod, cum idem episcopus dictum comitem et vicecomitem coram (f° 368) de Scarpis, de Fonteclaro abbatibus et priore de Fraga, Illerdensis diocesis, super de Nargo et de Ceviz ac quibusdam aliis castris ac ville Andorre possessionibus et rebus aliis, in quibus predictus episcopus sibi ipsum comitem ac vicecomitem injuriari dicebat, auctoritate apostolica convenisset, dicto episcopo, propter ejusdem comitis et vicecomitis contumaciam, possessionem decreverunt, rei servande causa, rerum que in dicti episcopi continentur libello. Sed dictus episcopus, propter potentiam ipsius comitis et vicecomitis, non potuit rerum petitarum custodiam nancisci. Et quia, pretextu cujusdam indulgentie, quam idem comes et vicecomes se asserebat habere ut nullus delegatus vel subdelegatus a

Sede apostolica executor seu conservator in eum non posset excommunicationis sententias promulgare, iidem judices non poterant in eum censuram ecclesiasticam exercere, ad prefatos judices episcopus et capitulum Urgellense optinuerunt litteras ut, indulgentia hujusmodi non obstante, contra eundem procederent, juxta directarum ad ipsos judices priorum continentiam litterarum; quarum auctoritate prefati judices, quia prefatos episcopum et capitulum idem comes et vicecomes admittere non curabat, in eum excommunicationis sententias promulgarunt. Verum quia idem comes appellationem, quam dominum Papam dicebat interposuisse, non fuit cum potuerit prosequutus, dictoque comite per annum et amplius in hujusmodi pertinacia perdurante, processum (*sic*) priorum judicum super hiis habito diligenter examinato, de mandato domini Pape, per magistrum Bartholomeum, capellanum domini Pape, et relatione facta eidem domino Pape fideliter per eundem, ad priorem Sancti Pauli, A. de Gurbo, archidiaconum, et P. Alberti, canonicum Barchinonensem, optinuerunt episcopus et capitulum litteras apostolicas ut eosdem episcopum et capitulum in rerum predictarum possessionem inducerent et tuerentur inductos. Sed dictus comes se appellasse confingens ab audientia prioris Sancti Pauli, archidiaconi et P. Alberti, canonici Barchinonensis, ad episcopum, archidiaconum Impuritanensem et sacristam Gerundensem litteras apostolicas impetravit, coram (f. 368vo) quibus appellationem suam petebat legitimam pronuntiari et processum dictorum judicum irritari. Sed quia, propter cavillationes et diffugia dicti nobilis, per tres annos et amplius causa protacta fuerat supradicta, nec speraretur posse in illis partibus de facili terminari, ipsam obtinuerunt, instructam aut non instructam, ad Sedem apostolicam revocari. Qua remissa, iterum dictus comes ad Sancte Marie de Rivipullo, Sancti Johannis de Abbatissis et de Lesato abbatibus, Vicensis et Tholosani diocesis, causam ipsam obtinuit delegari, ut infra sex menses de ipsa cognoscerent, aut ex tunc eam instructam remitterent aut non instructam ad Sedem apostolicam cum partibus recepturis quod ordo exigeret rationis. Coram quibus judicibus fuit ex parte ipsius episcopi et capituli in modum exceptionis propositum, quod non tenebantur libello ejus-

dem comitis respondere, pro eo quod dictus comes, manu armata et cum exercitu, spoliavit episcopum et capitulum memoratos castris de Aos et de Aspha, et de Sonmont, et etiam abstulit eidem episcopo et capitulo castra de Salent et de Montaniona et de Pines et de Romaneda et de Centina et multa alia dampna dedit eis in perdis animalium, lite pendente coram ipsis judicibus, proter quod ante restitutionem non erant compellendi dicti comitis petitionibus respondere. Sed dicti judices, per iniquam interlocutoriam, prefatam exceptionem et spoliationem admittere recusarunt, ac pronuntiarunt eam admittendam non esse, propter quod, ex parte episcopi et capituli predictorum, fuit in scriptis ad Sedem apostolicam appellatum; cui appellationi dicti judices deferentes, ipsum negotium totaliter ad Sedem apostolicam remiserunt. Unde petit procurator episcopi, appellationem predictam pronuntiari legitimam et ipsos in expensis legitimis condempnari et procedi in negotio principali. Et, cum in principali negotio non appareat aliquis procurator, petit ipsum comitem reputari contumacem et tanquam contra contumacem procedi; petit expensas factas et protestatur faciendas.

(*Copie*. Bibl. nat., Armoires de Baluze, vol. 81, f°s 367vo — 368vo.)

44

VERS LE 28 AVRIL 1252

B. de Folian, archidiacre d'Urgel et procureur de l'évêque Pons de Vilamur, accorde à tous les ecclésiastiques du diocèse d'Urgel demeurant sur les terres de Roger IV, comte de Foix, la permission de célébrer les offices divins.

B. de Foliano, archidiaconus Urgellensis, procurator domini Poncii, Dei gratia Urgellensis episcopi, universis clericis Urgellensis diocesis per terram domini R., Dei gratia comitis Fuxensis et vicecomitis Castriboni, paucorum (*sic*) suorum constitutis, salutem et dilectionem. Noveritis nos recepisse literas procuratorias domini episcopi, sub hac forma :

Pateat universis, quod nos Poncius, Dei gratia Urgellensis episcopus, iter arripientes ad Sedem apostolicam pro negociis nostris et Urgellensis ecclesie exequendis, constituimus (f. 362) procuratores nostros venerabiles et dilectos B. de Foliano, archidiaconum Urgellensem, et G., Dei gratia priorem de Corneliano, ambos insimul, et utrumque in solidum; et eis in ecclesia et diocesi Urgellensi plenarie committimus vices nostras, quousque ad nostram diocesim revertamur; promittentes nos rata et firma habituros quicquid per predictos ambos vel eorum alterum fuerit procuratum. Et, in signum vere procurationis, presentem paginam eis tradimus, sigilli nostri munimine et subscriptione manus proprie roboratam. Quod est actum in Podio Cerritano, IIII kalendas maii, anno Christi MCCL secundo. Signum Poncii, Urgellensis episcopi.

Ideoque, auctoritate qua fungimur in hac parte, damus vobis firmiter in mandatis, ut divina officia in vestris ecclesiis celebretis, prout, ante latam sententiam, celebrare in eisdem consuevistis.

(*Copie*. Bibl. nat., Armoires de Baluze, vol. 81, f°s 361vo — 362.)

45

17 DÉCEMBRE 1256

Cession faite à Roger IV, comte de Foix, par Alvare, comte d'Urgel, et Géraud de Cabrera, son frère, de tous leurs droits sur le pays d'Urgellet.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos Alvarus, Dei gratia comes Urgellensis, et nos Gueraldus de Capraria, frater ipsius, voluntarii et consulti, non vi nec metu, nec dolo aliquo circumventi, certificati etiam de nostro jure, cum consilio et voluntate et expressu (*sic*) consensu nobilis dilecti nostri Jacobi de Cervaria, curatoris nostri, per nos et omnes nostros presentes et futuros, solvimus et diffinimus, in perpetuum, vobis Rogerio, eadem gratia comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni, et successoribus vestris et cuicumque volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates

in perpetuum faciendas, et damus vobis et vestris, gratis et spontanea voluntate, firmiter inter vivos totum illud quod habemus vel habere debemus aliqua ratione vel jure in terris vel possessionibus, castris vel villis quas vel quos habetis, tenetis, possidetis vel quasi possidetis, de jure vel de facto, vel habere vel possidere debetis, a castro de Oliana supra, sive fuerit in partibus Urgelleti vel alibi usque ad portus vallis Andorre, et de colle d'Arnat usque ad collum de Crucibus et de la Gunarda usque ad Pissent, et castrum specialiter de Nargone et vallem de Cabo et vallem Castriboni et Civitatem, Ceviez et vallem Sancti Johannis et vallem de Andorra et castrum de Adragen et in eorum terminis et dominaciones et jura que vel quas habemus et habere debemus, quoquo modo, jure vel racione, in episcopatu Urgellensi, infra predictis terminis, et etiam jura nobis competentia vel competitura infra predictos terminos nostre dominacionis comitatus Urgellensis vel alia qualibet ratione, cum omnibus justiciis realibus et personalibus et accionibus et dominiis que pertinent ad nostrum ymperium; cedentes vobis et vestris omnes acciones, peticiones et jura nobis competentia vel competitura et omnes acciones reales et personales, utiles et rectas sive mixtas aliqua ratione vel modo infra predictos terminos, ubicumque sint et quecumque, nullo jure nobis vel nostris in predictis retento aut reservato, ita quod vos vel vestri non sitis nobis vel nostris inde in aliquo obligati, ratione juris competentis vel quod possit competere in aliquo loco infra predictos terminos, ratione dominacionis vel alia qualibet racione; immo vos et vestri sitis inmunes, et absoluti ab omni jugo dominacionis nostre de predictis, si forte nobis vel nostris aliquid jus pertinebat vel pertinere debebat, racione dominacionis vel alia racione in aliquibus locis infra terminos predictos; exuentes nos de juribus predictis et vos et vestros investientes; volentes etiam quod, si aliqua instrumenta de cetero reperirentur in aliquibus juribus nobis pertinentibus vel pertinere debendis in aliquibus locis, aliqua racione, infra predictos terminos, quod illa sint cassa et irrita nec possint contra vos vel vestros firmitatem aliquam obtinere nec nobis vel nostris valere possint in aliquo; nec supradictis juribus possemus nos vel nostri aliquas pro-

baciones inducere contra vos vel vestros in judicio vel extra. Et, si forte aliquid de supra dictis rebus, aliquo tempore, infra predictos terminos nobis vel nostris venerit, pro incurremento, aut incursum fuerint (*sic*) racione heresis vel forisffacto sive alio modo, totum illud damus, solvimus, diffinimus, remittimus vobis et vestris gratis inter vivos bono animo, in perpetuum, ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde semper faciendas, nullo jure in predictis nobis vel nostris retento aut reservato. Et, ut hec predicta firmius debeant et valeant observari, promittimus vobis et vestris omnia predicta et singula attendere et implere, bona fide et non contravenire. Et, si acciderit, quod absit, nos contra predicta hec vel aliqua eorum venire occulte vel maniffeste, per nos vel aliquam personam interpositam, ipso facto pro bauçatoribus habere debeamus et habeamus, ita quod de bauçia non possemus nos excusare vel deffendere in curia vel extra curiam, cum armis vel etiam sine armis. Et, si qua huic instrumento desunt que vobis vel vestris successoribus prodesse possent, illa intelligantur esse apposita ad comodum vestrum et vestrorum successorum, acsi hic specialiter essent apposita sive scripta. Et, ad majorem rei firmitatem habendam omnia predicta et singula firma esse et irrevocabilia, et non contravenire, juramus super sancta quatuor Dei evangelia, nostris propriis manibus tacta, renunciantes, sub virtute prestiti sacramenti, omni juri canonico et civili, scripto et consuetudinario et specialiter beneficio minoris etatis et omni alii juri competenti nobis vel competituro ad omnia hec infringenda vel aliqua eorumdem; recognoscentes nos vel nostros in hac diffinicione sive absolucione non esse lesos in aliquo. Immo confitemur hanc diffinitionem, absolutionem esse factam in utilitatem nostram, comodum et honorem.

Unde nos Jacobus de Cervaria et R. de Cervaria, frater suus, et Berengarius Ar. de Anglerola et Berengarius de Angularia et B. Raimundi de Ribellis et Raimundus de Aina, mandato domini predicti comitis Urgellensis et Gueraldus (*sic*) de Capraria, frater ejusdem comitis Urgelli, promitimus vobis dicto comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni predicto et vestris quod omnia predicta et singula faciemus semper attendere et complere vobis et vestris, et promiti-

mus vobis et successoribus vestris, bona fide, quod, si dominus comes Urgelli et Gueraldus, frater suus, contra hec venirent, quod vobis vel vestris simus boni adjutores et deffensores contra predictos, quod nisi fecerimus tanquam bauçatores habeamus, ita quod de bauçia excusare non possemus in curia sive extra curiam, cum armis vel etiam sine armis et quod parjuri essemus, nam hoc sic attendere et complere super sancta quatuor Dei evangelia, nostris propriis manibus juramus, precipiendo vobis homagia pro predictis. Et nos Jacobus de Cervaria, curator predicti domini comitis Urgelli, omnia predicta et singula confirmamus et laudamus prestantem auctoritatem nostram in omnibus et singulis predictorum, et profitemur, in veritate rei, quod predicta et singula facta sunt et versa in utilitatem et comodum domini comitis Urgelli antedicti.

Actum est hoc XVI kalendas januarii, anno Christi M. CC. L. VI. S + num domini Alvari, comes (*sic*) Urgelli. S + num Gueraldi de Capraria, fratris ipsius, supradicti. S + num Jacobi de Cervaria. S + num Raimundi de Cervaria. S + num Berengarii Ar[i] de Angularia. S + num Berengarii de Angularia. S + num Bernardi Raimundi de Ribellis. S + num Raimundi de Aina, predictorum juratorum qui omnes hoc firmamus et firmare rogamus.

S + num Exquivati, Dei gratia comitis de Bigorra. S + num Raimundi de Traveseriis. S + num Ar[i] de Montçeriis. S + num Guillelmi R[i] de Travesseriis. S + num fratris Petri, prioris Sancti Saturnini. S + num fratris Arnaldi de Fuxo, monachi Sancti Saturnini. S + num fratris Ar[i] de Gabello, monachi de Bolbone. S + num G. de Graa de Acrimonte. S + num P[i] de Medullo, prioris Montismagastri. S + num Vilarii de Agrimonte, testium. S (s. m.) num mei Raimundi de Savartesio, notarii publici Castriboni, qui, de mandato predictorum, hanc cartam scripsi.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 66. — *Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 2, n° 131. — Bibl. nat., Decamps, vol. 60, f[os] 327 — 328vo et 330 — 332, vol, 61, f[os] 293 — 294. — Doat, vol. 171, f[os] 173 — 177.)

46

1er avril 1258

Notification faite par Esquieu de Penne, bailli de Castelbon, à Abril, évêque d'Urgel, de l'appel au pape interjeté contre lui par Roger IV, comte de Foix, au sujet des affaires d'Andorre.

Pateat universis quod, cum dominus Aprilis, Dei gratia episcopus Urgellensis, indebite et injuste gravaret dominum comitem Fuxensem in pluribus, eidem faciens multas et graves comminaciones, a predicto domino episcopo dominus (f. 365vo) R., Dei gratia comes Fuxensis et vicecomes Kastriboni, ad Sedem apostolicam appellavit, ad quam appellationem offerendam constituit procuratorem idem dominus comes Fuxensis Exquivus (*sic*) de Penna, bajulus Kastriboni, qui eidem domino episcopo dictam appellationem obtulit sub hac forma :

Quoniam appellationis remedium est ad presidium innocentie institutum, ideo nos Rogerius, Dei gratia comes Fuxensis et vicecomes Kastriboni, sentientes nos gravari a venerabili viro Aprili, Dei gratia episcopo Urgellensi, pro eo quod, pendente dilacione super negocio quod vertitur vel verti speratur inter nos et ipsum pro ecclesia Urgelli, introivit terram nostram, scilicet vallem Andorra, in cujus sumus possessione vel quasi, et requisivit juramentum fidelitatis ab hominibus dicte vallis et eosdem sine causa interdixit, et non servato ordine juris, et alia multa fecit ibidem in prejudicium nostrum, nulla monitione nobis vel requisitione facta. Et, cum inter nos et ipsum sint multe graves et diverse questiones, ipse vult de illis cognoscere, cum nemo in causa sua ydoneus judex existad (*sic*). Unde cum ex istis gravaminibus et aliis que loco suo et tempore exprimemus, ab eodem domino episcopo ad Sedem apostolicam appellamus in scriptis, ponendo nos et totam terram nostram et omnes homines nostros, et totum comitatum et vicecomitatum nostros et omnes quoadjutores, deffensores et valitores nostros sub

protectione ipsius. Et offerimus nos probaturum incontinenti gravamina predicta; quod si non admiserit, ex hoc iterum appellamus in scriptis et apostolos cum instancia petimus et eos iterum et iterum postulamus. Hujus totius rei predicte sunt testes : magister Gueraldus, abbas Lezati, Guillermus Raimundi de Traverseras, Guillermus Isarni de Soss, milites, Guillermus Sugenaco, Raimundus Bacalla, Petrus de Boçenaco et Guillermus Petri et Bernardus Sabaterius, publicus notarius Savarduni, qui hanc cartam scripsit, VIII kalendas aprilis anno Domini MCCLVIII, regnante Leodovico rege Franchorum, Amfosso, comite Tholosano, et Raimundo, episcopo.

Oblata fuit ista appelacio domino episcopo predicto die kalendarum aprilis, anno Christi MCCLVIII.

(*Copie*. Bibl. nat., Armoires de Baluze, vol. 81, f° 365 r°-365 v°.)

47

MILIEU DU XIIIe SIÈCLE

Ancien inventaire des actes servant à l'histoire des relations des maisons de Caboet, de Castelbon et de Foix avec les évêques d'Urgel.

(f° 1) Guitardus pater; G. Guitardus et Miro Guitardi fratres.

Miro Guitardi habuit duas uxores : Valenciam et Dulciam et IIII^or^ filios : R. de Kabaod et P. et A. et G. et habuit duas filias : Stephaniam uxorem R^i^ de Josa et aliam que fuit uxor Petri de Anes.

In primo A[1] : testamentum G^i^ Guitardi de Kabaod, in quo dimisit ecclesie castra de Seviz, de Arts et de Aos et confitetur ecclesiam esse dominam pro valle Andorre. Actum est anno secundo Ledovico rege regnante[2].

---

1. On ne peut plus vérifier actuellement cette indication; cependant il nous a été possible d'identifier un certain nombre des actes portés sur cet ancien inventaire, et il n'est pas douteux que des recherches spéciales, faites à ce point de vue, ne donnent lieu à des résultats plus complets.

2. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 509.

In secundo A continetur quod G. Guitardi est servus episcopi. Anno XXXV Philippi [1].

In III A continetur quod Miro Guitardi et pater suus et avus et ceteri antecessores tenuerunt vallem Andorre pro episcopo et quod successores teneant similiter, scilicet : R. cui dimittit et ceteri; et quod dimittit Conorbat ecclesie. Anno CL post M.

Iste Miro Guitardi fuit pater R[i] A[i] de Kabaod, P. et G. et Poncii de Sancto Johanne et uxorum P. de Anes et R. de Josa.

In IIII A predictus R. de Kabaod jurat episcopo B. se daturum ei potestates de Arts et de Seviz et de Tor et quod serviat illi cum illis castris contra omnes homines nec requiret... si fuerit reptatus. Anno CLIIII post M.

In V A continetur quoddam testamentum A. de Kabaod in quo dabat Arnalde, filie sue, multa. Anno CLXIX post M,XIX kalendas februarii [2].

In VI A continetur ultimum testamentum predicti A. de Cabaod, in quo instituit heredem ecclesiam Urgellensem in omni honore de Kabaod et dimisit Arnaldam, filiam suam, in causimento episcopi. Anno CLXIX post M,VII kalendas marcii [3].

Idem infra in III[a] B.

In VII A concedit episcopus A. de Castrobono, gratia Arnalde, uxoris sue, sive A. de Kabaod, vallem de Cabaod et commendat ei castra de Castellopodoil et de Serra et de Puig et de Trago et de Soler et de Arts et de Tor ut sit fidelis et adjutor in omnibus et donet potestates omnium castrorum nec requirat diem vel horam et milites et homines castrorum faciant episcopo hominium et fidelitatem et jurent se daturos potestates et sint contra A. de Castrobono si potestates non daret. Anno MCLXXXVI [4].

In VIII A continetur qualiter episcopus tradidit Arnaldam,

1. Pièces just. n° 8.

2. Cf. l'analyse de cet acte dans l'inventaire moderne des archives capitulaires d'Urgel, à l'article *Cabo*, f° 121.

3. Cf. l'acte des exécuteurs testamentaires d'Arnaud de Caboet, du 13 juillet 1170. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. I, n° 943.

4. Id. ibid. n° 909.

filiam A. de Kabaod, Bertrando de Tarasco cum valle de Kabaod et castro de Arts et valle de Andorra, ut ea teneret per episcopum Urgellensem, cujus debet esse solidus. Tamen retinuit dictus episcopus omnia jura episcopalia et seniorivum quod B. Sancii, episcopus, donaverat indebite Arnaldo de Kabaod in villa Sedis et Archavel et Besqueran. Anno MCLXXX.

In IX A continetur sacramentum ipsius Arnalde se servaturam fidelitatem de omni honore, sicut juravit A. de Kabaod, pater ejus, episcopo B. Sancii, infra in primo B.

In X A continetur testamentum R[i] de Kabaod, in quo dat ecclesie totum suum alodium et feudum quod tenet pro ecclesia, dimittit ecclesie vallem Sancti Johannis, scilicet potestates et dimittit villam de Ferrara et de Kaseles et mansum de Pontibus et Chanorbat et potestates in omnibus castris de Kabaod; dimisit A., fratri suo, valles de Kabaod, Sancti Johannis et Andorre, ut teneat per episcopum et sit solidus et substituit condicionaliter ecclesiam fratri suo in valle Andorre et medietate vallis de Kabaod et Sancti Johannis. Anno CLVI post M [1].

(f° 1vo) In primo B continetur juramentum A. de Kabaod et omnium hominum vallis de Kabaod et Sancti Johannis nec requirerent diem neque horam ad potestates dandas et quod omnes successores A. de Kabaod et ipsorum castellanorum et hominum jurent illud idem et teneant se cum episcopo, si aliquid infringeret. Anno MCLXII, II° kalendas julii [2]. Idem juravit postea A., filia sua, supra in IXa A.

In secundo B continetur pactum inter B., episcopum, et A. de Kabaod, in quo obligavit se et suos successores et suos homines A. de Kabaod ad dandas fideliter potestates et alia, et episcopus obligat se in quarta parte decime ville Sedis et quibusdam domibus parvis duabus in Archavel et in quadam dominicatura et in duobus receptis in Bescheran et in potestate castri et in seguimento hominum ville ejusdem et Archavelli et in potestate de Archavel. Anno MCLXX, XIIII kalendas augusti.

---

1. Id. ib. n° 935.
2. Pièces justif. n° 16.

In III° B continetur testamentum A. de Kabaod, sicut supra in VIª A.

In IIII B comendat episcopus de Villamur et tradit in feudum Arnalde, filie Aⁱ de Kabaod, et A. de Castrobono, viro suo, et E., filie eorum, valles de Kabaod et Sancti Johannis et kastella; et ipsi et omnis posteritas eorum faciant homagium et fidelitatem episcopo et jurent et faciant jurare omnes milites predictorum castrorum et omnes homines a XV annis supra; et faciant homagium et fidelitatem et dent potestates nec expectent diem vel horam et servent fidelitatem in capite et in membris et defendant ecclesiam contra omnes homines; et, si aliquid de predictis frangerent, caderent ab omni jure quod ibi habent; et cederent omnia in jus ecclesie; et milites et homines essent absoluti ab hominio et fidelitate ipsius Arnalde et successorum suorum et quod attenderent ecclesie cum castris et adjuvent eam contra omnes; et quicumque successorum suorum illos honores habuerint prius faciat illas fidelitates et homagia et sacramenta et fieri faciat a militibus et hominibus dictis. Et ipsa Arnalda et A. de Castrobono et Ermesendis, eorum filia, solvunt et diffiniunt ecclesie potestatem de Bescheran et quidquid B. Sancii concessit A. de Kabaod in Bescheran et in suis terminis et in Sede et in Archavel. Anno MCCI [1].

In V° B diffinit R. de Castello ecclesie quicquid exigebat in Monteferrario et habere debebat, preter duos homines, et dimittit bajulias quod nec exigat nec accipiat sine voluntate episcopi et in mansis de Merangis nichil accipiat. Anno MCLXXI [2].

In VI B diffinit Sancius de Alb quidquid habet in Monteferrario. Anno Domini MCLXXXVIII.

In VII B P. de Monteferrario diffinit ecclesie Montemferrarium. Anno Domini MCLXVIII.

In VIII B continetur castrum de Monteferrario per sententiam acquisitum ecclesie et continetur quod G. A. de Monteferrario, filius A. Dachonis, dedit castrum ecclesie. Anno MCLXI.

1. Pièces justif. n° 26.
2. Id. n° 17.

In IX B continetur quod P. de Vilamur et Extrotta, uxor ejus, que fuit filia Ferrarie de Muntferrer, dimittunt et diffiniunt ecclesie Muntferrer et accipiunt Serred. Anno MCLXVIII.

In X B P. de Muntferrer dat in testamento ecclesie quicquid sibi retinuerat in Monteferrer.

(f° 2) In primo C continetur quod vicecomes Castriboni est homo ecclesie pro Terraza et quod donet ei potestatem et non exeat inde malum episcopo sed habeat ibi statutam. Anno MCLXI.

In II C continetur idem penitus quod in IIII B. Anno MCCVI [1].

In III C comendat episcopus Petro et G. et Poncio de Sancto Johanne fratribus castra de Seviz et de Aos, ut sint solidi ecclesie et donent potestates nec expectent diem. Anno MCLXII.

In IIII C comes Urgelli diffinit et concedit ecclesie, ad proprium alodium, totum honorem quem G. Guitardi et R. et A. de Kabaod dederunt ecclesie scilicet : valem (*sic*) Sancti Johannis et de Kabaod cum omnibus castris et obligat se ad defensionem. Anno MCLXXVII.

In V C diffinit A. de Castrobono, per se et suos, podium de Asfa et renunciat dono et instrumento quod inde habet. Anno MCCI.

In VI C R. B., comes Fuxensis, et E., uxor ejus, et R., eorum filius, promittunt et jurant se observaturos omnia pacta que facta fuerunt inter B. de Vilamur et Arnaldam et A. de Castrobono et E., filiam eorum, et firmant instrumenta inde confecta. Anno MCCXXVI.

In VII C jurant ipsi comites illud idem. Anno MCCXXXII.

In VIII C comes Urgelli donat ecclesie, per franchum alodium, quicquid habet in valle Andorre et Archavello. Anno MCXXXII [2].

In IX C diffinit A. de Castrobono quicquid habere debebat in Muntferrer, preter duos homines. Anno MCXCIIII [3].

In X C diffinit idem A. de Castrobono Muntferrer et promittit se daturum potestatem de Terraza. Anno MCXCIX [4].

---

1. Id. n° 35.
2. Id. n° 9.
3. Id. n° 24.
4. *Orig.* Arch. capit. d'Urgel, armoire 10, caisse : *Montferrer*.

In primo D continetur quod homines Andorre promittunt omnes et faciunt homagium et jurant episcopo et statuunt successoribus idem faciendum quod fideliter dabunt decimas, primicias, levatas, *mers*, pernas de leuda, XXIIII pernas de vista, VI vacas de parada, VI oblias bonas, soldadas comitales, CC solidos, curiam episcopo honorabilem, procurationes duas quelibet parrochia, pernas synodales, firmancias clericorum, soldadas de granario, seguimentum super inimicos, directum facere pro episcopo et in suo judicio, servare justicias, firmamenta directi, treugas Domini. Anno MCLXXV[1].

In II D dat comes Urgelli *mers* vallis Andorre. Anno XXIII regnante Philipo rege[2].

In III D jurant homines de Kabaod quod se teneant cum ecclesia contra omnes. Anno MCCII.

(f° 2v°) In IIII D jurant R. de Enveis et Guillelmus A., episcopo, fidelitatem de ipso honore A. de Kabaod et dabunt potestates de omnibus castellis. Anno MCLXXI.

In V D jurant CLXXX homines Andorre, scilicet de qualibet parrochia XXX, pro omnibus aliis, A., episcopo, quod nuncquam habebunt A. de Castrobono pro domino, sine voluntate episcopi, et quod observabunt cartam factam inter eos et A., episcopum, que facta fuit consilio R. de Castrobono. Anno MCLXXXV, idus januarii.

In VI D jurant omnes homines vallis Andorre B. de Villamur, episcopo, quod semper ipsi et successoribus eorum firmabunt ei directum omnes et singuli, sive ipse conqueratur de eis vel aliquis, et facient directum omni querelanti in curia episcopi, in perpetuum, et nuncquam contradicent facto prius firmamento in manu episcopi et judicium episcopi sequentur et fideles ei essent in omnibus et seguimentum ei facerent et omnia alia jura darent in perpetuum episcopo et successoribus ejus, sicut melius potest dici ad profectum ecclesie. Anno MCCII, kalendas januarii.

In VII D jurant idem episcopo de Podioviridi.

---

1. Pièces justif. n° 18.
2. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 504.

In VIII D jurant idem Poncio de Vilamur, episcopo. Anno MCCXXXI, II idus decembris[1].

In IX D jurant quasi idem, preter pauca, B., episcopo. Anno MCLXII[2].

In X D jurant homines de Kabaod episcopo de Podioviridi quod se teneant cum ecclesia contra cunctos homines et etiam contra kastlanos et milites de Kabaod, si non darent potestates. Anno MCCV, III nonas junii.

In primo E continetur quod episcopus et ecclesia habeant firmancias ab hominibus vallis Andorre. Anno MCCVI[3].

In II E quomodo comes Urgelli dedit podium de Asfa ecclesie. Anno MCC.

In III E quomodo fuit Asfa data ecclesie per alodium. Anno XXXI regnante Philipo rege.

In IIII E comes Urgelli dat ecclesie castrum de Salent et de Archavel et de Arts. Anno quo obiit Hugo qui fuit dux et postea rex.

In V E continetur emptio castri de Aos. Anno MCCXIII.

In VI E comes Barchinonensis dat castrum de Monteliano ecclesie. Anno MCXXXV.

In VII E dominus P., rex Aragonum, dat licentiam ecclesie construendi munitionem et castrum aput Montelianum. Anno MCCVII.

In VIII E comes Fuxi dat et concedit per alodium B. de Aragail terminum domus Aragalli. Anno MCCXXXIII.

In IX E continetur quomodo sanctus Odo dedit castrum de Terracza vicecomiti Castriboni, cum retentione. Anno CVIII post M.

In X E concedit episcopus de Vilamur eidem castrum de Terracza, cum retentione. Anno MCCI[4].

In primo F comes Urgellensis dat ecclesie Nargo per francum alodium. Anno MCCVIII.

---

1. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 1013.
2. Id. ibid. n° 844.
3. Bibl. nat., Doat, vol. 161, f° 283.
4. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 1003.

In II F continetur quod Seviz et Aos non sunt de dominatione de Kabaod. Anno MCLXVII.

In III F continetur quod si terra vel honor de Kabaod non habuerit dominum de prole Arnalde ecclesia sit heres. Anno MCXCIX.

(f° 3) In IIII F diffinit A. de Castrobono Muntferrer et promittit potestates de Terracza et quedam alia. Anno MCXCIX [1].

In V F tractatus juris et pacis magistri P. de Collemedio, vices gerentis domini legati. Anno MCCXXIX.

In VI F continetur quod comes Urgelli dat, per franchum alodium, ecclesie castrum de Civitate et dominicaturam suam. Anno MCXXXV post M (*sic*).

In VII F P. de Sancto Johanne et G. et P. faciunt homagium et jurant se daturos potestates omnium castrorum et facere seguimentum et alia. Anno MCLIX [2].

In VIII F R. de Castelione jurat se daturum ecclesie potestates castrorum de Kabaod, si dominus non daret, et imponit successoribus idem juramentum facere et tenere cum ecclesia. Anno MCCI.

In IX F jurat Arsendis de Tor et G., filius ejus, se daturos ecclesie potestatem de Tor. Anno MCCII.

In X F et in X°I Christianus, presbiter, et Bonus, presbiter, dant ecclesie ecclesiam Sancti Michaelis de Pontibus, in anno II°I regnante Ugone duce vel rege.

In primo G jurant homines vallis Andorre, per se et successores suos, fidelitatem servare et juvamen facere. Anno MCLXX.

In I°I et II°I et III°I G jurant homines vallis Andorre ecclesie.

In V G jurant homines vallis de Kabaod et Sancti Johannis et de Tor fidelitatem ecclesie. Anno MCCI.

In VI G jurant R. B., comes Fuxensis, et R., filius ejus, et E., mater ipsius R., quod observabunt omnia pacta et convenientias que facta fuerunt inter B. de Vilamur, episcopum, et A. de Castrobono. Anno MCCXXVI.

---

1. Même acte qu'au X C.
2. Pièces justif. n° 14.

In VII G confirmat dominus papa Urbanus IIus vallem Andorre ecclesie Urgellensi. Anno MXCIX [1].

In VIII G confirmat comes Urgelli donum quod ei fecerat de valle Andorre et donat castrum de Nargo. Anno MCXXXII.

In IX G comittit comes Urgelli ecclesie, per francum alodium, castrum de Ciutad et alia. Anno MCLXVII.

In X G continetur juramentum quod dicit comes fecisse homines Andorre per vim.

In quodam testamento habetur donatio de Maczana facta ecclesie a comite Urgelli et confirmata in dote ecclesie.

In VIII G }
In primo F } Nargo

In IIII C }
In V E } continentur defensiones de Ahos.
In II F }

In II C de Bescheran et de Archavel.

(*Copie du XIIIe siècle*. Arch. capit. d'Urgel. Cahier sur parchemin, intitulé : *Memorial des danys donats per lo comte de Foyx y bescomte de Castellbo a l'iglesia de Urgell...* ; fos 1 à 3.)

48

MILIEU DU XIIIe SIÈCLE

Pièces se rapportant aux démêlés des comtes de Foix avec l'Eglise d'Urgel :

1. — *Hommage prêté, sous certaines réserves, par Roger IV, comte de Foix, à Abril, évêque d'Urgel.*

(Sans date.)

(fo 3 suite [2]) Nos R., Dei gratia comes Fuxi ac vicecomes Castriboni, facimus vobis domino A., Dei gratia episcopo Urgellensi,

1. *Marca hisp.* col. 1207.
2. Les documents ci-dessous se trouvent, dans le manuscrit d'Urgel, à la suite de l'ancien inventaire porté au numéro précédent.

homagium, quia homagium fecimus predecessori vestro et quia predecessores nostri fecerunt predecessoribus vestris; et, quando vos ostenderitis nobis sufficienter possessiones seu res pro quibus teneamur homagium facere, faciemus pro illis; istud tamen homagium facimus vobis, salvo et protestato quod per hoc homagium non concedimus, non approbamus nec intendimus approbare quoddam instrumentum quod vos dicitis esse factum et concessum a domino A. de Castrobono et confirmatum a domino patre meo et matre mea quod incipit ita. Immo eidem instrumento contradicimus et sub ista protestatione, condicione et modo facimus vobis homagium istud. Item alia forma nos facimus vobis homagium sicut fecimus predecessori vestro.

II. — *Roger IV, comte de Foix, notifie à Abril, évêque d'Urgel, qu'il a fait appel en cour de Rome de l'interdit jeté par le dit évêque sur la vallée d'Andorre.*

(20 juillet 1258.)

(f° 3vo) In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen.

Nos R., Dei gratia comes Fuxi ac vicecomes Castriboni, timentes et sentientes nos gravari a vobis venerabili patre A., Dei gratia episcopo Urgellensi, pro eo quod totam vallem nostram de Andorra supposuistis ecclesiastico interdicto nec permittitis ibi divina officia celebrari, nulla nobis monitione premissa; item quia in monasterio Sancti Saturnini, de quo nos sumus patroni et in possessione juris patronatus, quod est immediate subjectum ecclesie Romane, usurpatis vobis subjectionem, in prejudicium ecclesie Romane et nostrum, et interdixistis ecclesiam Sancte Cecilie, dicto monasterio subjectam; et occupatis de facto aliqua que pertinent ad monasterium predictum; item quia, licet nos offeramus vobis quod parati sumus vobis recognoscere et facere homagium sicut fecimus predecessori vestro, et vos non vultis recipere set facitis nobis multas et graves cominationes; item quia obtulimus vobis quod parati sumus, super omnibus questionibus que sunt inter nos et ecclesiam Urgellensem, stare cognitioni fratris R. de Pennaforti et duorum commu-

nium amicorum et vos non vultis recipere eorum cognitionem nec aliquorum aliorum set semper facitis nobis et nostris graves et multas cominationes; ex hiis et ex multis aliis gravaminibus nobis a vobis illatis et cominatis, ad Sedem apostolicam in scriptis appellamus; et nos et nostros et terram nostram sub protectione dicte Sedis ponimus et ad eam super hoc provocamus et parati sumus stare cognitioni ipsius, et apostolos instanter petimus, quos si non concesseritis iterum ex hoc ad Sedem apostolicam appellamus et innovamus et expresse confirmamus appellationem aliam ex parte nostra oblatam; et, ad istam appellationem offerendam, constituimus procuratorem nostrum R. Vitalem de Podio Cerdano. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus apponendum. Oblata fuit ista appellatio domino episcopo, predicto, die sabbati ante festum sancte Marie Magdalene, anno Domini MCCL octavo.

III. — *Mémoire adressé par Pons de Vilamur, évêque d'Urgel, à Pierre de Albalat, archevêque de Tarragone, au sujet des ravages et excès commis au préjudice de l'Eglise d'Urgel par Arnaud, vicomte de Castelbon, Raymond-Roger et Roger-Bernard II, comtes de Foix, et Roger, fils de ce dernier.*

(Sans date.)

(f° 4)[1] Vobis patri et domino P., Dei gratia Terrachonensi archiepiscopo, conquerimur nos P., Dei gratia episcopus, et capitulum Urgellense de comite Fuxensi qui, cum patre suo, cepit ecclesiam et villam Sedis et destruxit penitus, asportando secum cruces argenteas, thuribula, textus, pelves et canadellas, pannos sericos et alia ornamenta ecclesie, privilegia, cartas et instrumenta, et clericos et laycos captos duxit, inferens malum et dampnum ecclesie et ville, preter mortes hominum, quod excedit summam duccentorum milium solidorum.

Item conquerimur de eodem qui abstulit nobis castrum de Aos

1. Cette pièce est antérieure aux deux précédentes quoique placée à la suite dans le manuscrit.



quod, priusquam redderet, constitit nobis in guerra et petitione illius castri plus quam viginti milia solidorum.

Item, existens homo ecclesie, sustinuit et recepit in suo et defendit J. de Nargo et socios suos, homicidas hominum ville Sedis et combustores et destructores ejusdem ville; in quo dampnificata est villa in valens L milia solidorum et abstulerunt operario duas mulas que valebant D solidos et ceperunt alias duas mulas aput Ortons et interfecerunt mulum furni.

Item conquerimur quod, post frequentem peticionem, potestatem castrorum que pro ecclesia tenebat detinuit et contradixit dare potestates ipsorum castrorum, per duos annos et dimidium, propter quas fecimus guerras et petitionem que constitit ecclesie, preter strages hominum, plus quam L milia solidorum.

Item conquerimur quod, preter jus suum quod habere debebat, abstulit hominibus nostris vallis Andorre plus quam centum milia solidorum et prohibet eis quod non firment et faciant nobis decimas.

Item conquerimur quod homines dicti comitis interfecerunt aput Meranges III homines nostros, postquam comes fecerat homagium ecclesie, qui se redemissent plus quam V milia solidorum.

Item conquerimur quod predictus comes et A. de Castrobono et sui exercitus fregerunt ecclesias Ceritanie et ceperunt clericos et bona eorum cum omnibus ornamentis ecclesiarum de eisdem ecclesiis, comittendo sacrilegium, extraxerunt, quorum quedam que reducemus ad memoriam supponemus :

In primis fregerunt ecclesiam de Caborrivo de Tolo et abstraxerunt inde III libros et omnia ornamenta que ibi erant et XX[i]V modios bladi, qui erant ecclesie, et omnia bona et suppellectilia capellani.

Item fregerunt ecclesiam de Borr et extraxerunt inde unum vestimentum presbiteri et duo superaltaria et omnes res clericorum que ibi erant.

Item fregerunt ecclesiam de Pedra et intus in ipsa preparabant cibaria sua et faciebant ibi ignem et multa alia obprobria; ascenderunt enim in cemborio, ponentes pedes suos in brachiis crucis et abstraxerunt inde unum librum et VIIII modios, inter bladum et farinam, que erant de capellano.

Item fregerunt ecclesiam Sancti Geraldi de Podio de Oruz et abstraxerunt inde V libros et II vestimenta presbiteri et levaverunt de altari omnes pannos qui ibi erant et habuerunt inde unum calicem et duas canadellas et I ensenser et duas esquelas et fregerunt [scrinium] (f° 4vo) in quo habebantur reliquie, quas ejecerunt per solum ecclesie et verberaverunt presbiterum juxta altare et abstraxerunt inde III modios frumenti, qui erant de capellano, et omnia suppellectilia et bona sua.

Item fregerunt ecclesiam Sancti Clementis de Uruz et abstraxerunt inde meliorem librum ipsius, quem habuit B. de Tolarid.

Item fregerunt ecclesiam Sancte Cecilie de Bederrs et abstraxerunt unum superaltare et res ipsius clerici.

Item fregerunt ecclesiam de Baltarga et abstraxerunt inde bladum et alia bona ipsius clerici et habuerunt etiam de eo I bovem et III porcos.

Item fregerunt ecclesiam de Sancoir et abstraxerunt inde omnia ornamenta ipsius ecclesie.

Item fregerunt ecclesiam de Say et habuerunt inde duos modios bladi, qui erant sacristie.

Item fregerunt ecclesiam Sancti Salvatoris de Predances, illam penitus.

Item fregerunt ecclesiam de Prads scilicet : J. Xico et B. Mercer et P. et G. Tolssa et habuerunt inde VII libros et II vestimenta presbiteri et II canadelas et I calicem et I perola et X modios, inter bladum et farinam, de illo clerico, et VIIII linteos et II flazades et LX galines et omnia sua suppellectilia et II capciales.

Item fregerunt ecclesiam de Tartera et habuerunt inde II libros, quos postea reddiderunt, et IIIIor modios, inter bladum et farinam, et VII somatas vini de capellano et cetera que ibi invenerunt et omnia suppellectilia ipsius capellani et II boves et XXV oves et VI porcos et una somera et I pullum ; et fuit ibi F. de Capdevila notus.

Item fregerunt ecclesiam de Venzilles et habuerunt inde II vestimenta presbiteri et II libros ; et portas ecclesie fregerunt penitus et habuerunt inde omnes claves et abstraxerunt inde bladum et cetera que ibi invenerunt.

Item fregerunt ecclesiam de Sanavastre et habuerunt inde bonam casullam purpuream et II vestimenta presbiteri et I librum et omnes pannos ipsius ecclesie et expoliaverunt ipsum altare et habuerunt unam perolam, quam postea scimus emptam fuisse pro XXX solidis a capellano de Estamarid, et habuerunt inde XXX modios bladi, qui erant de ipsis clericis, et VII modios bladi, qui erant de sacristia, et unam culteram ipsius capellani et cetera que ibi invenerunt. Preterea fregerunt scrinium in quo erat Corpus Domini et exparserunt eum in vilissimis locis; et ad hoc fuit presens A. de Castrobono qui stabat ad januam ipsius ecclesie; et VI sexterades olei et unum calicem.

Item fregerunt ecclesiam de Mosol et habuerunt inde omnia ornamenta ipsius ecclesie, libros scilicet et multa alia que non possumus ennarrare per singula, quia ipse capellanus remotus est a terra ista. Postea A. de Saga combussit ipsam ecclesiam et cremaverunt ibi omnia ipsa sanctuaria et cetera que ibi erant et cremaverunt columbas de Mosol cum quibusdam aliis hominibus de Mosol qui ibi erant, nisi subvenirent eis homines Podii Cerdani.

Item fregerunt ecclesias de Ostoil et de Sorigera et habuerunt inde omnia que ibi invenerunt et III modios bladi clerici et II libros de Sorigera.

Item fregerunt ecclesiam de Chexans et, quia capellanus erat intus, posuerunt ignem ad januas et cremaverunt cum ipsa porticu et vulneraverunt ipsum capellanum et abstraxerunt de ipsa ecclesia omnia ornamenta et omnia alia que ibi erant, que nescimus quia tunc capellanus, paupertate afflictus, recessit. Alia vice fregerunt ipsam ecclesiam et habuerunt inde ea que ibi erant et (f° 5) ceperunt capellanum et redemit se XL solidos; et hoc fecerunt Rumpla et Prads, qui ipsum clericum verberaverunt pessime.

Item fregerunt ecclesiam de Vilalobent.

Item fregerunt ecclesiam de Age.

Item habuerunt de ecclesia de Tolo VIII boves et XVIII porcos.

Item habuerunt de IIII^or^ mansis nostris de Edors valens C morabotinorum.

Item fregerunt ecclesiam de Palad et habuerunt inde IIII^or^ libros

et II calices et II canadeles et II candelabra et II esquillas et XX sextaradas olei, quas exparserunt, et cetera que ibi erant et unam perolam et acceperunt Corpus Domini, quod dejecerunt in sterquilinio.

Item fregerunt ecclesiam de Olceya.

Item fregerunt ecclesiam de Yx et habuerunt inde III libros et II canadeles.

Item fregerunt ecclesiam de Anaugia et abstraxerunt inde II cortines et C solidos et unum missal et I lectioner et I^am^ casula (*sic*) de fustani.

Item fregerunt ecclesiam Sancte Leocadie et fuit ibi J. de Tolssa et homines de Urg et h[abu]erunt inde cimbala et I calicem et I^am^ perolam et II libros et omnia que erant in ipsa ecclesia scilicet : II canadeles et II candelabra et VII stolas et I^am^ capam de fustani et IIII^or^ modios de blado capellani et multa alia.

Item fregerunt ecclesiam de Ed[a ?]err.

Item fregerunt ecclesiam Sancti Ylarii de Valcebolera et habuerunt inde II signa.

Item fregerunt ecclesiam de Salagosa.

Item, propter istam destructionem Cerdanie et fractionem ecclesiarum, amiserunt clerici Cerdanie, per III annos sequentes, plus quam MMM modiorum bladi et alios redditus quos percipere debebant ; et extimamus res de ecclesiis violenter extractas et bona clericis ablata et redditus quos postea amiserunt L milia solidorum, preter penam sacrilegiorum, quam penam dicimus inferendam ad minus pro quolibet sacrilegio XXX librarum argenti examinati et componi novies dampnum passis.

Item ecclesia Urgellensis amisit, per III annos, in Ceritania redditus suos, qui valebant X milia solidorum.

Item cepit capellanum de Urg et captum tenuit, donec redemit se C solidos, et cepit et vulneravit capellanum de Bolvirr, et cepit G. de Anes, presbiterum.

Item fregit ecclesias de Anou, de quibus habuit valens MD solidos.

Item conquerimur quod A. de Castrobono, postquam fecit homa-

gium episcopo et fuit juratus ecclesie, in fide et treugis abstulit ecclesie castrum de Nargo et redditus ejus valentes, quamdiu tenuit castrum, MM morabotinos; et insuper dampnum dedit hominibus dicti castri quod excedit V milia solidorum.

Item abstulit ecclesie castrum et redditus et servicium de Seviz, quod excedit, preter castrum, plus quam M aureos.

Item abstulit VI hominibus nostris franchis de Seviz, postquam tenuit castrum, valens MD solidos.

Item, cum esset prebendarius ecclesie et commisissemus ei prepositurain de Monteliano, non fecit servicium et abstulit nobis redditus valentes MCCC solidos.

(f° 5vo) Item, quando tenebat obsidionem aput Castelar, abstulit hominibus nostris de Monteliano, in fide et treugis, boves et oves, predam valentem plus quam M solidos; et sui homines interfecerunt ibi B. Benest[ia] et G., fratrem suum; et, alia vice, interfecerunt ibi unum diachonum et unam mulam (?) et abstulerunt frumentum valens CC solidos et combusserunt villam de Aragail et interfecerunt homines et fecerunt ibi malum, preter mortes hominum, quod excedit plus quam MMM solidos.

Item in fide et treugis cepit et destruxit castrum de Bescheran, et habuit [inde] valens M marchas argenti et interfecit homines, et, alia vice, sui homines [inter]fecerunt B. Guillelmi de Bescheran, nobilem militem ecclesie.

Item conquerimur quod in pace et fide destruxit nobis III mansos apput Petram et unum aput Venzilles, et habuit inde valens plus quam D solidos; et destruxit duos mansos aput Alb et unum aput Estol et duos aput Caldeges et V apud Salent, et habuit valens plus quam MD solidos, preter dampna, et duos aput Momolucz et duos aput [U]rg et duos aput Borr et III mansos et homines et alia que habebat aput... de quibus habuit ipse plus quam M solidos, preter dampna.

Item [conquerimur] quod abstulit nobis, per XV annos, decimas de Eguils et decimas et primicias et census ecclesie... que valebant annuatim plus quam C sextarios bladi et abstulit nobis [decimas et primicias] Caborriu............Arnaldi de Capdera.

Item conquerimur quod expulit homines nostros de Aravel et misit eos in suo castro, ubi sunt adhuc, et abstulit............... per XV annos.

Item abstulit nobis..................per XV annos, cum omnibus fructibus suis.

Item conquerimur...........abstulit nobis ecclesiam de Aravel et sui homines de Civitate fregerunt duo molendina Montisferrarii et succenderunt duas areas cum porticibus suis.

Item conquerimur quod...............abstulit nobis decimas de Espasen et de............et de Aguilar et de.......... et de Eguils et de Villamediana et de Tor et..............abet in valle de Gardia et unum mansum aput Tous............et unum mansum aput................frege et decimam et primiciam sue labora ....et unum mansum apud Custodiam, que omnia valebant, singulis annis, plus quam C aureos.

Item conquerimur quod destruxit duos mansos de Sancta Leocadia et cepit................et duos boves et duos porcos et omnia bona mansorum que valebant..................et destruxit nobis unum mansum aput Anacz et habuit inde boves, oves et porcos et omnia bona sua, que valebant plus quam CCCC solidos.

Item abstulit nobis, per XV annos, penas, procuraciones, census et jura omnia que habemus in suo honore, tam in clericis quam in laicis, que valebant, annuatim, plus quam M solidos.

Item in..............in vallem et planum Sancti Tirsi et Asfa et habuit inde valens................plus quam MMM solidorum.

(f° 6) Item cepit capellanum Sancti Tirsi et habuit ab eo D solidos.

Item abstulit hominibus vallis Andorre valens plus quam L milia solidorum, quia prestiterant in quadam guerra juvamen ecclesie ; et hec omnia supradicta dampna intulit ecclesie in fide et treugis.

Item habuit de ecclesia de Arestot IIII^{or} libros et unum signum, quod est aput Civitatem.

Item abstulit hominibus vallis de Cabaod DCC solidos, quia juverunt ecclesiam, et, eadem racione, abstulit J. de Clos et filiis suis M solidos ; et abstulit hominibus de Aos CCCC solidos ; et hominibus

de Tor, DCC solidos; et hominibus Vallisferrarie, DC solidos, quia emparabant J. de Clos, supradictum; et abstulit hominibus de Arts DCCC solidos et abstulit ecclesie de Organiano et hominibus suis MD solidos et abstulit hominibus nostris, scilicet : G. d'en Ghards, XX solidos et J. de Terraza, XX[i] solidos et R. de Noves, L solidos et R. de Boxadera de Cabaod, XL solidos; de clerico de Taus, LXX solidos. Hec omnia abstulit istis, facta compositione cum ecclesia, quia predicti homines, prout tenebantur, defendebant ecclesiam ab inimicis suis et quia veniebant ad forum Sedis.

Item, quando tenuit preposituram de Monteliano, abstulit hominibus X modios frumenti et XX somatas vindemie.

Item fregit ecclesiam de Pegeroles et asportavit signa, libros, pallas et omnia ornamenta ecclesie et omnia bona clerici, que valebant CC solidos.

Item fregit ecclesiam de Validela et extraxit inde valens CCC solidos.

Item fregit ecclesiam de Valjouan et habuit inde C solidos.

Item cepit hominem nostrum de Navasquart et fecit redimi CC solidos.

Item abstulit hominibus nostris de Valle riparum I par boum et XXX bestias minutas.

Item abstulit hominibus nostris de Leto XXXII bestias minutas et habuit predam de Monteferrario, de qua habuit LXX solidos.

Item fregit ecclesiam de Sancta Eugenia et habuit C solidos.

Item abstulit nobis ecclesiam de Castrobono, toto tempore vite sue, et nuncquam voluit in ea recipere capellanum. Hec omnia supradicta fecit A. de Castrobono in fide et treugis, facta compositione cum ecclesia Urgellensi.

Item, preter ea que superius sunt expressa, abstulit clericis Ceritanie, facta compositione cum ecclesia Urgellensi, hec subscripta :

Capellano de Bolchera, LXX solidos.

Clerico de Garexer, XX solidos.

Clerico de Meranges, XL solidos.

Clerico de Eler, XX solidos.

Clerico de Chexans, L solidos.

Clerico de Perera, XXX solidos et fregit domum capellani et abstraxit inde X oves et VIII porcos et omnia suppellectilia que in domo erant, que valebant plus quam C solidos.

Item fecit frangi a suo bajulo ecclesiam Sancti Stephani de Perera, de qua abstraxit VIII modios bladi et I modium farine et I bachonem et II somatas vini et V vegetes et unam tinam et tria scrinia et unam archam et libros, pallas, indumenta et omnia ornamenta ecclesie, que erant trans altare, et ceram et oleum; et predictus bajulus cepit propriis manibus quemdam presbiterum et percussit; hec omnia in fide et treugis.

(f° 6vo) Item conquerimur de comite Fuxensi et R., filio ejus, qui prohibent hominibus vallis Sancti Johannis et de Cabaod ne sequantur nos contra inimicos ecclesie et ne adhereant nobis, tanquam dominis, nec attendant pacta et conventiones positas inter nos et ipsos; nec faciunt nobis jurare milites et homines dictarum vallium, sicut facere tenentur, in quo dampnificati sumus in plus quam XXXa milia solidorum.

Item conquerimur quod non observant nobis pacta que, sub vinculo juramenti, servare promiserunt.

Item non dant nobis potestatem castrorum que pro nobis tenent.

Item prohibent hominibus vallis Andorre ne firment nobis directum et ne sequantur nos super inimicos ecclesie et destruunt eos talliis et exactionibus, auferendo omnia bona sua.

Item conquerimur quod, singulis annis, faciunt collectas, questias, exactiones hominibus nostris quos habemus franchos aput Seviz et aput Anes et in podio de Anurri et in valle de Argolel et in uno manso juxta Custodiam et in hominibus nostris de Laorto et de Castelione et in hominibus nostris de Meranges et in aliis clericis et laycis juxta honorem suum positis; et hoc fecerunt a tempore mortis A. de Castrobono et abstulerunt eis, singulis annis extunc, valens plus quam C aureos.

Item fecerunt dirui pontem per quem intrabatur ad Sedem et prohibent hominibus suis et aliis ingressum ville Sedis.

Item conquerimur quod injuste, a tempore mortis A. de Castrobono, retinent et reddere contradicunt castrum nostrum de Nargo, cum terminis suis et redditibus universis, quos extimamus valuisse, postquam ipsi tenuerunt, XX milia solidorum, et castrum de Seviz, cum terminis et redditibus suis, qui valuerunt plus quam XX milia solidorum, preter castra et servicia eorumdem.

Item conquerimur quod fecerunt munitionem super ecclesiam de Pontibus injuste, que est alodium nostrum in introitu vallis Andorre ; et auferunt transeuntibus inde leudas et alia que volunt nec etiam volunt dare nobis potestatem nec homines sui permiserunt nos introire ad hereticos capiendos.

Item auferunt nobis ecclesiam et vallem de Organiano, cum terminis suis, que est alodium nostrum, et faciunt ibi munitionem, in dampnum ecclesie nostre, et faciunt questias et exactiones hominibus ecclesie de Organiano, singulis annis, que excedunt C aureos ; et petimus totum Organianum sicut nostrum, ubi, contra voluntatem nostram, faciunt villam et forum, in quo dampnificati sumus nos et nostri homines in valens ultra M aureos.

Item homines de Adraen interfecerunt quemdam hominem nostrum in nemore et infra treugas.

Item homines de Estamarid percusserunt et vulneraverunt homines nostros de Turribus, infra treugas, et habuerunt predam de castro.

Item ipse Rogerius abstulit cuidam homini nostro de Cosco somatas bladi.

Item G. Ysarn et sui, cum consilio et auxilio hominum terre comitis et R. de Foix, ceperunt homines ville Sedis, quos fecerunt redimi MM solidorum, quos in terra eorum reduxerunt et sustinuerunt eos quamdiu nobis malum fecerunt.

(f° 7) Item, cum essemus in terra eorum aput Eguils, causa visitationis, homines illius ville insurregerunt (*sic*) contra nos cum armis et expugnaverunt in quadam domo nos et familiam nostram, volentes interficere nos et vulneraverunt quemdam filium militis, consanguineum nostrum, quam injuriam nollemus sustinuisse pro mille marchis argenti.

Item auferunt debita nostris hominibus et ea que sibi crediderunt.

Item, racione leude, marcant et spoliant nostros homines in via publica juxta Estamarid et juxta Pontes et juxta Nargo, in quo dampnificati sumus nos et homines nostri in D aureis et amplius; et tamen, in pactis inter nos et ipsos factis, habetur quod leudam ab hominibus nostris non accipiant.

Item auferunt nobis castrum de Terracza, de Aravel, retinendo homines ipsius castri in castro suo de Belestar et auferunt nobis decimas ipsius castri et molendina de Civitate et XXII terras in terminis Sancti Stephani.

Item auferunt nobis VI sextarios ordei censuales et medium multonem aput que sunt janitoris.

Item auferunt nobis unum mansum aput Estamarid, qui dicitur Ylatge, et decimas unius vinearii de Estamarid, quod dicitur Costatota.

Item auferunt nobis in villa de Seviz mansum Arnaldi Petri et in villa de Tor mansum Johannis Ysarni; in Dialp, mansum Guillelmi Durandi; in Cabaod, mansum Petri Durandi; in Avelaned, mansum Large manus.

Item conquerimur quod fregerunt XX[i] ecclesias in Paleariis et asportaverunt omnia bona ecclesiarum et clericorum que intus erant, que valebant plus quam X milia solidorum, que petimus eis restitui et nobis penam sacrilegiorum exsolvi.

Item ipse comes interfecit ibi quemdam presbiterum aput Tornafort.

Item fregerunt in terra Gaucerandi de Pinos VII ecclesias et asportaverunt libros et ornamenta ecclesie et omnia que intus erant, que extimamus D aureos, que petimus eis restitui et nobis penam sacrilegiorum exsolvi.

Item sustinuerunt et receperunt in terra sua, cum predis nostris, A. de Castellis qui, cum hominibus suis, abstulit nobis offerentibus ei directum, predas vallis de Tost, et homines captos et predas Montisferrarii et de Argolel et de aliis locis nostris, que quidem valebant plus quam X milia solidorum et, cum vellemus malum facere

in suo castro de Salent, ipsi prohibebant, accipiendo potestatem ipsius castri; et omnia malefacta que fecit nobis A. de Castellis fecit cum hominibus comitis et R. de Foix, scilicet : cum hominibus de Aguilar et de Castrobono; et interfecerunt unum hominem nostrum de plano Sancti Tirsi; et cum nostris hominibus captis redierunt ad Castrumbonum; et predas quas habuerunt de Monteferrario habuerunt in treugis quas R. de Foix nobis dederat de eo et suis valitoribus.

Item, sub treugis quas dominus G., electus Terrachonensis, nobis dederat, suspenderunt unum hominem (f° 7vo) ville Sedis et alterum interfecerunt, juxta Sanctum Andream, qui insidiabantur A. de Castellis qui nobiscum guerram habebat.

Item conquerimur quod, in fide et treugis quas nobis dederant comes et R. de Foix, anno Domini MCCXXXVIII, juxta Baliram, in presencia P. de Vilamur et G. de Belera et G. de Urgio et multorum aliorum, homines et R. Lorder abstulerunt R^{e} de Solans de Archis duos boves et unam vacam et asinum, et valebant boves LXXX solidos et asinus XXX, et redemit vacam ab eis pro XXV solidis; et abstulerunt ei alias res valentes XV solidos, set pro asino reddiderunt ei unam vacam que non valebat X solidos; et hoc fuit in septimana post Pentecosten.

Item conquerimur quod, eodem anno in sabbato post festum sancti Michaelis, in treugis illis, homines de Taus vulneraverunt ad mortem B. Borrel de Archis et abstulerunt ei unum asinum, valentem XXX solidos et XII bestias minutas, valentes XXXVI solidos et alia que valebant VIII solidos.

Item conquerimur quod, eodem anno et sub eisdem treugis in sabbato adventus Domini, G. Tauler, bajulus de Nargo, cepit III homines de Archis, scilicet : B. Olemar et filium suum et B. d'en B. Borrel, quorum duos tenuit captos VIII diebus et fecit unum redemi V solidos et abstulit eis quedam, que valebant X solidos.

Item conquerimur quod, infra dictas treugas, homines R. de Foix vulneraverunt P. de Conilar et abstulerunt ei arma sua et F. de Cza Carrigera arma sua.

Item, infra dictas treugas, comes et R. de Foix fecerunt vio-

lenter sibi parari necessaria aput Organianum, cum CXXX equitaturis.

Item conquerimur quod R. de Foix, infra dictas treugas, abstulit hominibus nostris de Casteyllo L solidos.

Item conquerimur quod, infra dictas treugas, dictus R. de Foix et homines sui apposuerunt ignem et combusserunt duos mansos nostros in valle de Tost et Cerchedam et Argolel et mansos de Aurem; et fregerunt molendina Petri de Pineis, que sunt aput Vemilles; et abstulerunt cuidam homini nostro de Pinals LXX solidos et fecerunt multa mala hominibus nostris de Merangis.

Item conquerimur quod homines de Castrobono, in dictis treugis, impugnaverunt et vulneraverunt homines Sedis super oblatione juris, persequendo eos et clamando ad mortem et interfecissent eos si potuissent; et hoc fuit quando homines Sedis veniebant de pignore quod fecerant aput Salent.

Item, anno Domini MCCXXXVIIII, R. de Foix dedit nobis treugas usque ad festum Pasce, et post festum essent X dierum, quas treugas dedit nobis R. de Foix, ore ad os, apud Sanctum Fructuosum, presentibus G. et R. de Belera et A. de Saga et G. Assalid et multis aliis; et, infra dictas treugas, in die jovis ante festum Pasce, G. Tauler et homines de Nargo ceperunt XI bestias grossas de (f° 8) G. et P. de Sodribes de Archis, valentes CXX solidos, et ceperunt L bestias minutas de R. de Torroela et XXX bestias minutas de P. Guitard, que valebant CLX solidos, et ceperunt quedam alia, que valebant XV solidos, de quo conquerimur.

Item conquerimur quod, infra treugas illas, die veneris post festum Pasce, R. de Foix cucurrit ad Sedem et interfecit ibi XXVI homines et multos alios vulneravit et cepit P. G[1] et habuit inde predam et combussit villam nostram de Boxadera et habuit quicquid erat ibi; et, preter dampnum et strages hominum, extimamus injuriam et obprobrium plus quam mille marchas argenti.

Item conquerimur quod, sequenti die sabbati, sub eisdem treugis, cepit, destruxit et combussit castrum nostrum de Sancto Tirso; et vulneravit homines et occupavit omnia bona sua et fregit ecclesiam et extraxit quicquid erat ibi.

Item, sequenti die lune, sub eisdem treugis, cepit, destruxit et combussit castrum nostrum de Anurri et vulneravit homines et occupavit omnia bona sua.

Item, sequenti die martis, sub eisdem treugis, venit ad Sedem et habuit predam aliquam et quasi obsedit eam.

Item conquerimur quod in treugis quas vos, domine archiepiscope, cepistis et dedistis pro R. de Foix aput Ulianam, statim idem R. de Foix, in reditu suo, fregit ecclesiam de Organiano et traxit inde vinum P. de Salent et alia que ibi erant et cepit inde claves ecclesie et posuit bajulum, cui commisit eas et ecclesiam, quam adhuc detinet, et fecit colligi redditus ecclesie et ejecit inde R. de Rialb, priorem.

Item, sub eisdem treugis, homines Rotgerii ceperunt duos homines de Archis.

Item cepit Arbertum de Gerul, hominem nostrum, et res suas et aliorum hominum quos ecclesia ibi habet ; et hoc fecit super oblatione juris et contra comunimentum nostrum.

Item homines dicti Rotgerii combusserunt, in dictis treugis, bladum P. de Pineis apud Sanavastre.

Item A. de Castellis abstulit hominibus nostris de Laorto V bestias grossas et cenam.

Item abstulerunt quidam homines vestri R. Geraldi de Sede II sextarios et eminam frumenti et quedam alia.

Item B. de Saltone qui in treugis erat cum militibus et hominibus vestris cucurrerunt ad castrum nostrum de Aqua tepida et vulneraverunt et ceperunt homines nostros et abstulerunt eis predam et alia que valebant plus quam XV milia solidorum.

(*Copie du XIII*e *s.* Arch. capit. d'Urgel. Cahier sur parchemin intitulé : *Memorial des danys donats per lo comte de Foyx y bescomte de Castellbo a l'iglesia de Urgell...*, fos 3 à 8.)

49

BARCELONE, 30 MARS 1267

Jacques Ier, roi d'Aragon, mande à Roger-Bernard III, comte de Foix, de remettre à Guillaume de Son les châteaux de Son et de Cheragut, confisqués par lui pour cause d'hérésie.

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, Dei gratia comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni, salutem [et] dilectionem. Jam alias vobis scripsimus quod observaretis donacionem quam fecimus nobili et dilecto nostro Guillelmo de Sono de castris de Sono et de Cheragut et de alia terra Bernardi de Alione, quondam patris sui, que omnia nobis confiscata fuerunt racione heretice pravitatis. Unde iterato vobis rogamus, dicimus et mandamus vobis quatinus, predictam donacionem in omnibus observantes, eidem Guillelmo restituatis castra predicta atque terram, ita quod idem Guillelmus non habeat de vobis materiam conquerendi; alioquin mandamus vobis quod predicta castra et terram, sicud nos ea patri vestro comendavimus, tradatis, loco nostri, fideli nostro Petro Pauci de Perpiniano. Et hoc nullatenus differatis. Datum Barchinone, III° kalendas aprilis, anno Domini millesimo CC°LX° septimo.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 15, f° 51 v°.)

50

BARCELONE, 30 MARS 1267

Jacques Ier, roi d'Aragon, ordonne à Pierre Pauc, de Perpignan, de réclamer à Roger-Bernard III, comte de Foix, les châteaux de Son et de Cheragut pour les remettre à Guillaume de Son.

Jacobus, Dei gratia et cetera, fideli suo P. Pauci de Perpiniano, salutem et gratiam. Noveritis quod nos mandamus, per nostras

literas, nobili comiti Fuxensi quod commandam quam nos fecimus patri suo de castris de Sono et de Cheragut et de alia terra, que fuerunt Bernardi de Alione, quondam, et nobis confiscata ratione heretice pravitatis, reddat vobis, loco nostri. Mandamus eciam ei quod, si predicta facere noluerit, tradat et det vobis de predictis castris potestatem, loco nostri ; unde vobis dicimus et mandamus quatinus, visis presentibus, ad dictum comitem personaliter accedentes, dictam comandam petatis et requiratis, nostro nomine, ab eodem; quam si vobis reddere noluerit, petatis et exigatis ab ipso potestatem dictorum castrorum. Et, cum ipsa castra et terram predictam recuperaveritis sive racione dicte comande seu etiam potestatis, restituatis et tradatis ea omnia nobili et dilecto Guillelmo de Sono, filio Bernardi de Alione, predicti, cui nos donacionem cum instrumento fecimus de predictis. Et hec non mutetis aliqua racione. Datum Barchinone, III° kalendas aprilis, anno Domini millesimo CC°LX° septimo.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 15, f° 51v°.)

51

25 SEPTEMBRE — 29 NOVEMBRE 1268

Lettres échangées entre Jacques Ier, roi d'Aragon, Roger-Bernard III, comte de Foix, et Raimond, vicomte de Cardone, au sujet des affaires du comté d'Urgel[1].

I. — *Lettre de Jacques Ier, roi d'Aragon, à Roger-Bernard III, comte de Foix.*

(Balaguer, 25 septembre 1268.)

Hoc est translatum.

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majorice et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, nobili et dilecto

1. Je dois la copie de cet important document à l'obligeance bien connue du savant directeur des archives de la couronne d'Aragon, D. Manuel de Bofarull, qui a bien voulu le transcrire lui-même à mon intention.

suo Rogerio Bernardi, comiti Dei gratia Fuxensi et vicecomiti Castriboni, salutem et dilectionem. Meminimus jam vobis mandasse quod, in festo sancti Michaelis septembris, essetis nobiscum cum militibus vestris et armis ac aliis aparamentis vestris et eorum, paratus servire nobis feudos quos a nobis tenetis. Unde, visis literis vestris responsivis (?), quas nobis super hoc misistis, et earum intellecto tenore, iterum vobis dicimus et mandamus, firmiter et districte, quatenus, a festo sancti Michaelis predicto usque in tres septimanas, sitis nobiscum ubicumque nos fuerimus cum militibus vestris et equis, armis ac aparamentis aliis vestris et suis omnibus, paratus servire nobis feudos quos a nobis tenetis ; et hoc non diferatis aliquatenus vel mutetis. Datum Balagarii, VII° kalendas octobris anno Domini millesimo CC°LX° octavo.

II. — *Lettre du même au même.*

(Saragosse, 29 novembre 1268.)

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majorice et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, nobili viro Rogerio Bernardi, Dei gratia comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni. Cum in presenti guerra quam habemus cum Raimundo de Cardona habeamus necessaria castra de........... et de Sancto Christoforo de..........ser et de Cravasores, que pro nobis tenetis in feudum, dicimus et mandamus vobis quatenus, visis presentibus, donetis nobis potestates dictorum castrorum, quas potestates tradatis Bernardo Fareix, vicario Ceritanie, loco nostri, vel cui ipse voluerit, loco sui.................................... Datum Cesarauguste, III° kalendas decembris, anno Domini millesimo CC° LX° octavo.

III. — *Lettre du même à Raimond, vicomte de Cardone.*

(Cervera, 3 novembre 1268.)

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majorice et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispesulani, nobili viro Rai-

mundo de Cardona. Licet vobis mandaverimus, per literas nostras, quod daretis et traderetis nobis potestates de omnibus feudis que pro nobis tenetis et, loco nostri, Johanni Petri Çabata, bajulo Montisalbi, sub certis conditionibus et rationibus in ipsis literis compreensis; postea vero, cum dictus Johannes Petri infirmaretur et ideo ire non posset ad recipiendas ipsas potestates, mandaverimus vobis, per alias literas nostras, quod easdem potestates traderetis R° de Montealto, vicario Cervarie, loco nostri, conditionibus et rationibus contentis in supra predictis literis jam vobis misis super potestatibus antedictis, vos hoc minime facere curavistis.

Quare iterato vobis dicimus et mandamus quatenus, visis presentibus, donetis et tradatis nobis, in loco nostri, dicto R. de Montealto vel cui voluerit, loco sui, potestates castrorum de Castroaulino et de Gerundella de Tagamanent et de Terracia et de Molsosa et de Rubi et de Casteltayllat et de Farner et de aliis castris et locis que pro nobis tenetis vel, visis presentibus, tradatis quendam militem vestrum vel alium nuncium dicto R. de Montealto qui ipsi Raymundo de Montealto, loco nostri, vel cui voluerit, loco sui, potestatem tradat vel tradi faciat de omnibus castris et locis predictis et aliis feudis que pro nobis tenetis, conditionibus scilicet et rationibus quibus ipsas potestates, ut dictum est, peciimus jam a vobis. Nos autem guidamus illum et illos quos, pro tradendis dictis potestatibus, mitetis, in eundo, stando et redeundo, et vos similiter guidetis dictum R. de Montealto vel illos quos, loco sui, ad recipiendas dictas potestates transmitet, scientes quod miramur multum de vobis quia tantum tardavistis dare nobis potestates predictas, ex quo consignavimus personam cui ea daretis loco nostri. Datum Servarie, III° nonas novembris anno Domini M°CC°LX°VIII°.

IV. — *Lettre du même à Roger-Bernard III, comte de Foix.*

(Huerta d'Ager, 5 octobre 1268.)

Jacobus etc., nobili Rotgerio Bernardi, comiti Fuxensi, salutem. Fem vos saber que, per ço car sotz entrat en nostra terra eus sotz mes en castel qui es de nostre feu eus establitz eus fetz bastides e

venitz contra nostres regalies e nostra senyoria, manam vos que, vistes les letres, quens donatz postat de Sono et de Queragut et de totz los castels que per nos tenitz et, en loc de nos, an Bernat Fareix, veguer nostre, et aço no mudetz per neguna re ne per neguna manera. Datum in Orta d'Ager, III° nonas octobris, anno Domini M°CC°LX°VIII°.

V. — *Lettre de Roger-Bernard III, comte de Foix, à Jacques Ier, roi d'Aragon.*

(Ager, 6 octobre 1268.)

Al molt alt et honrat senyor en Jachme, per la gratia de Deu etc., de nos en Roger Bernat, per la gratia de Deu comte de Foyx et vescomte de Castelbo, salutz et amos. Fem saber a la vostra seynoria que nos avem reebudes vostres letres, en les quals era contengut que, per ço car nos nos metiam els castels qui eren de vostre feu nels establiem contra vos, nos demanavetz postat dels castels et dels logas que per vos tenim. On nos, seyner, fem saber a la vostra altea que nos nons mesem a contrast de vos en nuyl loc, ans o feem per manament vostre e per carta vostra; esters, sins demanatz poztatz de quels locs que nos per vos tenim, per fadiga de dret o de servii, nos som apareyllatz quens en fazatz dret a coneguda, et aquel servii que fer vos degam eus darem poztat d'aquels locs que per vos tenim, axi com es acostumat de Cataluyna. Et, car no ic avem lo nostre segel, avem les feites segelar ab lo segel d'en R. de Cardona. Datum apud Ager, II° nonas octobris anno Domini M°CC°LX°VIII°.

VI. — *Lettre de Jacques Ier, roi d'Aragon, à Roger-Bernard III, comte de Foix.*

(Balaguer, [9 [1] octobre] 1268.)

Jacobus, Dei gratia etc., viro nobili Rogerio Bernardi, Dei gratia comiti Fuxensi. Fem vos saber que veem vostres letres, en les quals

---

1. Cf. le n° IX.

era contengut que nos vos aviem tramessa carta que, per ço car vos vos metietz els castels qui eren de nostre feu ols establietz contra nos, queus demanavem postat dels castels et dels logars que per nos tenitz a feu et que vos nous eretz mes a contrast de nos en nuyll loc, ans o avetz feit ab carta nostra e sius demanavem la poztat dels feus que tenitz per nos, per fadiga de servii, quens en farietz dret a coneguda, et quens farietz aquel servii que fer nos en devietz. On a vos en tal manera responem que certa cosa est e manifesta que vos avetz establit lo castel de Pons, qui es feu nostre, et de quens teneu la potestat contra voluntat nostra; et aqui no cal dir moltes raons, que tota Cataluyna o sab, et, can dietz que ab carta nostra vos metatz en Ager, ben sabetz vos que la carta nostra diu, si ben la gardatz, que nos vos guidam de anar tro a Çes Avelanes, per parlar ab la comtessa, et de tornar tro a Pons; et vos, oltra guiatge nostre, metes vos en Ager, a contrast de nos; et vostra compayna escometeren nostres homens ab armes et nafraren nos, no aven vos feit mal ni acuyndat que nous aviem ni vos nous eretz....... ....de nos. Aço que deitz quens faretz dret a coneguda de les postatz, be creem que devetz vos saber que costum es de Barcelona e usatge que, irat et pagat, deu hom donar postat a seynor et deu la li hom donar per faliment de servii, lo qual faliment avetz feit; nos avem demanat aquel servii a vos, per ço car l'usatge diu que en nuylla manera no deu hom contrariar postat a seynor, lo qual usatge comença : *Potestatem* etc., et l'altre comença : *Magnates* etc.; per que nos vos deim eus manam quens donetz la postat de totz los feus que tenitz per nos, segons que jaus avem manat, que a donar postat a seynor no deu hom contrastar en nuyll cas et, pux dada la postat, si, a d... nar li pot li allegar et qui postat se te contra voluntat de seynor, gardatz quin fa segons l'usatge, saben que, si les postatz nons donatz, segons que damont es dit, enantarem contra vos, segons que dejam per l'usatge. Datum Balagarii, VII°...... octobris anno Domini M°CC°LX°VIII°.

VII. — *Lettre du même à Raimond, vicomte de Cardone.*

(Huerta d'Ager, 5 octobre 1268.)

Jacobus, Dei gratia etc., nobili viro R° de Cardona, salutem. Fem vos saber que, per ço car vos vos metetz els castels que vostres no son ni a vos pertaynen els establitz contra nos, ens enbargatz nostra regalia et nostra seynoria, no degudament et a tort, ens avetz defalit lo servii dels feus queus demanavem e fer nos devietz, deim vos et manam vos que, vistes estes letres, nos donetz postat de tots los castels els logars que per nos tenits a feu. Emparam vos encara la honor que per nos tenitz, per ço car no fos ab nos ab vostres cavalers, per servir aquel honor al dia que nos vos aviem asignat, et per que les contraries quens fetz axi, con desus dit es, manam encara a vos que les dites potestatz donetz et liuretz, en loc de nos, an Jouan Periz Çabata, batle de Montblanch, et aço no mudetz ni alonguetz per deguna manera. Datum in Orta de Ager, III° nonas octobris, anno Domini M°CC°LX°VIII°.

VIII. — *Lettre de Raimond, vicomte de Cardone, à Jacques Ier, roi d'Aragon.*

(Ager, [6[1] octobre] 1268.)

Illustrissimo domino Jacobo, Dei gratia etc., R., Dei gratia vicecomes Cardone, salutem cum omni servicio et honore. Fem vos saber, seyner, que nos reebem les vostres letres, en les quals era contengut que, per ço car nos nos metem els castels qui nostres no son et per ço car vos aviem falit lo servii que fer vos deviem dels feus que per vos tenim, nos dietz ens manavetz que, demantinent les letres vistes, vos desem postat de totz los castels els logars que per vos tenim. . . . . encara quens emparavetz la honor que per vos tenim per. . . . . fom ab vos ab nostres cavalers aquel dia quens avietz asignat a nos. Seyner fem saber a la vostra seynoria que nos nons mesem en nuyll loc apartinent de vos ni per

1. Cf. le n° V.

don de vos, ans vedam a Ager, axi com poguem, que hom no fees mal als vostres homens ; ni nos no entrarem en Ager, can fom vengutz per manament de vos a Senta Linnia, sino per ço car no podiem viure en nuyll loc sino en Ager, per lo manament que vos avietz feit que hom nons venes neguna res en vostra terra. On nos, seyner, som apareyllatz queus donem postatz d'aquels locs que per vos tenim, axi com acostumat es, no per fadiga de dret ni de servii, que apareyllatz som queus façam dret a coneguda et queus façam aquel servii que fer vos dejam ; et, seyner, can vos nos enparatz aquela honor que per vos tenim, on vos devem fer XXX cavalers, fetz gran tort, per ço car en les cartes es contengut que nos vos ajam XXX cavalers, totavia que vos ajatz guerra, et vos, seynor, no avetz guerra ab nuyll hom ; et de totes aquestes coses estariem a dret et a coneguda de vostra cort. Datum apud Ager, II ......octobris anno Domini M°CC°LX°VIII°.

IX. — *Lettre de Jacques Ier, roi d'Aragon, à Raimond, vicomte de Cardone.*

(Balaguer, 9 octobre 1268.)

Jacobus, Dei gratia etc., viro nobili R. de Cardona. A la carta quens enviats, en la qual era contengut que nos vos aviem tramesa quens donasetz postatz de totz los feus que tenietz per nos, per fadiga de servii, et, per ço car vos metietz els castels que vostros no son contra nos, encara queus en......la honor per tal car no eretz vengut en nostre servii al dia queus n'avem asignat et que d............ ne vos nous deitz mes a nostre contrast ni per don de nos ni...... ....e davetz en........ que hon no fes mal a nostres homens.... ....per ço car no podietz viure on nuyll loc.......... per lo vet que nos avem feit, que eretz apareyllatz quens donasetz postat dels feus tenutz per nos, axi com acostumat es, et no per fadiga de dret ni de servii et que eretz apareyllat quens fesetz dret a coneguda et quens fesetz lo servii que fer vos devetz ; on a vos en tal manera responem que ben sabetz vos que vos donam carta de guiatge nostra a vos et al comte de Foix que vinguesetz

salus et segus tro a Çes Avelanes et tornasetz vos a Pons pel feit de la comtessa et vos no parlas anc d'aquel feit de la comtessa ni vingues a Çes Avelanes, ans vos meses en Ager contra nos et meses aqui lo fyll del comte, per si nos contrava et per torbar nos ço que ab los homens d'Ager aviem feit. Et, can dietz que nou fees a contrast de nos, deim vos que tot hom fa contraria a seynor qui establex nuyll loc de cavalers ni d'armes pus lo seynor lo te assetgat, oy es per tala, et, car deitz que vos vedas que nos feesen mal a nostres homens, deim vos que nou semble, pus les compaynes vostres primerament exiren contra nostres homens et els nafraren, nos avem guidat vos tro a Çes Avelanes et nos no avem acuyndat vos; et semble que mal guardatz los husatges de Barcelona que comence : *Princeps namque quolibet* etc. Aço que deitz que sotz apareyllatz quens donetz les postatz de ço que tenitz per nos, axi com acostumat es, et no per fadiga de dret ni de servii, ben creem que devetz vos saber que costum es de Barcelona et usatge que, irat et pagat, deu hom donar postat a seynor et deu li hom donar per faliment de servii, lo qual faliment nos avetz feit, nos aven demanat vos aquel servii, per ço car l'usatge diu que en nuylla manera no deu hom contrastar a son seyner, lo qual usatge comença : *Potestatem etc.* et l'altre comença,........................,per que vos deim eus manam quens donetz la postat de totz.....................per nos, segons que jaus avem manat, que a donar................deu hom contrastar en nuyll cas et, puyx dada la postat, si a dret negu pot lo li allegar et qui postat se te contra voluntat de seynor gardat que i fa segons l'usatge, saben que si la postat nons donatz, segons que damont es dit, la honor de quens devets fer XXX cavalers, can ajam guerra et que nos no avem guerra ab negu, ben sabetz vos qu'en la nostra carta es contengut quens provescatz a fur d'Arago, can ajatz guerra et par be que ajam guerra pus ab (?) l'ostz anam per nostra terra. Encara quels richshomens d'Arago nos servexen la honor que tenen per nos, et, pus aquel fur tenietz, la honor atan be lans devetz servir. Aço que deitz que aquestes coses estavetz a dret o a coneguda de nostra cort, deim vos que ja ho volguem nos fer can eretz en Ager eus deiem queus isquessetz d'aqui et no o

volgues fer, et, pus lavora no o volgues fer, nons es semblant que araus en siam tengutz et no devem metre en coneguda vostres postatz ne vos o devetz dir, ans los nos devetz dar sens tot contrast. Datum Balagarii, VII° idus octobris anno Domini M°CC°LX°VIII°.

X. — *Lettre de Raimond, vicomte de Cardone, à Jacques Ier, roi d'Aragon.*

(Colonge, 12 octobre 1268.)

Al molt alt et honrat seyner en Jachme, per la gratia de Deu etc., de nos en R., per la gratia de Deu vezcomte de Cardona, salutz et eeser apareyllat al vostre servii. Fem vos saber, seyner, que vos tramesem a dir en les nostres letres que nos nous dariem postat per fadiga de dret ne de servii, per ço car noy ere la fadiga encara .... beira seyner .... dariem postatz per fadiga de dret ni de servii .... queus fariem queus farem dret o servii .... es devem pels feus que per vos tenim. Mes... dar vo .... atz que vos avetz donades simplament et ja avem manat, seyner, a nostres batles et a nostres castlans que les donem an Johan Periz Çabata, axi com vos o manas en les vostres letres et atorgam, seyner, l'usatge que vos allegas en les vostres letres, que anc no fo, seyner, vostre enteniment ni dec esser que nos vos tinguesem les postatz, mas volguem vos fer avinent (?) que no les vos davem per fadiga de dret ni de servii et voldriem, seyner, et pregarem que en tan be segisetz vos los usatges com nos los vos seguim ne vos seguirem. Esters, seyner, can deitz en la carta que entre vos et nos es contengut que nos vos servescam la honor que per vos tenim fur d'Arago, salva la vostra seynoria, sapiatz, seyner, que no ni parla caus, seyner, diu que nos laus serviscam en totes les guerres que vos ajatz enentar, caus deim, seyner, que ladons, cor vos nos demanas lo servii, que no avietz guerra ab negun hom et estarem ne, seyner, a coneguda de vostra cort sius avem falit lo servii, segons la tenor de la carta. Esters, seyner, can deitz..... que pendrer dret a coneguda de vos a Ager, sapiatz, seyner, que, salva la vostra sey-

noria, que no o volgues fer, segons que l'amat nostre G. de Castelauli dix a nos, quius en prega per nos et prega tota .... que presesetz dret a coneguda de vostra cort, la qual cosa........ fer. Encara, seyner, vos preferim que, exceptades les postatz, que no o metrem en dret ni en conven......que ans les vos avem manades dar queus......dret...........cort de totz........que ajatz de nos. Esters, seyner, can..................metem a Ager a contrast de vos, sapiatz................no oferem et au ....ans fem fer a la...............comtessa et als prohoms...............que vos fees ab els; et, can deitz, seyner, que nos vedasem la malafeita dels nostres homens a Ager, sapiatz, seyner, que si vedavem et........be mester que si no gran mal feren los nostres homens a Ager et a lur tort ques vengren requerre tro a les barreres. Esters, seyner, pregavem a la vostra senyoria que vos feesetz saber als homens de la vostra terra, axi com de locs et de........et d'altres locs, quins fan mal siu fan a voluntat de vos, que els dien que vostres letres de manament n'an audit, de la qual cosa nos nos maraveyllam, car ben sabetz vos que costum es et usatge es entre nos els richshomens et els cavalers de Cataluyna que vos no devetz fer mal a nos ni als altres richshomens ni cavalers de Cataluyna, pus nos ajatz acuyndat de XX, ni nos a vos, pus vos ajam acuydatz de XXX dies, et, per aquesta costum et usatge, avem vedat a nostres cavalers et a cascuns (?) homens que mal no fesen a ren del vostre; per queus pregam, seyner, quens fazats saber siu fan ab voluntat de vos, ni si voletz que la costum ni aquest usatge sie observat entre nos et vos; et nons o faietz a saber tendriem nos per dit que vos no voletz........l'usatge ni la costum et auriem nos axi a captener com........Datum apud Colonge, IIII idus octobris anno Domini M°CC°LX°VIII°.

XI. — *Lettre de Jacques Ier, roi d'Aragon, à Raimond, vicomte de Cardone.*

(Cervera, 13 octobre 1268.)

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum etc., nobili viro R. de Cardona. Fem vos saber que vehem vostres letres, les quals nos foren dades

en Cervera en . . . . vos nos avetz trames a dir per vostres letres . . . . postat per fadiga de dret et de servii per . . . . car nos . . . . et que eretz . . . . farietz dret . . . . davetz les postatz simplament. A la qual cosa en tal manera nos responem que ben sabetz vos que usatge es de Barcelona que hom pren postat simplament o per cases . . . . et nos demanam a vos les postatz per fadiga de servii et per les altres condicions en la carta queus tramesem partida per *a. b. c.* contengut es . . . et aço que vos demanam et demanam segons l'usatge et usança de Cataluyna et, can nos aurem reebudes les postatz, plau nos et volem que tot vostre ajatz salv, segons usatge de Barcelona et segons eser devietz; quant a fadiga de servii a les altres coses per que nos demanam les postatz et aço quens deitz quens pregatz que tambe vos seguisem los usatges com vos los nos seguitz, segons que deitz els nos seguirietz, ben sabetz vos que nos, totz tems, vos avem seguitz los usatges eus avem feit graties et aqueles axi que en algunes coses pogrem enantar contra vos, moltes de vegades, segons los usatges, queus enlexavem eus en faiem gracia . . . . avem feit en moltes coses contra nos, les quals no degretz . . . . segons los usatgues ans manifestament eren contrals usatges . . . . les coses serien longues de dir. Mas direm vos enades algunes, les quals manifestament nos avetz trencatz los usatges. La primera . . . . per vostra auctoritat et sens licencia nostra et atorgament, ... et justicies corporals en nostra terra en loc on hanc nuyll tems no i . . . . ques ni fo feit justicia . . . . l'usatge et . . . . altres . . . . richshomens et cavalers nostres de Cataluyna, la qual cosa fer no . . . . manifestament . . . . usatges de Barcelona qui commença : *Magnatibus vero videlicet : vicecomitibus, comitoribus etc.* Encara que avetz pres boatges en locs de religio et de cavalers et d'altres, on no(s) pendrel devietz, et aço avetz feit contra l'usatge, com negu no aja boatge en Cataluyna, sino comte de Barcelona. Encara que avetz trencat nostres guiatges et totes aquestes coses et altres que eren minua de nostra regalia et

de nostra seynoria avetz vos feites a nos contra l'usatge et regalia nostra manifestament et molt res altres, que no volem ara dir, les quals coses vos eretz tengut de guardar per l'usatge et per l'omanatge que a nos avetz feit, vos els vostres, totz coms qui sotz tengutz de guardar nostres membres et nostres dretures et nostres regalies, segons lo sagramental dels usatges. Aço que deitz que en la...... ....de la honor no diu que per fur d'Arago no degatz servir la honor..........can ajam guerra et que ladoncs no la aviem, ben sabetz vos que la guerra ans s'en apareylla hom de cavales et de vianda et de ço que obtz i a que la faça et nos no erem tengutz a vos de descobrir nostres......................que nos vos dixesem ab qui aviem a guerrejar ni ab qui..................vos degretz venir a nos ab vostra compayna al dia que................nat per seguir a nos et fer nostre manament si nos.............si no queus entornasetz; et can deitz que guerra no................vos quel dia de sent Michel, lo qual nos vos aviem assignat,.......... nos ab nostre....................a la.................nostres ....ontra nosa.......que aquels que vos.........avietz..................aliment............. tirave a nostra.....nda.........et prop nostra tenda tiraven ....no y sabem nos que major guerra poguesem aver que aquesta et levada la nostra persona major guerra nos no podiem aver, si no qui contradir volia nostres sentencies, que aitant volria dir com qui volria occupar nostra seynoria; et l'usatge de Barcelona diu que qui recusara lo juii del Princep que deu esser condempnat et perdre la persona et totz sos bens. Aço quens trameses a dir que nous eretz meses en Ager contra nos et que ans i avietz respost et que ans avietz feit fer a la comtessa et als homens aquel pleit que........................ab nos, maraveyllam nos de vos car aço deitz, que ben sabetz vos que nos vos aviem guiats de venir tro a Çes Avelanes, per parlar ab la comtessa et no per venir en Ager, et vos entrats vos en Ager contra nostre guiatge et a contrast de nos, que, can vos entras en Ager, la comtessa ja era din nostre poder ens avia feita carta que reebre ça paga, et sobraço venc a nos en la ost per pendre sa paga, regone-

xen lo be et la honor que nos li faiem et vos....................
conseyll moltes vegades en Ager et amonestas los homens que no feesen res que nos volguesem ni feesen nostre manament ni seguisen nostra senna, la qual cosa es contra usatge et nos tramesem vos a pregar et a manar queus exisetz d'Ager et que nous mesesets a contra de nos ni de nostres regallies nins torbasetz lo pleit quels homens d'Ager faien ab nos et vos donc nous en volgres exir ans respostes nons en donetz tro..............nostres ostz ne fosen ....atz, meinsprean nostre manament et nostra seynoria, et......................contra l'usatge de Barcelona qui comenza..........que vos fees fer lo pleit quels homens d'Ager feren ab nos, deim vos que ans o torbas aitant com pogues, segons que dit avem, et deietz als homens que la sentencia que nos aviem donada era mal donada et faietz obrar la vila contra nos, nos feen lo pleit ab els; et can deitz que vos vedas la mescla dels homens nostres et dels homens d'Ager et que i fo mester, cert es et manifesta cosa que, can vos sabes que nos deviem anar a Ager, que i mees en R. Roger ab compayna vostra, tambe de peu com de caval, et, el dia que la mescla fo, en R. Roger els vostres homens exiren a la mescla et nafraren nostres homens els escomeseren, nos avem guiat vos tro a Çes Avelanes, segons que jaus avem enviat a dir que vos no avetz acuyndat nos, per que par nos mes fora mester que no i fosetz que can i fos. Aço que deitz que nos nous tenim los XV dies fem o per ço car vos estat nostre vasal et nostra terra tinent per honor et per feu que....................et estant nostre natural nos avetz feit mal et cercat....................afiasetz et, veen nos en la tala d'Ager nons volgues ajudar ans nos noguers (?), et pus vos que sotz nostre vasal..........trenca.................rao que nos los vos tingam. Aço que deitz qu'en G. de Castelauli vos dix que nos no voliem pendre vostre dret.........si be que no es ....et en p................A. vengren a nos ens dixeren que vos............volietz fer dret a nos lur resposem tantost que auriem nostre acort ab nostres richshomens......
.....nostre............aver...............lu............present nostra.............nos serem apareyllatz de pendre vostre

dret ab que vos vos partisetz de nostra contraria et que no feesetz establiment de castels contra nos nins enbargasetz nostres regalies, aquels que avem et aver devem en Cataluyna, segons l'usatge, et els resposeren nos que de nuyla re no fermaven queus partisetz de nostra contraria ni que no establisetz castels contra nos, la qual cosa es vedada de tot vasal a seynor que no deu establir castels contra el; et, per aço que vos no volgues fer, desafiam vos et els reeberen nostre desfisament. Datum Cervarie, III° idus octobris anno Domini M°CC°LX°VIII°.

XII. — *Demandes adressées à Jacques Ier, roi d'Aragon, au nom de Roger-Bernard III, comte de Foix, et de Raimond, vicomte de Cardone, avec la réponse du dit roi.*

(Cervera, 19 octobre 1268.)

Quarto decimo kalendas novembris anno Domini M°CC°LX°VIII°, in Cervaria nobilis P. de Berga et abbas de Cardona et preponitus Solsone, ex parte nobilium Rogerii Bernardi, comitis Fuxensis, et Raimundi, vicecomitis Cardone, obtulerunt et tradiderunt domino Jacobo, Dei gratia regi Aragonum, quendam cedulam papiream scriptam, cujus tenor talis est :

Demane lo comte de Foix al seynor rey que deliure aquels locs qui te del comdat d'Urgel a Ermengau, fyll et hereu de Alvaro comte d'Urgel, zab enrere, et quel ne prene a hom. E, si aço no vol fer, demane jutges esser asignatz segons l'usatge de Barcelona, los quals entenguen sobrel feit desus dit. E sobre totes altres demandes quel dit comte et en R. de Cardona vu. . . . . .fer al seynor rey que sien esdevengudes depus quels acuyda a Ager tro al dia d'uy.

Diu lo seynor rey que, segons les paraules que enpreses eren entre el et en P. de Berga, el abat de Cardona, el preborde de Solsona, an camiat lo comte de Foix et en R. de Cardona tot lo feit axi . . . . . .el comte de Foix et en R. de Cardona perferien. . . . .
. . . . .demanaven jutges sobre totz los clams que fer porrien a el et que aço fermasen et assegurasen, et, ja sie quel rey no i fos tengut. .

. . . . .endre. . . . .
. . . . .demanda quel comte de Foix li fa, ço es asaber que redes an Ermengou ço que ten del comdat d'Urgel et quel ne preses a home, que non es tengut de respondre al comte de Foix sobre aquel feit, car no es tudor aquel comte ni a loc d'en Ermengou et, can el o fos, ço que no es, el rey no ten lo comdat, quels marmesos lo tenen per sentencia del rey, per pagar los tortz et les injuries e les lexes del comte, segons lo testament del dit comte; a les quatre coses respon lo seynor rey que es aparayllat de pendre firma del comte de Foix et d'en R. de Cardona et de pendre lur dret de totz clams quel rey aje d'els et de fer dret a els de totz clams que fer puschen d'el et de donar los jutges no sospitosos sobre aqueles coses que el jutgar no pusche. Actum est in Cervaria, XIIII° kalendas novembris anno Domini M°CC°LX° octavo.

XIII. — *Réponse de Roger-Bernard III, comte de Foix, et de Raimond, vicomte de Cardone, au roi d'Aragon.*

(Tarrega, 20 octobre 1268.)

A les paraules quel seynor rey a dites et al seu escrit respon lo comte de Foix et en R. de Cardona que, quan lo seynor rey ere davant. . . . . .et acuyda els que els trameses eren al seynor rey en Ponç A. et en G. de Castelauli los quals perferiren a el quel comte de Foix et en R. de Cardona farien dret a el el fermarien, axi com costum es de Cataluyna, la qual cosa lo seynor rey no volc pendre et sobraço enpara a els rendes et pres postatz et d'altres dons donatz et per ço car açons fo contra dret et sobre perferta de . . . . .per ço car el no devia a els negun don donar ni emparar re del lur, pus que no li volien fer dret, pregue. . . . . comte de Foix et en R. de Cardona lo seynor rey que. . . .les restituisque tot lo donat et tot ço quels a enparat a els et als lurs, per ço car els tota hora foren apareyllats de fer dret a el et seguir, segons costum de Cataluyna, el usatge de Barcelona. Actum est hoc in Tarrega, XIII° kalendas novembris anno Domini M°CC°LX° octavo.

XIV. — *Du roi d'Aragon aux mêmes.*

(Cervera, 20 octobre [1268].)

Ja sie ço que la resposta quel seynor rey sia soficient et abastant et la resposta feita al dit escrit per lo comte de Foix et en R. de Cardona et de pendre lur dret de totz clams quel seynor rey aja d'els et de fer dret a els de totz clams que els puyxen fer al seynor rey et de donar los jutges no sospitosos en ço que el no puscha jutgar. Datum Cervaria, XIII° kalendas novembris.

XV. — *Lettre de Roger-Bernard III, comte de Foix, et de Raimond, vicomte de Cardone, à Jacques Ier, roi d'Aragon.*

(Tarrega, 21 octobre 1268.)

Al noble et molt honrat seynor en Jachme, per la gracia de Deu rey d'Arago etc., de nos en Roger Bernat, per la gracia de Deu comte de Foix et vescomte de Castelbo, et d'en R. de Cardona, vezcomte de Cardona, salutz et deguda seynoria per totz temps. Saber fem a vos, seyner, ja sie ço quels escritz que vos nos avetz tramesses no sien bastantz, vos responem a aquels bastantment tota hora perfiren dret a vos. Encara, seyner, deim a vos et perferim que, si clams avetz de nos, que som apareyllatz queus façam dret axi com degam. Datum in Tarrega, XII° kalendas novembris anno Domini M°CC°LX°VIII°.

XVI. — *Lettre de Jacques Ier, roi d'Aragon, à Roger-Bernard III, comte de Foix, et à Raimond, vicomte de Cardone.*

(Cervera, 21 octobre [1268].)

Jacobus Dei gratia, rex Aragonum etc., comiti Fuxensi et R. de Cardona. Fem vos saber que vim vostra letra en la qual era contengut que, ja fos que los scritz que nos vos aviem trameses no resposen al sentiment, que vos responietz a aquels bastantment tota hora, perfiren dret, et encara que eretz apareyllatz quens feesetz dret;

on responem a vos en tal manera que, en los escritz que nos vos avem trameses, avems respost bastantment, segons l'usatge....... dret, et encara, altra vegada, vos resposem que som apareyllatz de pendre ferma de dret de vos et de reebre dret de vos aseguram nos. Datum Cervarie, XII° kalendas novembris.

(*Transcr. anc.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales* de Jacques Ier, n° 47 [1].)

52

CERVERA, 26 OCTOBRE 1268

Jacques Ier, roi d'Aragon, donne quittance aux Juifs de Barcelone, de Villafranca et de Tarragone de diverses sommes qu'ils lui devaient et reconnaît, en outre, avoir reçu d'eux, à titre de prêt, 10.000 sous pour subvenir aux frais de la guerre dans laquelle il se trouve engagé avec Roger-Bernard III, comte de Foix, et Raimond, vicomte de Cardone.

Per nos [2] et nostros recognoscimus et confirmamus (?) vobis alyamis judeorum Barchinone et Villefranche Penitensis et Terrachone ac universis aliis ad rationem vestrum spectantibus et vobis ....dietini et Bonjues Salamoni et Samueli Cap, judeis Barchinone, nobis missis ab alyamis predictorum locorum, quod venistis modo in Cervaria nobiscum ad rectum, bonum et legale compotum super tota questia sive tributo quinque annorum et dimidii proxime preteritorum, de quo nobiscum computare debebatis, quod quidem nobis dare et solvere debuistis ab anno scilicet Domini M°CC°LX° tercio usque in primum venturum festum Natalis Domini, quod tributum predictorum quinque annorum et dimidii est viginti et unus mille et ducentorum et quinquaginta solidorum barchinonensium quolibet anno; et sic tributum predictorum quinque annorum et dimidii ascendit ad summam centum et sexde-

1. Numéro provisoire, le classement de la collection n'étant pas achevé.
2. Dans une autre pièce, sur le recto : Nos Jacobus et cetera.

cim millium et octingentorum septuaginta et quinque solidorum barchinonensium inter totum, non computato tributo sive questia quod vel quam in primo venturo festo Natalis Domini nobis solvere teneamini atque dare. Reddidistis et nobis bonum, rectum et legale compotum, super datis et solutionibus omnibus per vos de mandato nostro factis nobis ipsis, de debitis que vobis debebamus cum albaranis nostris, quos a vobis habuimus et recuperavimus vel quibuslibet aliis personis pro nobis et de mandato nostro eciam factis usque in hunc presentem diem, qualibet ratione. Que date et solutiones debitorum predictorum ascendunt, inter omnia, ad summam centum et triginta et quatuor m[i]llium et quingentorum sexaginta et septem solidorum barchinonensium, quorum quidem debitorum albaranos a vobis recuperavimus et habuimus. Et quia de computo predicto et de tributo predictorum quinque annorum et dimidii vestri bene paccati sumus ad totam nostram voluntatem, renunciantes exceptioni non redditi computi et non recepti seu non soluti tributi predicti, facimus predictis vobis et vestris semper bonum finem et pactum de non petendo; ita scilicet quod non teneamini de cetero, vos vel vestri successores, nobiscum vel cum nostris iterum computare nec ullam reddere rationem, sed sitis inde, vos et vestri, cum omnibus bonis vestris, habitis et habendis, liberi et penitus perpetuo absoluti, sicut melius et utilius dici, scribi et intelligi potest ad vestrum et vestrorum bonum et sincerum intellectum; renunciantes scienter errori calculi et omni alii juri pro nobis in predictis facienti. Et est certum quod, coequato toto tributo temporis supradicti cum datis et solutionibus omnibus predictis quas vos pro nobis fecistis usque hodie, ut superius continetur, remanet quod debemus tornare vobis alyamis predictis, decem et septem millia et sexcentos et nonaginta solidos barchinonensis monete ternalis, inter omnia que vobis usque in hunc presentem diem, debuimus et solvistis pro nobis, cum albaranis vel sine albaranis, qualibet ratione. Debemus etiam vobis decem millia solidorum barchinonensis monete ternalis, quos nobis modo impresenti guerra quam habemus cum comite Fuxensi et R° de Cardona mutuastis nobis, de quibus vestri bene paccati sumus nostre voluntati, renunciantes exceptioni non

numerate peccunie et doli .... Datum Cervarie, VII kalendas novembris, anno Domini M°CC°LX° octavo.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 15, f° 124 v°.)

53

27 JANVIER 1269 (n. st.)

Traité d'alliance conclu entre Roger-Bernard III, comte de Foix, Raimond, vicomte de Cardone, Arnaud-Roger, comte de Paillars, etc., et Pierre, infant d'Aragon.

Hoc est translatum a suo originali fideliter sumtum, cujus tenor talis est :

Noverint universi quod nos Rogerius Bernardi, comes Fuxensis et vicecomes Castriboni, et Raimundus, vicecomes Cardone, et Arnaldus Rotgerii, comes Pallariensis, Petrus de Berga, Berengarius de Cardona, et Raimundus Rogerii, quisque nostrum in solidum, per nos et omnes successores nostros et etiam amicos et homines nostros, promitimus et convenimus in bona fide et bona legalitate nostra et sub omagiis et juramentis que jam fecimus vobis domino infanti Petro, exellentissimo filio illustris domini regis Aragonum, quod faciemus et exequemur mandatum vestrum et voluntatem vestram et deffendemus vos et heredem vestrum, quem, post obitum vestrum, concedimus in dominum nostrum, et tenemus et deffendemus etiam omnia jura vestra et regaliam vestram et specialiter domnam Constanciam, uxorem vestram, in jure suo. Et hec omnia promitimus attendere et complere sub omagio quod nos et quisque nostrum vobis domino infanti Petro jam fecimus, secundum usaticum Barchinone; et facimus inde nos et quemque nostrum vasallos vestros. Promitimus etiam vobis, excellentissimo domino infanti Petro predicto, mitere et ponere in istis convenientiis, promissionibus omagii ac juramentis omnes de parentela nostro (*sic*), illos tamen quos poterimus, sub condicione tamen et forma predictis.

Item promitimus nos et quisque nostrum in solidum, per nos et

omnes successores nostros, valere de gerra vobis, domino infanti Petro predicto, et vestris successoribus et juvare vos et vestros, salva tamen in predictis omnibus et singulis fide et dominio domini regis, patris vestri. Ad majorem inde omnium predictorum et singulorum securitatem renunciamus omni excepcioni, tam juris quam facti, et omni usatico et consuetudini et omni alii juris auxilio, tam canonico quam civili, scripto et non scripto, nobis vel alicui nostrum competenti vel competituro tactisque a nobis et ab utroque nostrum, propriis manibus nostris, sanctis quatuor evvangeliis et cru+ce Domini, juramus predicta omnia et singula atendere et complere et in aliquo non contravenire. Sic nos et unumquemque nostrum Deus adjuvet et hec sancta Dei evvangelia et crux Domini, coram nobis posita.

Versa vice, nos infans Petrus, domini illustris regis Aragonum filius, recipientes vos omnes nobiles predictos et unumquemque vestrum in vassallos nostros, promitimus, per nos et nostros, vos et vestros deffendere, juvare ac manutenere et omnia alodia vestra et feuda vestra et franquesias vestras omnes et omnia bona vestra, consuetudines, usaticos et usus vestros, sicut vos et antecessores vestri unquam hoc melius habuistis et tenuistis. Item promitimus ac convenimus nos infans P., predictus, vobis Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni, quod, si forte contingerit vos habere guerram cum rege Francie vel cum aliis quibuslibet personis de terra vestra ultra portus, et, si aliquis vel aliquid de terra et dominio nostro contra vos vel vestros venerint, illud erit nobis grave et ille vel illi qui hoc facere attemptaverint erunt (*sic*) et incurrent iram et indignacionem nostram. Immo volumus et concedimus quod per totam terram nostram vos et vestri possitis ire, exire, intrare et stare salve et secure et pertreitum (*sic*) inde habere, et omnes nobiles nostri vel alii qui vobis vel vestris valere voluerint a nobis inde amorem et gratum habebunt. Hec quidem omnia predicta et singula promitimus nos, infans Petrus predictus, vobis, Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni, Raimundo, vicecomiti Cardone, Arnaldo Rotgerii, comiti Pallariensi, Petro de Berga, Berengario de Cardona et Raimundo Rogerii nobilibus pre-

dictis et unicuique vestrum et vestris, prout superius expressa sunt et notata, attendere, complere et observare sub fide et pena omagii. Et hoc juramus ad sancta Dei evvangelia, a nobis corporaliter propria manu nostra tacta, renunciantes expresse omni exceptioni, tam juris quam facti, et omni consuetudini et usatico et omni juris beneficio, tam canonico quam civili, scripto et non scripto nobis vel nostris competenti vel competituro. Actum est hoc sexto kalendas febroarii, anno incarnacionis Christi MCCLX octavo. S+num Rogerii Bernardi, comitis Fuxensis et vicecomitis Castriboni. S+num Raimundi, vicecomitis Cardone. S+num Arnaldi Rotgerii, comitis Pallariensis. S+num Petri de Berga. S+num Berengarii de Cardona. S+num Raimundi Rogerii, juratorum predictorum. S+num domini infantis P., illustris domini regis Aragonum filii, jurati predicti qui hoc concedimus et firmamus firmarique rogamus. S+num Guilaberti de Cruillis. S+num Guillelmi de Castro Aulino. S+num Berengarii Guinardi, archidiaconi Urgellensis. S+num Periconi, scriptoris dicti domini infantis. Sig(s. m.)num mei Salvatoris de Bajona, notarii publici Illerdensis, qui, de mandato Petri de Solerio, notarii publici ejusdem loci, hec scripsi cum supraposito in secunda linea ubi dicitur : *fecimus*. Sig(s. m.)num Petri de Solerio, notarii publici Illerdensis, qui hoc scribi feci.

(*Transcr. anc.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques Ier, n° 1959.)

54

LÉRIDA, 11 MAI 1269

Jacques Ier, roi d'Aragon, cède à Roger-Bernard III, comte de Foix, tous les droits sur le vicomté de Castelbon et autres terres d'Arnaud de Castelbon et d'Ermessende, sa fille, qui lui reviennent à raison du crime d'hérésie dont ceux-ci sont accusés.

Per [1] nos et per omnes nostros presentes et futuros cum hoc presenti publico instrumento, imperpetuum valituro, remitimus et

1. Au f° 163 : Nos Jacobus et cetera.

donamus et indulgemus atque concedimus vobis Rotgerio Bernardi, Dei gratia comiti Focxensi et viceco[m]iti Castriboni, et vestris et quibus volueritis, ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas, quicquid juris nos habemus et habere debemus in vicecomitatu Castrisboni (*sic*) ac in omnibus villis, castris, locis et aliis bonis omnibus que fuerunt nobilis viri A. de Castrobono, quondam, et Ermesendis, filie sue, racione criminis heretice pravitatis a predictis A. de Castrobono et Er., filie ejus, quocumque modo comissi. Quam remissionem, donationem sive indulgenciam de predictis omnibus ex certa scientia vobis facimus integre, sine omni nostro nostrorumque retentu, ita etiam quod si, in posterum, contingerit predictos A. de Castrobono et Er., filiam ejus, licet defuntos, per aliquem judicem vel judices eclesiasticos, ordinarios vel delegatos aut subdelegatos vel etiam alio quolibet modo, racione criminis heresis, sententialiter comdempnari per ea que jam inventa sunt vel probata aut in futurum inveniri poterunt vel probari contra ipsos vel bona que fuerunt ipsorum, vos et vestri non possitis a nobis vel a nostris inquietari vel molestari vel aliquatinus conveniri in judicio vel extra judicium vel alio quovis modo, racione predicti vicecomitatus et aliorum predictorum omnium bonorum que fuerunt A. de Castrobono et Er., filie ejus, predictorum, que quidem bona et vicecomitatus predictus ad vos et antecessores vestros, post mortem ipsorum, pervenerunt ; immo ipsa omnia bona que in toto vicecomitatu predicto habeatis vos et vestri, ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo faciendas, ex nostra speciali dona[tione], concessione ac remissione quam vobis ex certa sciencia facimus, ut dictum est, de liberalitate nostra ac gracia speciali, quantum, ad jus quod, racione dicti criminis heretice pravitatis, in ipsis habemus et habere debemus, dantes et cedentes vobis et vestris omnes acciones reales et personales, mixtas, utiles et directas et jura omnia nobis in predictis bonis dictorum defunctorum que ad vos, ut dictum est, pervenerunt, nobis nunc competencia vel in futurum aliquo modo competitura, racione heretice pravitatis, ut superius continetur, constituentes etiam inde vos et vestros in rem vestram procuratores et facientes vobis et vestris in presenti, ex causa

transactionis, finem perpetuam et pactum de non petendo aliquid aliquo tempore in predictis, racione criminis memorati, ut superius est expressum. Et, pro predicta donacione, remissione, indulgencia ac concessione, habuimus et accepimus a vobis, ex causa transactionis, quadraginta quinque milia solidorum barchinonensium de terno, de quibus pro paccatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate ; et si predicta donacio, remisio ac indulgencia plus valet precio supradicto vel in posterum valere appareret, illud gratis, consulte et ex certa sciencia quicquid augmentum sit vel fuerit vobis et vestris damus, remitimus et perpetuo relaxamus, renunciantes scienter beneficio minoris precii et illi legi qua juvantur qui ultra dimidiam sunt decepti et etiam illi legi que dicit donacionem posse ex causa ingratitudinis revocari et exceptioni doli et omni alii accioni et exceptioni cujuslibet juris, tam canonici quam civilis, per quos vel per que possemus, nunc vel in posterum, contra predicta venire. Propter hanc autem remissionem, difinitionem et absolutionem non intelligimus vobis difinire potestatem quam in predictis habemus nec aliquod jus quod ibidem habemus vel habere debemus aliis quibuslibet racionibus, nisi tamen jus quod in ipsis habemus et habere debemus, racione criminis heretice pravitatis predicte; et, in signum perenne firmitatis, presentem cartam bulla nostra pendenti [sigillari fecimus. Datum Ilerde [1]] quinto idus madii, anno Domini millesimo CC°LX° nono.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 16, f° 163 v°.)

---

1. Dans le registre, la pièce qui précède ce document et celle qui le suit sont datées de Lérida.

55

BARCELONE, 16 AOUT 1269

Pierre, infant d'Aragon, est choisi comme arbitre par Jacques Ier, roi d'Aragon, d'une part, Roger-Bernard III, comte de Foix, et Raimond, vicomte de Cardone, d'autre part, celui-ci traitant en son nom et en celui d'Arnaud-Roger, comte de Paillars, pour prononcer sur les contestations et la guerre qui s'étaient élevées entre eux, à la suite d'un premier compromis.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, ex una parte, et nos Rotgerius Bernardi, Dei gracia comes Foxensis et vicecomes Castroboni (*sic*), Raimundus, vicecomes Cardone, pro nobis et pro Arnaldo Rotgerio, comite de Paylars, ex altera, compromitimus in vos infantem Petrum, filium domini regis, tanquam in arbitrum et arbitratorem a nobis comuniter electum, sub pena decem milium morabotinorum ab utraque parte vobis promissa, quod stabimus dicto, scentencie vel cognicioni vestre, super omnibus peticionibus et questionibus quas nos Jacobus, rex antedictus, fecimus contra vos Rotgerium Bernardi, Raimundum de Cardona et contra Arnaldum Rotgerium, comittem de Paylars, vel nos fecimus contra vos dominum regem, coram vobis infante Petro, racione primi compromissi, per quas peticiones et questiones presens guerra erat inter nos, de qua nunc sunt treuge. Et pro hiis nos Jacobus, rex predictus, obligamus et tornamus, pro pignoribus decem milium morabotinorum, castra et villas de Timor, de Sancto Antonino et de Pallarol. Et nos supradicti Rotger Bernardi, comes Foxensis, R., vicecomes de Cardona, pro nobis et comite de Paylars, tornamus et obligamus, pro pignoribus decem milium morabotinorum, castrum de Torrogia et castrum de Arbecha. Et volumus et convenimus inter nos quod dicte questiones sint determinate per vos dictum infantem P. usque ad

quindecim dies post proximum venturum festum sancti Michaelis. Et processus habitus coram vobis, racione primi compromissi, valeat in hoc compromisso, secundum quod valebat et valere poterat, si dies predicti primi compromissi finita non est; que questiones sint determinate per vos infra dictum tempus, sive partes fundaverint intencionem suam sive non. Et quod quelibet pars producat testes quos producere voluerit hinc usque ad octavam diem ante dictum festum sancti Michaelis.

Et nos infans Petrus, recipientes in nos dictum compromissum, promitimus determinare et diffinire predictas questiones usque ad predictum tempus et renunciamus fevis (?). Datum Barchinone, septimo decimo kalendas septembris, anno Domini M°CC°LX° nono. S + num Rotgerii Bernardi, comitis Foxensis et vicecomitis Castriboni. S + num Raimundi, vicecomitis Cardone, qui, pro nobis et pro Arnaldo Rotgerio, comite de Paylars, predicta laudamus, concedimus et firmamus.

Signum + Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Majoricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani, qui predicta laudamus, concedimus et firmamus in manu et posse prescripti tabellionis.

Testes sunt : P. de Berga, Gaucerandus de Pinos, A., Dei gracia episcopus Barchinone, Berengarius de Entença, R. de Urgio, Geraldus, Dei gracia vicecomes Caprarie, R. de Guardia.

Signum (s. m.) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui, mandato domini regis et predictorum Rotgerii Bernardi, comitis Foxensis, et Raimundi, vicecomitis Cardone, hec scribi fecit et clausit die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques Ier, n° 1989.)

56

CHAPITRE DES FRÈRES PRÊCHEURS DE BARCELONE, 2 NOVEMBRE 1269

Frère Pierre de Cadreyta et Frère Guillaume de Colonico, inquisiteurs délégués du Saint-Siège, déclarent hérétique Ermessende de Castelbon et ordonnent l'exhumation de ses cendres.

Cum in pluribus inquisitionum processibus, tam per ordinarios diversos quam etiam auctoritate Sedis apostolice, factis in Cathalonia, super crimine heretice pravitatis, reperiretur quod Ermessendis, filia quondam Arnaldi, vicecomitis Castriboni, comitissa Fuxensis, fuit valde culpabilis in predicto crimine et de hoc etiam validus clamor esset, nos frater Petrus de Caderita et frater Guillelmus de Colonico, inquissitores auctoritate Sedis predicte dati super preffato crimine, citavimus pluries nobilem virum Rogerium Bernardi, comitem Fuxensem, successorem predicte Ermessendis, comitisse, in vicecomitatu de Castrobono, eidem multos dies super hoc assignando ut deffenderet, si vellet et posset, predictam Ermessendem, comitissam, de crimine supradicto. Qui quidem comes, licet multocies, nunc per se nunc per diversos proccuratores, propter hoc coram nobis comparuisset et petivisset translatum testium publicatorum, per quos predicta Ermessendis, comitissa, in dicto crimine culpabilis apparebat, nunquam tamen contra ipsos testes, quorum copia fuit sibi facta, quos tamen ipse recipere noluit, aut contra dictos processus fuit ab ipso aliquid propositum aut objectum, quamvis frequentes dilationes et gratiam super differenda sententia, quam nos volebamus profferre, cum multa instantia postulasset, diebus tam peremtorio quam etiam de gratia post peremtorium sibi super hiis pluribus assignatis; sane ipso in tali duritia seu negligentia persistente ut nec sententiam audire nec aliquid rationabile curaret proponere, immo appelationem frivolam, cum jam sententia immineret ferenda, per suum proccuratorem interposuit, quia non dabatur ei dilatio pro advocato, quamvis alie dilationes

pro advocato fuissent concesse, ut hec omnia plenius in actis patent; tandem adhuch, ex abundanti et multa gratia, fuit alia dilatio, sicut petebatur, sibi data, et dies apud Barchinonam assignata ad sententiam profferendam; in qua, sicut nec in precedentibus nec aliquid proponere, immo et nec per se nec per proccuratorem comparere curavit, per duos aut tres dies continuos expectatus. Ideoque nos inquissitores predicti, examinatis diligenter predictis testibus et processibus et habito consilio et deliberatione cum diversis sapientibus et religiosis viris, requissito etiam consilio domini Aprilis, Dei gratia episcopi Urgellensis, quia constat nobis per multos testes predictam Ermessendem, comitissam, fautricem, deffensatricem ac receptraticem hereticorum fuisse et etiam pluries hereticos adorasse et diversa benefitia eis fecisse ac multos herrores hereticos seminasse et insuper in infirmitate qua decessit per diversos hereticos vissitatam fuisse; probatur etiam, per plures testes, quod plures perfecti heretici suis credentibus retulerunt quod eadem comitissa in manibus perfectorum hereticorum decessit, quod etiam per famam publicam et argumenta vehementia confirmatur, predictam Ermessendem, comitissam, auctoritate Sedis apostolice qua fungimur in hac parte, hereticam fuisse et decessisse sententialiter judicamus et sicut hereticam condempnamus, pronunciando insuper ut ossa ipsius, si discerni poterunt, exhumentur et procul de cimiterio fidelium ejiciantur. Lata est hec sententia, IIII° nonas novembris, anno Domini millessimo ducentessimo sexagessimo nono, in capitulo fratrum predicatorum Barchinonensium, presentibus priore Sante Marie de Monte Serrato, fratre A. Segarre, fratre P. de Santopontio, fratre P. de Santa Pace et pluribus aliis fratribus predicatoribus et civibus Barchinonensibus, videlicet : G. de Monte Judayco et Bernardo Durfort, consulibus Barchinonensibus, et Jacobo Grumi, Pontio de Alest et Bernardo Burgeti et multis aliis civibus civitatis Barchinone. Ego frater P. de Caderita, predictus, subscribo; ego frater Guillelmus de Colonico, predictus, subscribo +.

(*Copie*. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 2, n° 70.)

57

VALENCE, 9 NOVEMBRE 1270

Jacques Ier, roi d'Aragon, ordonne à Raimond, vicomte de Cardone, de se préparer à venir lui rendre le service militaire, en raisons d'affaires importantes dont il ne peut l'informer présentement.

Anno Domini millesimo CC° septuagesimo, V° idus novembris misit dominus rex litteras inferius scriptas nobilibus et militibus Aragonie et Catalonie inferius scriptis sub hac forma :

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum et cetera, viro nobili et dilecto R., vicecomiti Cardone, salutem et dilectionem. Noveritis quod nos habemus facere quedam magna negocia in quibus vos necessarium habemus, que vobis significare non possumus in presenti. Quare vobis dicimus et mandamus quatinus, visis presentibus, preparetis vos cum militibus et armis ac apparamentis vestris et ipsorum, paratus servire nobis feudum et honorem quem a nobis tenetis, ut in proximo venturo festo paschatis resurrectionis Domini sitis nobiscum, ubicumque nos fuerimus; et nos interim significabimus vobis locum ubi nobiscum esse debeatis dicta die. Et hoc aliquatenus non mutetis nec differatis, aliqquin (*sic*) sciatis quod, cum pluries vobis pepercerimus super servicio predicto, quod, requisiti a nobis, prout tenebamini non fecistis, nisi predicta die nobiscum fueritis, ut dictum est, procedemus contra vos, prout fuerit faciendum, et nobiscum nullam gratiam inde poteritis invenire. Datum Valencie, V° idus novembris anno Domini M°CC° septuagesimo.

Ces lettres sont portées à un grand nombre de seigneurs et entre autres à :

Dompno Petro, filio domini regis : h[onorem].
et dompno Jacobo, fratri suo : h[onorem].
Gastono, vicecomiti Bearne : f[eudum].

. . . .

Istas litteras tulit G. Andree, trotarius de vicaria Rossilionis, et debet ei dare vestes A. de Boscho.

Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi : f[eudum].

. . . .

A. de Lordano : f[eudum].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 18, f°s 13v° — 14r°.)

58

EXEA, 1er MARS 1272 (n. st.)

Jacques Ier, roi d'Aragon, ordonne au comte de Paillars de se trouver à Lérida à la prochaine mi-carême, pour assister aux cortès qui doivent s'y tenir, et il lui enjoint expressément de ne prêter aucun secours au comte de Foix contre le roi de France.

Kalendas m[ar]tii anno Domini M°CC°LXX° primo mandavit dominus rex curiam apud Ilerdam ce[le]brandam, in medio proxime venture qu[a]dragesime, richishominibus infrascriptis et mandavit eis quod non juvarent comitem Fuxensem contra illustrem r[egem] Francie sub hac forma :

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum et cetera, nobili viro comiti de Payllar[s] salutem et dilectionem. Noveritis quod nos volumus celebrare [c]uriam in Ilerda pro aliquibus ma[gn]is negociis de quibus volumus loqui vobiscum et cum [a]liis baronibus et hominibus terre nostre. Quare mandam[us] vobis atque rogamus quatinus, in medio instantis quadragesime, sitis nobiscum in Ilerd[a]. Et hoc non mutetis nec differatis aliqua ratione. Sciatis etiam nos intellexisse quod comes Fuxensis misit vos rogare ut eatis juvare ipsum contra illustrem regem Francie. Quare mandamus vobis et firmiter inibemus quatinus ipsum comitem non juvetis contra dictum regem Francie, pro eo quia dictus rex habet tantum nobiscum quod nolumus ut aliquis de terra nostra faciat ei malum vel terre sue. Alioquin sciatis quod displiceret nobis multum et acciperemus illud ita

acsi illud contra nos faceretis. Datum Exee kalendas marcii, anno Domini M°CC°LXX° primo [1].

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 18, f° 89 v°.)

59

AGDE, 17 SEPTEMBRE 1272

Jacques Ier, roi d'Aragon, défend à Raimond, vicomte de Cardone, de remettre à Roger-Bernard III, comte de Foix, les châteaux de Lordat, de Montréal et autres dont il revendique la suzeraineté.

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, [Maj]oricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, viro nobili et dilecto R. de Cardona s[alutem] et dilectionem. Noveritis nos intellexisse quod comes Fuxensis mittit ad vos Bernardum de Sancto Romano, scutiferum suum, et post eum nobilem Geraldum de Armaynacho, cum litteris et signis ut castra feudi nostri de Lordato, de Monteregali et alia, que dictus comes pro nobis tenet et vos nunc tenetis, reddatis et restituatis eidem et cui voluerit, loco sui. Unde cum, prout scitis, dicta castra de nostro feudo sint et pro nobis teneantur, mandamus vobis firmiter, sub pena gratie nostre et amoris et omnium etiam qui in terra nostra habetis, dicta castra dicto comiti non tradatis nec etiam alicui alii, set ea ad opus nostri bene et fideliter custodiatis et deffendatis, prout facere tenemini et debetis. Alioquin sciatis quod omnia bona vestra vobis emparabimus et auferemus et contra personam vestram procedemus nichilominus, in quantum poterimus, sicut contra illum qui castra sui domini tradit contra voluntatem ipsius. Datum in Acde, XV° kalendas octobris anno Domini M°CC°LXX° secundo.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 21, f° 138v°.)

---

1. Pareille lettre est envoyée notamment à Gaston, vicomte de Béarn, et à Géraud, vicomte de Cabrera.

60

MONTPELLIER, 25 OCTOBRE 1272

Jacques Ier, roi d'Aragon, refuse à Roger-Bernard III, comte de Foix, de lui rendre les châteaux de Lordat, Montréal et autres qui dépendent de sa couronne.

Jacobus, Dei gratia et cetera, viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, g[rati]a eadem comiti Fuxensi, salutem et di[lectionem]. [Vid]imus Bernardum de Sancto Romano, scutiferum vestrum, quem ad nos misistis super facto castrorum de Lordato, de Monteregali et aliorum que pro nobis vos tenetis et tenere debetis, et nunc tenet nobilis R. de Cardona pro nobis ; et ea que ipse, ex parte vestra, nobis dixit intelleximus diligenter, et miramur multum de vobis quia dictum Bernardum super hoc ad nos misistis, quoniam scitis vos quod dicta castra sunt de feudo nostro et pro nobis in feudum tenentur. Quare significamus vobis quod ea vobis non restituemus nec alicui alii per quem ad aliam posset dominationem pervenire, quia nolumus dominationem nostram diminuere set pocius autmentare. Preterea non credimus quod illustris rex Francie, propter hoc, vos agravet in aliquo nec velit injuriari nobis in nostro nec vobis in vestro, maxime cum nos, pro facto vestro, mitamus ad eum nostros nobiles nuncios et solempnes. Datum in Montispessulano VIII° kalendas novembris, anno Domini M°CC°LXX° secundo.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 21, f° 139.)

61

MONTPELLIER, 25 OCTOBRE 1272

Jacques Ier, roi d'Aragon, signifie à Gaston, vicomte de Béarn, son refus de rendre les châteaux du comté de Foix, qu'il tient en son pouvoir, d'autant qu'il est fort mécontent des procédés du comte de Foix à son égard.

Jacobus, Dei gratia et cetera, viro nobili et dilecto Gastoni, Dei gratia vicecomiti Bearnensi et domino Montiscatheni et Castriveteris, salutem et dilectionem. Noveritis nos vidisse litteras vestras quas nobis misistis per Bernardo (*sic*) de Sancto Romano, scutiferum comitis Fuxensis, quem idem comes ad nos misit ; et tam tenorem litterarum vestrarum quam ea que dictus Bernardus, ex parte vestra, nobis duxit (*sic*) intelleximus diligenter; et sciatis quod miramur multum de vobis quia vos de talibus nos rogastis videlicet ut castra nostri feudi que pro nobis tenentur tradamus et tradi faciamus ad manus alterius dominationis. Nam significamus vobis pro certo quod, si sciremus certissime quod rex Francie de dicto comite faceret fieri justiciam corporalem, nisi dicta castra sibi restituerentur, ipsum et duos alios comites, ei consimiles, antea justiciari permitteremus quam dicta castra faceremus restitui ullo modo. Sciatis preterea quia fuimus plurimum dispaccati quia idem comes misit omnia signa que potuit dicere ut castra predicta possent a nobis aufferre, et non videretur suum quia vellet exheredare dominum suum, modo predicto, nec vos in hoc consentire debuissetis, si vobis............sset et inspexissetis debitum quo nobis tenemini. Datum in Montispessulano, VIII° kalendas novembris, anno Domini M°CC°LX°X[1] secundo.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 21, f° 138 v°.)

---

1. Dans le texte un X a été oublié.

62

MONTPELLIER, 27 OCTOBRE 1272

Jacques Ier, roi d'Aragon, remercie Raimond, vicomte de Cardone, d'avoir résisté aux instances qu'avait faites auprès de lui Roger-Bernard III, comte de Foix, pour le déterminer à remettre au roi de France les châteaux du comté de Foix qu'il tient en sa garde.

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, viro nobili et dilecto R. de Cardona salutem et dilectionem. Noveritis nos vidisse Jacobum de Clareto, capellanum vestrum, quem ad nos misistis cum litteris vestris credentie, qui, ex parte vestra, nobis dixit qualiter comes Fuxensis ad vos suos nuncios miserat et rogaverat vos ut castra que pro nobis in ipso comitatu tenetis redderetis et restitueretis regi Francie; et responsum nobis retulit quod eis dedistis. Quo intellecto, sic vobis presentibus respondemus quod regraciamur vobis multum quia taliter eisdem respondistis; et videtur bene vestrum et de fide nostra et naturalitate quam nobiscum habetis illud processisse; et si aliter respondissetis non fuisset vestrum, quoniam bene scitis vos quod nos posuimus vobiscum quod, pro facto dicti comitis, ad regem Francie nostros sollempnes et honorabiles nuntios mittemus, quod quidem facimus, quoniam nos mittimus modo, pro dicto facto, ad ipsum regem venerabiles episcopum Barchinone, fratrem A. de Castronovo, magistrum Templi, et G. de Castronovo, fratrem ejus. Quare rogamus vos quatenus dicta castra bene custodiri faciatis, prout vos decet et de vobis confidimus et speramus, cum nos ea velimus ad opus dicti comitis vel suorum...................... [1] dictus capellanus vester, ex parte vestra, nos rogavit ut mitteremus vobis peccuniam ad custodiam dictorum castrorum, sic vobis respondemus, quod cum,

1. Mots effacés par l'humidité.

ratione nunciorum predictorum, quos in Franciam mittimus, pro facto dicti comitis, ut est dictum,.................... [1] os necessarios habeamus nec ipsos in Montispessulano ita, sicut vos satis creditis, preparatos habeamus, racione magne................. [2] rogamus vos quatenus non pigeat vos quod denarios vobis non mittimus per nuncium vestrum predictum. Actum.............. [3] imbrevi et cicius quam creditis et tunc super custodia ipsorum castrorum nobiscum computabitis, et illud........................ [4] inde vobiscum satisfaciemus, quod nobis plurimum complacebit et eritis inde pacatus a nobis. [Actum] Montispessulano VI° kalendas novembris, anno Domini M°CC°LXX° secundo.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 21, f° 139.)

63

5 NOVEMBRE 1272

Etat des pièces dont étaient porteurs l'évêque de Barcelone, le maître du Temple et G., vicomte de Castellnou, lorsqu'ils allèrent trouver le roi de France, de la part du roi d'Aragon, pour régler les affaires du comte de Foix.

[Re]membranza de les cartes que portaren lo bisbe de Barcelona, el maestre del Temple e en G., vezcomte de Castelnou, quan anaren al rey de Franza per lo feyt del comte de Foix. Nonas novembris, anno Domini M°CC°LXX° secundo.

Primerament portaren la cedula quel senescalch de Foix trames al seynnor rey sobrel feyt dels castels de Lordat e de Montreals e de Achs e de Merenchs e les letres d'aquel senescalch ; e la carta de la resposta quel seynnor rey feu a aqueles coses, la qual escrivi en Miguel de Malboix, notari de Montpeler.

---

1. Mots effacés par l'humidité.
2. Id.
3. Id.
4. Id.

Item portaren IIII translatz segelats ab segels del bisbe de Magalona e del prior dels preycadors sobre los davandiltz castels.

Item portaren translat public de la carta de la absolta del rey de Franza que feu al sennyor rey d'Arago.

Item portaren translat de la carta quel seynnor rey d'Arago feu al rey de Franza d'absolta.

Item portaren memorial de zo que han a dir al rey de Franza e respostes a azo per que diu quels dits castels pertaynnen al regne de Franza.

Item letres al rey de Franza sobre azo, en les quals ha creenza.

Item letres a la reyna de Franza de cre[1][enza].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 21, f° 72.)

64

17 FÉVRIER 1273 (n. st.)

Enquête faite par Guillaume Raimond de Josa, chevalier, d'après les ordres de Jacques Ier, roi d'Aragon, sur les droits possédés par le dit roi dans le château de Lordat et ses dépendances.

Anno Christi incarnacionis M°CC°LXX° secundo, regnante rege Filipo Francorum. Noverint universi, presentes pariter et futuri, cum nos Guillelmus Ramundi de Josa, miles, receperimus ab illustrissimo domino rege Aragonum in mandatis ut, super jurisdiccione, dominacione et subjeccione seu dominio quam habet et habuit ipse et illustrissimus, condam, pater suus et omnes predecesores eorum in castro de Lordato et in ejus pertinentiis, villis et mansis et mansatis dicto castro subjectis, reciperemus testes apud Lordatum et in ejus terminis, qui super premissis aliquam certitudinem sciunt, viderunt vel etiam audiverunt qualiter dominus rex et pater suus, condam, et eorum predecessores achtenus tenuerunt vel aliquis pro eisdem, pacifice et quiete, sine omni alicujus contradiccione. Unde nos dictus Guillelmus Raimundi de Josa, volentes mandatis

1. Le mot n'est pas achevé

illustrissimi domini regis Aragonum fideliter obedire, ad recepcionem testium, publice et juris ordine observato, processimus in hunc modum :

Rogerius de Costa, de Unacho, testis juratus et diligenter interrogatus per tabellionem publicum infrascriptum, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Guillelmi de Villalibera recepit et tenuit castrum de Lordato, nomine dicti domini regis Aragonum et ejus mandato; interrogatus de tempore dixit : quod tempore quod dominus rex Petrus, quondam, decessit apud Murellum.

Guillelmus Columbi, de Vestiacho, testis juratus et interrogatus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Guillelmi de Villalibera recepit per manum dicti domini regis Aragonum castrum de Lordato et ejus mandato et nomine; interrogatus de tempore, de tempore dixit : quo tempore quod rex Petrus, condam, decessit apud Murellum.

Poncius de Causo, de Lordato, testis juratus et interrogatus, dixit ut Guillelmus Columbi in omnibus.

Petrus Raimundi, de Tinhaco, testis juratus et interrogatus, dixit se audivisse a patre suo quod comes Ceritanie condidit castrum de Lordato et bastivit. Item dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Guillelmi de Villalibera tenuit castrum de Lordato pro domino rege Aragonum et vidit quod aliqui de familia predicti Bernardi Guillelmi fuerunt apud Tinhacum et acceperunt unum edulum seu capritam suam et ipse testis abstulit eis eam et habuit verba cum eis.

Guillelmus Poncii, de Savenacho, testis juratus et interrogatus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Guillelmi de Villalibera tenuit castrum de Lordato pro domino rege Aragonum; interrogatus de tempore, idem quod Guillelmus Columbi. Item vidit et audivit quod dictus Petrus Raimundi habuit verba cum dicta familia predicti Bernardi Guillelmi, pro predicta caprita.

Bernardus de Ponte, de Cauczo, testis juratus et interrogatus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Guillelmi de Villalibera tenuit et possedit longo tempore castrum de Lordato, nomine domini regis Aragonum et mandato.

Florencia de Pajesio, de Savinhano, testis juratus et interrogatus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Guillelmi de Villalibera tenuit et possedit dictum castrum de Lordato pro domino rege Aragonum. Item vidit et audivit quod quidam qui vocabatur Petrus Stanhni, miles, et alius, nomine Falquetus, gener dicti Bernardi Guillelmi, tenuerunt, nomine domini regis Aragonum, castrum de Lordato. Item dixit se vidisse et audivisse quod Guillelmus de Pratolongo et uxor ejus Bernarda et Raimundus, filius ejus, tenuerunt et possederunt castrum vetus de Ax, nomine dicti domini regis Aragonum. Item vidit et audivit quod dictus Petrus Stanhni et alii socii sui qui tenebant dictum castrum comederunt et biberunt in domo dicte Florencie.

Bernardus d'en Guerra, de Lordato, testis juratus et interrogatus, dixit se vidisse et audivisse quod dictus Bernardus Guillelmi de Villalibera tenuit dictum castrum de Lordato, nomine dicti domini regis Aragònum. Item vidit et audivit in dicto castro de Lordato familiam et clientes predicti Bernardi Guillelmi.

Guillelmus de Alverge, de Lordato, testis juratus et interrogatus, dixit idem in omnibus quod proximus.

Raimundus Bela, de Lordato, juratus et interrogatus, dixit idem per omnia quod proximus.

Bernardus de Carariis, de Lordato, juratus et interrogatus testis, dixit idem per omnia et in omnibus quod Bernardus de Carariis (*sic*).

Poncius de Gavenausso, de Garano, testis juratus et interrogatus, dixit se vidisse et audivisse quod dictus Bernardus Guillelmi de Villalibera et Petrus Remfla tenuerunt dictum castrum de Lordato, nomine illustrisimi domini regis Aragonum.

Petrus Alaberti, de Garano, testis juratus et interrogatus, dixit se vidisse et audivisse quod dicti Bernardus Guillermi et Petrus Remfla tenuerunt dictum castrum de Lordato, nomine dicti domini regis Aragonum.

Raimundus Boan, de Lacuro, testis juratus et interrogatus, dixit idem in omnibus quod proximus.

Atho de Carol, de Buibre, testis juratus et interrogatus, dixit idem in omnibus quod proximus.

Arnaldus de Lozera, de Buibre, testis juratus et interrogatus, dixit idem per omnia quod proximus.

Petrus de Englada, de Urz, testis juratus et interrogatus, dixit idem in omnibus quod proximus.

Petrus Amelii, de Lordato, miles, testis juratus et interrogatus, dixit se vidisse et audivisse quod quidam miles, nomine vocatus Petrus Stagni, tenuit dictum castrum de Lordato pro illustrisimo domino rege Aragonum et vidit postmodum quod Bernardus Guillelmi de Villalibera et quidam alius, nomine vocatus Falquetus, tenuerunt dictum castrum de Lordato nomine dicti domini regis Aragonum.

Omnes predicti testes dixerunt se vidisse et audivisse quod dictus Bernardus Guillelmi de Villalibera tenuit dictum castrum de Lordato nomine dicti domini regis Aragonum; et hec omnia predicta dicti testes depossuerunt interrogata per scriptorem publicum et infrascriptum, in presencia dicti domini Guillelmi Raimundi de Josa, militis, et Arnaldi Guillelmi de Lordato, militis, et Poncii de Pinello et Poncii de Sauz et Bernardi Geraldi, scriptoris dicti domini Guillelmi Raimundi de Josa. Et de predictis, ad perpetuam rei memoriam, nos dictus Guillelmus Raimundi de Josa, miles, per tabellionem infrascriptum petimus et fecimus fieri publicum instrumentum.

Petrus Auterii, notarius publicus de Ax et de Lordato, hec scripsit anno predicto et die scilicet XIII° kalendas marcii.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques Ier, n° 2143.)

65

6 MAI 1275

Donation faite à Roger-Bernard III, comte de Foix, par les hommes de la vallée d'Andorre, de tous les droits de justice dans la dite vallée, en retour desquels le dit comte leur remet le droit d'adultère qu'il percevait sur eux.

Anno Christi incarnati M°CC°LXX° quinto, rege Filipo regnante (*sic*) Francorum. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod

nos de parochia de la Mazana, scilicet : Bernardus de Anhos et Johannes de la Audosa, Petrus Cicart de Erz, Azemar Darensau, Ramundus Bos de Pal, Berengarius de Maria, Guillelmus de Riba de Sesponh, Ramundus de Tor, Petrus Lorenz et Ramundus Gerau ; item nos de parochia de Ordino, scilicet : Bernardus de Pal, Berengarius Johannis, Mir Biven, Vitalis Rossel, Ramundus Nomfreu, Ramundus Domenec et Ramundus de Moles, Petrus Gerau, Petrus Goida, Arnaldus Socarana ; item nos de parochia de Caniyol : Feriol Duran, Ramundus Mir, Johannes Feriol, Ramundus Simfre, Petrus Moreg et Ermengou del Grau, Ramundus Bernardi, Arnaldus Duran et Caniyol Calbo et Guillelmus Bosquet ; item nos de parochia de Anora : Ramundus de la Englada, Petrus del Mas, Ramundus Diachre, Arnaldus del Soler, Arnaldus de Quers et Ferarius de Angolestes ; item nos de parochia de Luria : Guillelmus de la Serra, Ramundus de Lumeneres, Petrus Bernardi et Arnaldus de Moissela, Ferarius de Lumeneres, Bernardus de Lumeneres et Guillelmus de Urgel, Johannes Rossel et Johannes Guitart ; item nos de parochia de Encamp : Arnaldus Guillelmi et Johannes Petri et Martinus de Lobons, Arnaldus Berengarii, Guillelmus Parador, Petrus Roga, Vitalis de Ponte, Calbo de Vila, Petrus Calbo et Petrus Johis (*sic*) ; nos omnes suprascripti, per nos et per omnes sucsesores (*sic*) nostros, et nomine omnium hominum universitatis omnium parochiarum omnium vallium de Andora, certificati de jure nostro, non inducti dolo vel metu, ymo spontanea voluntate ad hoc ducti, damus et concedimus in perpetuum, titulo pure et perfecte donacionis inter vivos et in presenti tradimus vobis domino Rogerio Bernardi, Dei gratia comiti Fuxi et vicecomiti Castriboni, et omni vestro hordinio, presenti et futuro, omnes justicias, tam civiles quam criminales, et merum et mixtum ymperium et totam plenam juridiccionem omnium hominum omnium vallium de Andora, ita quod vos vel alius, nomine vestro, possitis exercere omni mero et mixto ymperio et juridiccione in omnibus et singulis hominibus et mulieribus omnium vallium de Andora et omnium parochiarum dictarum vallium, prout in aliis vestris hominibus vicecomitatus Castriboni exercetis et utimini et usus fuistis exer-

cere et uti ad vestrum bonum et sanum intellectum et comodum, promitentes vobis, per firmam et solepnem (*sic*) stipulacionem, per nos et per omnes nostros presentes et futuros, nomine nostro et nomine omnium hominum predictarum universitatum et parochiarum, sub obligacione omnium bonorum nostrorum, quod omnia predicta et singula que vobis damus et concedimus servabimus et nunquam contraveniemus, per nos vel per aliquam interpositam personam, nec etiam amodo utemur dictis justiciis, nos nec successores nostri, nec vobis in exercendis illis justiciis aliquod prestabimus ympedimentum; et possitis ibi ponere et constituere judicem et judices vestros qui ibi cognoscant, judicent et determinent omnes questiones.

Unde nos predictus Rogerius Bernardi, Dei gratia comes Fuxi et vicecomes Castriboni, recipimus predictam donacionem et concessionem a vobis, hominibus supradictis, solvimus et difinimus vobis omnibus hominibus et mulieribus omnium vallium et parochiarum predictarum omnem cuguciam quam in vos habemus et antecessores nostri in vos habuerunt et habere consuaverunt [1], ita quod, de cetero, nos vel aliquis, nomine nostro, non possimus aliquam penam peccuniarem vel criminalem, racione cugucie ab aliquo vel ab aliqua vestrum exigere seu petere, ymo ab omni peticione seu demanda, racione cugucie, sitis exempti et penitus absoluti. Hujus rei sunt testes : Guarsias Arnaldi de Castro Verduno, Arnaldus Guillelmi de Fossato, et Petrus Zaroca, milites, Ramundus Batalha, Poncius Arnaldi de Castro Verduno et Guillelmus Arnaldi, frater ejus, et Arnaldus Barra et Simon Barra et Petrus de Cozio de Ax et Petrus de Campo, presbiter de Pal. Actum est hoc II° nonas madii. Petrus Auterii, juratus notarius, hoc scripsit vice Guillelmi de Rodessio, notarii publici Taraschonis. Guillelmus de Rodesio, notarius publicus Taraschonis, subscripsit.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 73. — *Copie*. Bibl. nat., Decamps, vol. 60, f°s 344 — 345. — Doat, vol. 173, f°s 195 — 197 r°.)

---

1. *U* oublié par le scribe.

66

BARCELONE, 25 SEPTEMBRE 1275

Jacques Ier, roi d'Aragon, charge Roger-Bernard III, comte de Foix, de la tutelle de ses cousins Ermengaud et Alvare, fils d'Alvare, comte d'Urgel.

Atendentes[1] quod Ermengaudus et Alvarus, filii pupilli quondam Alvari, comitis Urgellensis, tutores non habent qui eos gubernent et regant, idcirco, ad instanciam nobilis viri R. Bernardi, comitis Fuxensis, consanguinei eorumdem, damus et assignamus eis in tutorem eundem nobilem virum R. Bernardi, comitem Fuxensem, consanguineum ipsorum, ita videlicet quod ipse teneat ipsos sub tutela sua et ipsos, tanquam tutor legitimus, regat et gubernet bene et fideliter, ad utilitatem eorumdem, quousque pervenerint ad etatem perfectam; recognoscentes nos recepisse ab ipso sacramentum et securitatem quod ipsos pupillos legitime et fideliter gubernabit, prout de jure fieri debet. Propter hujusmodi autem concessionem tutouritionis (*sic*) intelligimus nec volumus nobis nec alicui alii prejudicium aliquid generari. Datum Barchinone VII° kalendas octobris, anno Domini M°CC°LXX° quinto.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 20, f° 289.)

67

JATIVA, 29 AVRIL 1277

Pierre III, roi d'Aragon, prie le sénéchal *de Mirepoix de ne prêter aucun secours à Roger-Bernard III, comte de Foix, contre l'évêque d'Urgel.*

P., Dei gratia et cetera. Nobili et dilecto senescalco de Miralpeix salutem et dilectionem. Intelleximus, ex parte venerabilis episcopi

1. L'acte précédent commence par : Nos Jacobus et cetera.

Urgellensis, quod comes Fuxensis, cum magna multitudine militum et peditum veniens contra predictum episcopum, ad destruccionem locorum et terre ipsius episcopi nititur quantum potest; super quo, ut intelleximus, vos eidem comiti de gentibus vestri districtus prestatis concilium et juvamen. Cum igitur episcopus predictus obtulerit et sit paratus facere, in posse nostro, comiti predicto justicie complementum et cognitionem, et n[os] ideo eundem et omnia loca religionum jurisdiccionis nostre in jure suo manutenere et deffen[dere] teneamur, rogamus vos quatenus dicto comiti super predictis nullum juvamen seu consilium inpendati[s], [nec] a militibus seu hominibus vestri districtus permittatis eidem comiti fieri aliquod suffragium vel juv[amen].

Datum Xative III° kalendas madii, anno Domini M°CC°LXX° septimo.

Similis fuit missa senescalco Carcasone.

Item similis, senescalco Tholoze.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 39, f° 190v°.)

68

JATIVA, 2 JUIN 1277

Pierre III, roi d'Aragon, réitère à Roger-Bernard III, comte de Foix, la défense de faire la guerre à l'évêque d'Urgel et se déclare prêt à accepter une entrevue avec lui.

P., Dei gratia rex Aragonum, viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi, salutem et dilectionem. Intelleximus per litteras vestras quod, super facto vestri et episcopi Urgellensis, super quo vobis scripsimus, paratus estis nostris precibus hobedire et, juxta mandatum nostrum, facere quod fuerit consonum racioni, quod nobis placet, scientes quod preces nostras credimus fore racionabiles et mandatum nostrum justum, cum teneamur prelatos et bona ecclesiasticorum deffendere, ne contra justiciam ab aliquibus valeant aggravari. Quare iterato vobis scribimus, [r]ogantes et mandantes

quatinus predicto episcopo Urgellensi vel hominibus seu bonis suis et ecclesie sue non inferatis nec inferri faciatis dampnum aliquod vel gravamen dicto episcopo, vel alio (*sic*) pro eo, parato existente, in posse nostro, vobis facere justicie complementum. Ceterum, cum vos dicatis quod consuetudo est in Catalonia guerram facere inimicis, credimus quod barones et alii milites Catalonie allegant hoc fore verum inter milites tantum, non tamen aliquo tempore audivimus ab aliquibus allegari quod milites possint gerrificare cum clericis, ipsis paratis et existentibus stare juri; et cum nobis scripseritis quod velletis pro predictis et aliis nos videre, sciatis quod nobis placet quod videam[us] vos et locamini (*sic*) nobiscum de predictis, quando vobis fuerit oportunum. Datum Xative IIII° nonas junii, anno Domini M°CC°LXX° septimo.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 39, f° 195.)

69

JATIVA, 18 JUIN 1277

Pierre III, roi d'Aragon, prie Arnaud-Roger, comte de Paillars, de prêter secours à Etienne de Cardone, secrétaire de la reine, contre Roger-Bernard III, comte de Foix, et Ermengaud, son neveu, qui ont envahi, à main armée, le comté d'Urgel.

P., Dei gratia et cetera, viro nobili et dilecto A. Rotgerii, comiti Payllariensi, salutem et dilectionem. Cum comes Fuxensis, secundum quod intelleximus, cum Ermengaudo, nepote suo, intraverit, manu armata, in comitatu Urgelli in dampnum nostrum et dicti comitatus, et super hiis mittamus ad dictum comitem fidelem nostrum Stephanum de Cardona, repositarium illustris domine regine Aragonum, consortis nostre, rogamus vos quatenus, si dictus Stephanus requisierit a vobis, ex parte nostra, auxilium ad defensionem dicti comitatus, impendatis illud eidem; credentes nichilominus eidem Stephano super hiis que vobis, ex parte nostra, duxerit refferenda. Datum Xative XIIII° kalendas julii, anno Domini M°CC°LXX°VII°.

Similis fuit missa G° de Angolaria, Bernardo de Angolaria, R. de Angolaria, R° de Peralta, R° de Cervaria, Geraldo de Capraria, R° de Montecatheno, procuratori Aragonie, Poncio de Ribellis, R. de Montecatheno.

Similes Ilerdensibus, set fuit mandati, hominibus Tamariti, hominibus Almenaris, hominibus Camarasie, de Cubells et de Mongay.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 39, f° 207.)

70

SIÈGE DE MONTESA, 22 JUILLET 1277

Pierre III, roi d'Aragon, ordonne à un[1] *de ses officiers de faire réparer, par le comte de Foix, les dommages que celui-ci a causés à Ponce de Cervera, et, en cas de refus, de prendre des mesures de rigueur contre lui.*

P., Dei [gratia] rex Aragonum et cetera,...................... salutem et dilectionem. Ex parte nobilis [c]omitis Poncii de Cervaria nobis fuit expositum conquerendo quod nobilis comes Fuxensis, injuste et non habendo guerram cum eo, expugnavit sibi quedam castra sua et talavit ac ignem imposuit in terras eorumdem ac plura alia maleficia sibi et hominibus suis intulit, sine causa, in quibus fregisse dicitur actam (*sic*) pacium et treugarum, eodem Poncio existente parato facere sibi super quibuslibet justicie complementum. Quare mandamus vobis quatenus, sicut ita monueratis eundem comitem, ut fieri debebat, quod predicta maleficia dicto Poncio emendet vel inde sibi faciat justicie complementum et quod, de cetero, sibi nec suis violenciam seu injuriam non inferat sive dampnum. E (*sic*), si hoc facere neclexerit, procedatis contra eum juxta formam pacium et treugarum, ejiciendo antedictum comitem de pace et treuga ac ponendo in eisdem pace et treuga dictum Poncium, prout

1. Très probablement D. Ferriz de Liçana, procureur général de Catalogne. — Cf. Zurita, An. vol. I, f° 231 v°.

fuerit faciendum. Datum in obsidione Muntesie XI kalendas augusti, anno Domini, M°CC°LXX° septimo.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 39, f° 231.)

71

AYNNA, 20 AOUT 1278

Conventions faites entre Pierre III[1], *roi d'Aragon, et Roger-Bernard III, comte de Foix, relativement aux affaires du comté d'Urgel.*

En nom de Deu, aquesta es la forma de les avinençes feites entrel molt alt e noble sennor en Pere, per la gracia de Deu, rey d'Arago, y lo noble baro en Roger Bernad, comte de Foix e vezcomte de Castelbo.

Primerament lo comte de Foix ferm e assegur, per los nobles en Berenguer A. d'Angleola e en G. R. de Muncada e en G. d'Angleola, que aquel comte estia a dita dels nobles en G. de Castelnou e en G. de Canet, que, si els conexen que sobre la ferma de la pau e de la treva quel sennor rey demana al dit comte que ferm en son poder, de la qual cosa lo dit comte s'escuse que no n'es tengut e lo sennor rey diu quel ne fara jutgar a son jutge e lo comte deya que non devia estar de la dita ferma a coneguda de son jutge mas a coneguda de dos cavallers cominals, que els amduy eleguessen, que, ço que les dits nobles en G. de Castelnou e en G. de Canet digan sobrazo quel comte que ho complesca.

Item quel comte de Foix liure lo castel e la vila d'Ager e los altres locs pertaymiens a la seyuria (*sic*) d'Ager en poder dels marmessors del comte d'Urgel, de bona memoria, so es assaber en poder del abat de Fontfreda e del abat de Belpuig e d'en A. de Fluvia, segons la forma del testament del comte. E aquestes coses a complir assegurara lo dit comte per los davant dits en Berenguer A. e en G. d'Angleola e en G. R. de Muncada e jura que, dins XV dies, fara

1. Pierre II, comme comte de Barcelone.

fermar aquells richshomens o altres convalens d'aquels qui son d'Urgel. Lo sennor rey assegurara, per los nobles en Galceran de Pinos e en Ramon d'Urix, ab sagrament e homanatge que els ne faran, que estia a dita dels dits en G. de Castelnou e d'en G. de Canet sobre la demanda damunt dita de la ferma de la pau e de la treva.

Item de feit del comdat d'Urgel, quel sennor rey comtara ab los marmessors de la peynnora e de zo que hy ha e feit lo comte, que zo que sia vist e trobat segons lo comte quel sennor rey aja sobrel comdat, que, con lo comte de Foix aya mesa aquela quantitat en poder dels marmessors, quel sennor rey liure als marmessors ab aquella quantitat que li paguen los logars que te del comdat e del vezcondat d'Urgel e quels marmessors ne fazen zo que fer ne deyan de tot lo comdat e lo vezcomdat.

Item que solva n'Ermengau e que li redaTiurana e Vilaplana e los altres locs seus que ha preses, depus qu'en Ermengou tenc en son poder, e que rede en G. A. de Castelverdu el pagan e asseguran de pagar zo que deu a Pons ne en lo comdat.

Item quel sennor rey no deman re per pau e per treves a negu que ab lo comte de Foix aja estat en trencar pau ne treva d'aquelles coses que ayan feites ab lo comte ni per lo comte, quant quel comte aja fermat per pau e per treves, per si e per els.

Item quel sennor rey fassa dret o coneguda d'omens cominals an R. Roger e an R. de Corzavi e an Pons Ça Guardia del don que prezeren a Muntbaulo. E aquestes coses damunt dites assegurara lo sennor rey, per en Galceran de Pinos e per en Ramon d'Urix, ab sagrament e ab homenatge que els no faran, quel sennor rey les compleia. E lo sennor rey feu jurar, en sa anima, an Bn. de Muntpao e an Arbert de Mediona que als damunt ditz dos richshomens fara azo fermar, dins XV dies, o a altres, si aquels defalien, qui fossen de la montaynna de Solsona a Campredon. Azo fo feit en lo terme d'Aynna XIII° kalendas septembris, anno Domini M°CC°LXX° octavo.

Presens testimonis : G. de Beyllera, Ramon d'Orcau, A. Airamon d'Aspel, Gizberto de Barbera e molts d'altres.

Sig(s. man.)num Raimundi Escorna, dicti domini regis scriptoris et notarii publici, qui hec scribi fecit et clausit die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre II, n° 93.)

72

8 SEPTEMBRE 1278

Paréage d'Andorre conclu entre Pierre d'Urg, évêque d'Urgel, et Roger-Bernard III, comte de Foix.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Cum multe et diverse ac varie questiones, petitiones seu conventiones per longua tempora fuerint, super multis, variis et diversis rebus, inter nobilem virum dominum Rogerium Bernardi, Dei gratia comitem Fuxensem et vicecomitem Castriboni, et suos predecessores, ex una parte, et venerabilem dominum P., divina miseratione Urgellensem episcopum, et predecessores suos et ecclesiam Urgellensem, ex altera, ratione quarum multa et gravia dampna ab utraque partium sunt illata, videlicet : homines interfecti, castra diruta, mutilationes membrorum hominum ac multa alia enormia et quasi enarrabilia maleficia sunt secuta. Tandem predicti, interventu domini Yatberti, Dei gratia episcopi Valentini, et nobilium magistri Bonanati de Lavayna, canonici Narbonensis, collectoris decime a Summo Pontifice deputati in regno Aragonie, et magistri Raimundi de Bisulduno, archidiachoni Taranconnensis, Raimundi de Urgio, Isarni de Fanjaus et Guillelmi Raimundi de Josa, amicabilium compositorum, de omnibus supradictis questionibus, peticionibus seu contentionibus venerunt ad finem et amicabilem compositionem, partibus consentientibus, sub forma inferius comprehensa :

In primis super valle seu vallibus de Andorra fuit pronuntiatum seu determinatum, per predictum dominum Valentinum episcopum et alios nobiles, quod amodo, in perpetuum, dominus Urgellensis episcopus et successores sui, anno suo, faciant et possint facere questiam hominibus vallis seu vallium de Andorra usque ad quan-

titatem quatuor milium solidorum malguriensium, sine contradictione comitis et successorum suorum, ita tamen quod dictam quantitatem non possint excedere ipse vel successores sui; et dominus comes Fuxensis et successores sui, alio suo anno, possint facere questiam dictis hominibus de Andorra, ad voluntatem suam, sine contradictione episcopi et successorum suorum et ecclesie Urgellensis, non taxata sibi certa quantitate; et hoc possint facere in perpetuum; et sic possit fieri de anno in annum; et quod in primo presenti anno faciat questiam dictus dominus comes Fuxensis dictis hominibus vallis seu vallium de Andorra.

Item fuit pronuntiatum, per eosdem, super capitulis justiciarum et meri imperii, quod semper bajuli predictorum dominorum episcopi et comitis comuniter et simul exerceant merum imperium in dictis hominibus de Andorra, videlicet : majores justicias, mediocres et minores et omnia que pertinent vel pertinere debent ad merum et mixtum imperium atque jurisdictionem; et simul capiant ac captos teneant delinquentes; et, si causam forte inde contingeret ordinari, bajuli predictorum dominorum, simul et comuniter, dictam causam ordinent, judicem assignando, et ipsam eandem causam usque ad diffinitivam sententiam ordinantes vel facientes etiam ordinari et sententiam nichilominus simul executioni mandent. Et, si forte contingeret alterum de predictis bajulis ex aliquo casu abesse, qui presens fuerit possit predicta facere, ordinare seu exequi ; ita tamen quod, in quacumque ora bajulus qui absens fuerit venerit, per illum qui presens fuerit admitatur nec per hoc domino bajuli absentis prejuditium aliquod pateretur nec usus seu aliqua observantia possint nocere contra aliquem dominorum de predictis, licet bajulus alterius frequenter absens esset in predictis causis tractandis; set semper quando venerit admitatur. Et, si forte evenerit quod, propter aliquod delictum, crimen seu excessum, causa aliqua ordinata fuerit per predictos bajulos et peccunia inde accepta fuerit seu habita per sententiam vel per aliquem modum compositionis, semper dominus episcopus et sui successores habeant de predicta peccunia quartam partem; et dominus comes Fuxensis et sui habeant tres partes; semper tamen fiat talis compositio peccuniaria, super

premissis, de comuni consensu ipsorum bajulorum, si ambo presentes fuerint, set, si alter absens fuerit, ut superius dictum est, ille qui presens erit possit predicta ducere, ordinare, componere seu facere exsequi, tam nomine sui quam absentis. Caveant tamen semper domini et bajuli predicti, tam presentes quam absentes, quod, circa presentiam seu absentiam vel circa predicta negocia tractanda, dolum non comitant aliquem neque fraudem, set, bona fide ac bona intentione, predicta incipiant, ducant et finiant seu componant. Habeat autem dictus nobilis comes Fuxensis, si voluerit, vicarium suum in valle seu vallibus de Andorra, prout consuevit habere, qui vicarius exibeat[1] et faciat ea que consuevit facere seu exercere in hominibus de Andorra, antequam dictus comes haberet justicias ab hominibus dicte vallis. Predicta autem divisio pecunie fiat deductis expensis de tota quantitate condempnationis et compositionis. In omni autem casu omnia jura, censualia, exitus, redditus seu proventus seu alie obventiones que Urgellensis episcopus, canonici et ecclesia Urgellensis receperunt seu consueverunt recipere usque modo, preter predicta, in valle seu vallibus de Andorra, ipsi et eorum successores recipiant, in futurum, pacifice et quiete, sine aliquo contradicto predicti comitis et vicarii ac bajuli ejusdem, excepta *la treva Deu*, quam episcopus consueverat recipere, de qua fiat quomodo sicut de ceteris criminibus. Hec eadem intelligantur ex parte comitis Fuxensis de hiis que consuevit recipere in dictis hominibus, preter predicta, quod ea amodo libere habeat et recipiat; nec, per hanc presentem seu novam compositionem, prejudicium aliquod generetur episcopo Urgellensi nec canonicis et successoribus suis nec comiti Fuxensi vel successoribus suis circa hec vel in hiis que quilibet jam recipiebat in predicta valle seu vallibus et hominibus de Andorra; set quilibet ea recipiat pacifice et quiete, sine contradicto alterius, sicut, retroactis temporibus, recipere consueverunt, exceptis superius declaratis. Diffinitio autem et remissio facte hominibus dicte vallis per predictum comitem de intestia, exorquia et cugucia, ratione justiciarum, rate permaneant imperpetuum.

---

1. Dans Doat *exerceat*.

Item pronunciaverunt quod quilibet predictorum dominorum habeat hostes et calvacatas in hominibus de Andorra, excepto quod unus contra alterum habere non possit dictos homines.

Item fuit pronunciatum seu ordinatum, per predictos amicabiles compositores, quod predictus nobilis comes Fuxensis et omnes successores sui teneant in feudum, imperpetuum, pro episcopo Urgellensi et successoribus suis, quicquid habet et recipit et habere seu recipere debet in valle seu vallibus vel hominibus de Andorra et ea teneant pro ecclesia Urgellensi. Teneant etiam idem comes et omnes successores sui, in perpetuum, ad feudum vallem de Sancto Johanne et castrum de Ahos, cum omnibus pertinenciis suis, pro episcopo et successoribus suis et ecclesia Urgellensi, excepto castro de Thor, quod nunquam intelligatur de feudo; et pro predictis vallibus de Andorra et de Sancto Johanne faciat impresenti idem comes homagium predicto domino episcopo; et idem teneantur facere omnes successores sui episcopo et omnibus successoribus suis, pro predictis.

Item pronuntiaverunt seu ordinaverunt predicti amicabiles compositores quod dictus nobilis comes Fuxensis et successores sui, imperpetuum, teneant in feudum vallem de Cabaho, cum omnibus pertinenciis suis, pro episcopo et ecclesia Urgellensi et successoribus suis; ita tamen quod dictus nobilis comes Rogerius Bernardi non teneatur facere homagium, de vita sua tantum, episcopo Urgellensi pro valle de Cabaho set sibi dimitat episcopus Urgellensis dictum homagium, in vita dicti comitis tantum, ob honorem et gratiam dicti comitis. Omnes autem successores dicti comitis teneantur facere homagium pro predicta valle de Cabaho omnibus episcopis, qui pro tempore fuerint in dicta ecclesia Urgellensi; nec, propter hoc, aliquod prejudicium generetur in futurum episcopo vel episcopis seu ecclesie Urgellensi, quia presens episcopus, ob honorem dicti comitis, dimitit sibi homagium in presenti; nec hoc successores dicti comitis homagium aliquo tempore allegare possint contra episcopum et ecclesiam Urgellensem; set semper faciant homagium pro predicta valle de Cabaho episcopo Urgellensi, ut superius continetur. Promitit etiam dictus comes, pro se et omnibus successori

bus suis, dare potestatem fideliter, ad bonam consuetudinem Barchinone, de omnibus castris et fortitudinibus que sunt vel in futurum construentur in predicta valle de Sancto Johanne et terminis suis; et, post mortem suam, de omnibus que sunt et fuerint in predicta valle de Cabaho et terminis suis. Predicta vero omnia feuda teneant dictus comes Fuxensis et successores sui *a feu honrat*, pro episcopo et ecclesia Urgellensi, ita quod nullum servitium teneantur inde facere, exceptis homagio et potestatibus, ut superius est expressum.

Item pronuntiaverunt et ordinaverunt predicti amicabiles compositores quod ea jura, redditus seu proventus que vel quos episcopus et capitulum Urgellense teneat (*sic*) et possident vel recipiunt in predictis vallibus de Sancto Johanne et de Cabaho amodo eadem habeant et recipiant, pacifice et quiete, nec intelligantur esse de feudis, cum sint propria alodia ecclesie Urgelli.

Item pronunciaverunt seu ordinaverunt predicti amicabiles compositores *sobre la Rocha* d'Asfa quod, si dominus episcopus Urgellensis hostendere poterit quod predecessores dicti comitis dederint seu diffinierint dictam rupem d'Asfa episcopo vel ecclesie Urgellensi, in hoc casu ipse episcopus possit construere vel facere fortitudinem in dicta rupe, nisi comes hostendere poterit quod donatio seu diffinitio predicta non valeat; et de hoc capitulo cognoscant simpliciter et de plano nobiles Raimundus de Urgio et Isarn de Fanjaus et Guillelmus Raimundi de Josa vel duo eorum; et ipsum capitulum diffiniant usque ad festum Natalis Domini proximo venturum.

Item ordinaverunt predicti amicabiles compositores quod episcopus et capitulum Urgellense faciant excambium sive permutent castrum de Montferrer et locum d'Adrayll cum predicto comite, et ipse comes det episcopo et capitulo Urgellensi, pro predictis locis, castrum et locum de Za bastida d'Ortons et castrum et locum de Adraen; et, si plus valent loca predicta que sunt ecclesie Urgellensis quam que idem comes promitit eis dare, assignet et det eis dictus comes illam minus vallenciam in aliis locis seu redditibus, ad cognitionem et arbitrium dictorum nobilium Raimundi de Hurgio

et Isarni de Fanjaus et Guillelmi Raimundi de Josa vel duorum ipsorum. Promitit etiam dictus dominus episcopus predicto nobili comiti Fuxensi, sub pena mille solidorum malgoriensium, quod ipse perficiet cum capitulo suo quod dictum excambium sive permutatio fiet, hinc ad proximum festum Paschatis Domini; et, nisi hoc perficeret, amitat dictam penam mille solidorum malguriensium, quas habeat dictus comes; qua soluta, post mortem tamen dicti comitis, ecclesia Urgellensis possit hedificare castrum de Montferrer seu reficere, sine aliquo contradicto successorum dicti comitis, salvo tamen in hoc casu ipsi comiti jure suo, si quod habet in castro de Montferrer predicto. Diffinit enim et absolvit dominus episcopus et capitulum Urgellense predicto nobili viro domino comiti Fuxensi et successoribus suis, imperpetuum, omnes peticiones, questiones seu demandas quas contra eum movebat (*sic*) seu movere poterat usque in presentem diem, reales videlicet et personales; et specialiter diffiniunt et absolvunt dicto comiti et successoribus suis, imperpetuum, quicquid juris habebant seu intendebant [habere [1]] in castris de Salent et de Galeuda et Cintyna et de Nargo et terminis suis vel in quibuscunque aliis locis seu castris que dictus comes hodie possidet et tenet aliqua ratione, ita quod amodo nullam questionem, demandam seu molestiam faciant episcopus et capitulum Urgellense in predictis contra predictum comitem vel successores suos. Renunciant etiam omnibus causis et liti mote et libellis oblatis que contra dictum comitem vel patrem suum movebant seu jam moverant in Curia romana, tam coram judicibus delegatis vel subdelegatis quam coram ordinariis vel quibuscumque; ymponentes sibi super predictis perpetuum silencium, faciendo inde pactum predicto comiti et suis de non agendo, amodo, seu etiam de non petendo. Si qua autem bona episcopo et capitulo Urgellensi comissa fuerint seu confiscata, occasione alicujus criminis ratione personarum Arnaldi de Castrobono et Ermensendis, filie ejus, illi confiscationi et omni juri eis ex hoc adquisito sive competenti vel competituro et ecclesie Urgellensi penitus renunciant episcopus et capitulum

1. Ce mot se trouve dans la copie de Doat, mais non dans le cartulaire.

Urgellensis (*sic*); absolventes nichilominus dictum comitem et successores suos et bona eorum ab omnibus injuriis et dampnis datis, quoquo modo, per predictum comitem et predecessores suos episcopo et predecessoribus suis et capitulo et ecclesie Urgellensi ac rebus eorum; absolventes nichilominus omnes valitores et familias eorum ac familiam dicti comitis ab omnibus dampnis, injuriis illatis episcopo ac ecclesie Urgellensi et eorum bonis, ratione dicti comitis. Versa vice predictus nobilis vir comes Fuxensis, per se et suos, difinit et absolvit episcopo, et successoribus suis, capitulo et ecclesie Urgellensi omnem ranchorem quem contra eos habebat et omnes peticiones seu demandas quas contra eos movebat vel movere poterat, quoquo modo, vel jam pater ejus moverat contra eosdem. Et specialiter renunciat peticionibus quas faciebat in castris de Munteylla et de Bescheran et Archavel et in villa Sedis, in qua petebat *lo Carrer escur* et quatuor fogacias in furno, et in omnibus aliis locis que hodie tenet et possidet episcopus et capitulum et ecclesia Urgellensis; de quibus omnibus imponit sibi et suis, imperpetuum, silentium, faciendo inde, per se et suos, perpetuum pactum de non petendo episcopo et capitulo et ecclesie Urgellensi et successoribus suis. Det autem dominus episcopus comiti Fuxensi mille solidos malgorienses, ratione diffinitionis castri de Monteylla.

Item pronuntiaverunt et ordinaverunt quod de omnibus supradictis fiant publica instrumenta que confirmentur per Summum Pontificem; et hoc faciat fieri dictus episcopus suis propriis expensis; que confirmatio Summi Pontificis sit completa usque ad quatuor annos; et, ad hoc faciendum, obligavit se dictus episcopus et obligavit ecclesiam et bona ipsius, sub pena quinquaginta milium solidorum malguriensium, quam penam habeat dictus comes, nisi, usque ad predicta tempora, dominus Papa confirmaverit supradicta. Et de hoc det fidejussorem illustrissimum regem Aragonum predicto comiti. Si vero, infra hec tempora quatuor annorum, contingeret vaccare romanam Curiam, quod non esset ibi Papa, illud tempus vaccationis de medio subducatur nec computatur in predictis quatuor annis. Fuit tamen ordinatum per predictos quod comes Fuxensis mitat suum procuratorem ad Curiam romanam, qui diligenter

petat confirmacionem predictorum, simul cum procuratore episcopi Urgellensis; et ipse comes suo procuratori provideat in expensis nec aliquam maliciam interponat comes Fuxensis seu ejus procurator, quod, si faceret, pena predicta a parte episcopi minime comitatur.

Item fuit pronunciatum per predictos quod dictus comes reddat episcopo et capitulo Urgellensi castrum de Aqua Tebea, cum omnibus pertinenciis suis, et absolvat omnia illa loca seu castra et homines ab omnibus homagiis et fidelitate que fuerunt dicto comiti obligata per episcopum et capitulum Urgellense pro mille et quingentis marchis argenti, et quod restituat instrumentum quod inde habet.

Item fuit ordinatum per predictos quod mortes et interfecciones hominum, tam militum, clericorum quam rusticorum et destrucciones castrorum et mansorum hinc inde ab utraque partium facte, sive per predecessores suos, sint diffinite incontinenti ab utraque partium. Hec sit pax perpetua inter nobilem comitem Fuxensem et suos et episcopum et capitulum Urgellense et suos.

Insuper nos P., divina miseratione episcopus Urgellensis, damus vobis nobili Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni, fidejussorem, pro pena quinquaginta milium solidorum malgoriensium, quod dominus Papa confirmabit et corroborabit omnia et singula supradicta, hinc ad quatuor annos, predictum excellentissimum dominum P., Dei gratia regem Aragonum. Quam fidejussionem predictam nos P., Dei gratia rex Aragonum, per nos et nostros, libenter facimus et concedimus vobis comiti Fuxensi predicto et vestris, prout continetur superius, sine dolo; renunciantes epistole divi Adriani et doli exceptioni, obligantes nichilominus nos dominus rex et episcopus Urgellensis predicti, in solidum, vobis dicto comiti Fuxensi et vestris omnia bona nostra [et utriusque nostrum et ecclesie Urgellensis [1]] mobilia et immobilia, habita et habenda.

Nos siquidem Rotgerius Bernardi, Dei gratia comes Fuxensis et vicecomes Castriboni, per nos et omnes successores nostros, et nos P., divina miseratione episcopus Urgellensis, per nos et totum

---

1. Ces mots manquent dans le cartulaire.

capitulum Sedis Urgellensis, presens scilicet et futurum, et per omnes successores nostros, predicta omnia et singula, prout expressa sunt superius et notata et tanquam hic de verbo ad verbum singulariter repetita, ex certa sciencia nostra et alterius nostrum, concedimus, laudamus, approbamus et confirmamus in omnibus et per omnia, promittentes alter alteri cum hoc eodem instrumento publico, juramento vallato, quod contra predicta vel eorum aliquod non veniemus nec aliquem vel aliquos contravenire permitemus, verbo, facto vel consensu, propter quod presens composicio, Deo et nobis laudabilis, impediatur vel revocetur nec impediri valeat seu in aliquo revocari. Immo, ex certa scientia nostra et alterius nostrum, predicta omnia et singula rata et firma et incorruptibilia spondemus tenere et habere irrevocabiliter in eternum. Et in predictis omnibus et singulis renunciamus, scienter, nos episcopus Urgellensis et comes Fuxensis, predicti, omni juris benefitio, tam canonico quam civili, divino etiam vel humano et omnibus constitutionibus et exceptionibus, tam juris quam facti, scriptis et non scriptis, nobis vel alteri nostrum competentibus vel competituris aliquo modo, ratione vel causa; jurantes nichilominus nos et alter nostrum ad sacrosancta quatuor Dei evangelia ea omnia et singula firmiter tenere et observare et in nullo contravenire; sic nos et alterum nostrum Deus adjuvet et hec sancta Dei evangelia et cru+x Domini, coram nobis posita et tacta.

Nos siquidem Rotgerius Bernardi, Dei gratia comes Fuxensis et vicecomes Castriboni, incontinenti facimus homagium vobis domino P., divina miseratione episcopo Urgellensi, ore et manibus, secundum usaticum Barchinone.

Actum est hoc sexto idus septembris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo. Sig+num nobilis viri domini Rotgerii Bernardi, Dei gratia comitis Fuxensis et vicecomitis Castriboni, jurantis et homagium facientis. Sig+num domini P., Dei gratia regis Aragonum, fidejussoris supradictorum, qui hoc concedimus et firmamus firmarique rogamus. Nos Petrus, Dei gratia Urgellensis episcopus, premissa juramus et subscribimus.

Ego Johannes Pelagii, Urgellensis ecclesie sacrista, subscribo.

Ego G. de Juverre, archidiachonus Urgellensis, subscribo.

Ego Ber. Guinardi, archidiachonus Urgellensis, subscribo.

Ego Benedictus, prior Urgellensis, subscribo.

Ego P. de Soriguera, abbas Urgellensis, subscribo.

Ego Jacobus Johannis, archidiachonus Urgellensis, subscribo.

Ego Martinus Petri, precentor Urgellensis, subscribo.

Ego Johannes Dominici, capellanus Sancti Odonis, subscribo.

Sig+num G. de Sorigera, canonici Urgellensis.

Ego Berardus Guinardi, Urgellensis canonicus, subscribo.

Ego Bernardus de Costis, Urgellensis canonicus, subscribo.

Ego Raimundus Bertrandi, Urgellensis canonicus, subscribo.

Sig+num G. de Livia, Urgellensis canonicus.

Ego G. de Cervaria, canonicus Urgellensis, subscribo.

Ego R. de Besora, canonicus Urgellensis, subscribo.

Ego Jacobus de Onczesio, canonicus Urgellensis, subscribo.

Ego Petrus de Fonte, Urgellensis canonicus, hoc firmo.

Ego Bertolomeus Johannis, canonicus Urgellensis, subscribo.

Ego Petrus Magister, Urgellensis canonicus, subscribo.

Ego Berengarius de Villamuro, canonicus Urgellensis, subscribo.

Sig+num Petri Andree, canonici Urgellensis.

Ego Gaucerandus de Urgio, canonicus Urgellensis, subscribo.

Ego Petrus de Bellopodio, notarius publicus Sedis Urgellensis, mandato [Arnaldi [1]] de Ripellis, archidiaconi Urgellensis, subscribo et firmo. Ego R. de Morerio, Urgellensis canonicus, subscribo.

Ego Petrus de Bellopodio, cappellanus Sancti Nicolay, pro teste subscribo.

Ego Bertolomeus d'Anurri, clericus, pro teste subscribo.

Sig+num Guillelmi de Pontibus. Sig+num Poncii de Ripellis. Sig+num Galcerandi de Angularia. Sig+num Guillelmi de Meyano. Sig+num Petri Paschasii. Sig+num Berengarii de Vilarone, jurisperitorum. Sig+num nobilis Raimundeti de Peralta. Sig+num Arnaldi de Vilarone, habitatoris Celsone. Sig+num

1. Cf. Doat.

Ferreroni de Areyn. Sig+num Guillelmi de Perexencio. Sig+num Petri de Torrens, clerici. Sig+num Guillelmi Destaras. Sig+num Bernardi dez Vilarone. Sig+num Romei de Luparia. Sig+num Bernardi dez Pla de Solsona. Sig+num Perotoni de Ager. Sig+num Yatberti de Barbarano. Sig+num Poncii, Dei gratia prepositi Celsone, testium firmamenti, concessionis, juramenti et homagii domini Rogerii Bernardi, Dei gratia comitis Fuxensis et vicecomitis Castriboni supradicti, et firmamenti etiam, concessionis et juramenti domini P., Dei gratia episcopi Urgellensis predicti. Qui dominus episcopus et canonici superius nominati postea, suis manibus propriis, subscripserunt coram me, notario, et Petro de Bellopodio, capellano Sancti Nicholay, et Bartelomeo d'Anurri, clerico, testibus supradictis. Sig+num [domini [2]] Yatberti, Dei gratia episcopi Valentini. Sig+num Raimundi de Orchau qui cum dicto Poncio, preposito Celsone, sunt testes firmamenti et concessionis domini P., Dei gratia regis Aragonum, fidejussoris supradicti, qui hoc firmavit et concessit sexto idus septembris, anno superius denotato. Sig(s. man.)num mei Arnaldi de Valleluperaria, notarii publici Ilerdensis, qui predictis omnibus interfui, publicavi et scripsi.

(*Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 2, f°s 42 v° et ss. — Bibl. nat., Doat, vol. 162, f°s 36 — 49. — Dupuy, vol. 52, f°s 6 — 16 v°. — Fonds fr. n° 16657, f°s 654 — 661.)

73

17 SEPTEMBRE 1278

Pierre d'Urg, évêque d'Urgel, décharge le prieur et le chapitre de cette ville de la solidarité pécuniaire qu'ils ont encourue à raison de la signature apposée par eux au paréage conclu entre lui et le comte de Foix.

Notum sit omnibus quod nos Petrus, miseracione divina episcopus Urgellensis, recognoscimus et confirmamus vobis Benedicto,

2. Cf. Doat.

priori, et capitulo Urgellensi quod, pro pena quinquaginta milium solidorum melgoriensium, a nobis promissa in instrumento pacis et compositionis inter nos et comitem Fuxi apud Ilerdam nuper inite, nos et bona nostra episcopalis mense intendimus obligare, si forsitan dominus Papa composicionem hujusmodi non confirmet, ut in instrumento dicte pacis publico continetur. Et nichilominus promitimus, bona fide, vobis priori et capitulo supradictis, racione subscripcionis quam in dicto pacis instrumento fecistis, vos et bona capituli Urgellensis a dicta pena servare indempnes omnino; et ad hoc obligamus vobis omnia bona nostra mense episcopalis, habita et habenda unquam. Actum est hoc XV kalendas octobris anno Christi MCCLXX octavo.

Nos Petrus, Dei gratia Urgellensis episcopus, subscribimus. S+++na B. Vitalis, capellani Sancti Stephani, et Ar^us de Vallebrer [a ?], notarius Ilerde, et B. de la Mola, testis.

Petrus de Bellopodio, notarius publicus Civitatis Urgellensis, scripsit hoc, mandato Johannis Dominici, capellani Sancti Odonis (s. man.), die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. capit. d'Urgel, armoire 8, caisse : *Enquestes* 4.)

74

11 DÉCEMBRE 1278

Roger-Bernard III, comte de Foix, donne, sous réserve d'usufruit, le vicomté de Castelbon à sa fille Constance, en vue de son mariage avec Jacques, infant d'Aragon ; à la condition que ledit mariage ait réellement lieu et que Constance n'obtienne pas en dot les terres de Gaston de Béarn en Catalogne.

In Christi nomine. Sit omnibus manifestum quod nos Rotgerius Bernardi, Dei gratia comes Fuxensis, per nos et nostros, damus et concedimus, perfecta et irrevocabili donatione inter vivos, vobis karissime primogenite nostre Constancie, que contrahere debetis matrimonium cum inclito infante Jacobo, illustris domini Petri, Dei

gratia regis Aragonum, filio, et vestris perpetuo, totum nostrum vicecomitatum Castriboni, cum castris, fortitudinibus, villis, mansis et aliis locis et cum montibus et planis et cum aquis et nemoribus et silivis et cum militibus et dominabus et aliis hominibus in ipso vicecomitatu et locis habitantibus et habitaturis et cum questiis, fortiis, toltis, servitutibus, ademprivis, justiciis, jurisdiccionibus et omnibus aliis juribus que nobis in ipso vicecomitatu vel ratione ipsius competunt et competere possunt seu debent aliqua ratione, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum intellectum ; extrahentes hec omnia et singula de nostro nostrorumque jure, dominio et posse eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque jus, dominium et posse mittimus et transferimus irrevocabiliter, tamquam rem vestram propriam, ad habendum et tenendum et perpetuo possidendum et ad faciendum vestras, libere, voluntates. Salvamus tamen et retinemus nobis in hac donacione usumfructum tocius dicti vicecomitatus et locorum ejusdem ; ita quod nos, in vita nostra, teneamus et possideamus ipsum usufructuario jure et recipiamus redditus, exitus et proventus ejusdem. Post obitum vero nostrum predictus ususfructus sit finitus et cedat in jus et dominium vestri et vestrorum. Retinemus etiam nobis et excipimus ab hac donatione quod, si forte, quod absit, non fieret dictum matrimonium inter vos et dictum infantem Jacobum, quod hec donatio sit cassa et vana et nullius valoris. Verum, si nos possemus procurare et facere quod habeatis, pro dote vestra, terram quam nobilis Gasto, vicecomes Bearnensis, habet in Catalonia et in insula Majo[ricarum], donatio quam vobis facimus de vicecomitatu Castriboni sit cassa et invalida, hoc intellecto quod si contigerit nos decedere sine filiis legitimis et naturalis . . . . vos vicecomitatus pred. . . . . infante Jacobo predicto . . . . Volumus etiam . . . . vimus de presenti quod, si contingat nos dictum comitem . . . . sine filio vel filiis masculis legitimis et naturalis . . . . cum infante Jacobo predicto et suscipiendo prolem ex eo vobis superstite, habea-

tis vos et vestri, pleno jure, comitatum Fuixi, usque ad passum Barre, et loca de Veriles et de Pamies et de Savardun cum omnibus pertinenciis........... et statuimus et ....nostre quod omnia alia loca que nobis retinemus, tam in Carcassonensi quam in aliis locis, teneantur pro vobis ad feudum, in eo casu in quo comitatus Fuixi ad vos debeat pertinere; et, licet dictum sit supra quod, post mortem nostram, in casu non existencium filiorum masculorum, ad vos perveniant dicti comitatus et vicecomitatus, non intelligimus quod hec sit donatio causa mortis; immo sit donatio inter vivos, que nullo modo valeat revocari, nisi in eo casu quando filius vel filii masculi superviverent michi et si proles non superessent vobis ex matrimonio antedicto; et in ipsis casibus predicti comitatus et vicecomitatus remaneant propinquioribus nostris vel illis quibus nos ipsos dimiserimus et quod tunc possitis testari de sex milibus marcharum argenti, non tamen de aliquibus locis vel terris. Et, ad majorem securitatem, juramus per Deum et ejus sancta quatuor evvangelia, manibus nostris corporaliter tacta, predicta attendere et complere. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus apponendum. Actum est hoc tercio idus decembris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo. S+num Rotgerii Bernardi, Dei gratia comitis Fuxensis, qui hec laudamus, firmamus et juramus.

Testes hujus rei sunt : magister R. de Bizulduno, archidiaconus Terancone in ecclesia Ilerde; magister G. Garrici, doctor legum; Blasius Eximini de Ayerbe et Comengesius, milites.

Signum (s. man.) Petri Marchesii, notarii publici per totam terram et dominationem domini regis Aragonum, qui hec scribi fecit et clausit, cum litteris rasis in secunda linea, ubi dicitur : *et*, die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre II, n° 117.)

75

16 DÉCEMBRE 1278

Bail en commende du château et de la ville de Pons consenti, pour huit années, en faveur de Roger-Bernard III, comte de Foix, par Pierre III, roi d'Aragon.

Noverint universi quod nos P., Dei gratia rex Aragonum, per nos et nostros, cum assensu et voluntate nobilis Ermengaudi, comitis Urgellensis, tradimus in comanda vobis nobili viro Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi, et vestris, castrum et villam de Pontibus, cum juribus et pertinenciis suis, in hunc videlicet modum quod teneatis pro nobis predictum castrum et villam de Pontibus, hinc usque ad octo annos proxime venturos, et ex tunc, cum nobis placuerit; ita quod, infra dictos octo annos, non possitis dictum castrum et villam de Pontibus restituere nobis, nisi peterem[us] ipsum a vobis; elapsis vero octo annis predictis, possitis nobis, si volueritis, restituere predictum castrum; et fructus sive redditus quas receperitis, dum predictum castrum tenueritis, non teneamini nobis reddere nec computare nobiscum de eisdem, salva tamen nobis obligatione predicti castri et reddituum ejusdem, racione debiti quod dictus Ermengaudus, comes Urgelli, nobis debet, pro quo vos nobis fidejussistis; promittentes etiam vobis quod, si aliquis tangeret vel forciaret aliquid in castro predicto, quod deffendemus et juvabimus vos et castrum predictum, recipientes a vobis comite Fuxensi predicto, in presenti, homagium ore et manibus, secundum usaticum Barchinonense ac etiam juramentum.

Nos siquidem Rotgerius Bernardi, comes Fuxensis predictus, recipientes a vobis dompno rege Aragonum, supradicto, in comanda castrum et villam de Pontibus, supradictam, promitimus vobis restituere ipsum, tunc statim cum a vobis fuerimus requisiti, et quod predictum castrum et villam vobis dimitere non posimus (*sic*) infra spacium octo anorum (*sic*) supradictorum, nisi de vestra proceserit

voluntate, facientes, in presenti, vobis domino regi, predicto, pro predictis omnibus et singulis attendendis homagium ore et manibus, secundum usaticum Barchinone, jurantes nichilominus ad sancta Dei evangelia omnia predicta et singula attendere et complere et nullo contravenire. Actum est hoc XVII kalendas januarii, anno Domini millesimo CC°LXX° octavo. Sig + num P., Dei gratia regis Aragonum predicti, qui hec laudamus, concedimus et firmamus. Sig + num Rogerii Bernardi, comitis Fuxensis predicti, qui hec laudamus, concedimus et firmamus et juramus et homagium facimus. Sig + num Arnaldi Rogerii, comitis Palariensis. Sig + num nobilis R[i] de Peralta. Sig + num Xanici, legum doctoris. Sig + num P. Marquesii, scriptoris domini(s) regis predicti, testium.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 43, f° 134 v°.)

76

16 DÉCEMBRE 1278

Pierre III, roi d'Aragon, promet à Ermengaud X, comte d'Urgel, de lui rendre, lorsqu'il aura vingt-cinq ans, le château et la ville de Pons tenus en commende par Roger-Bernard III, comte de Foix.

Noverint universi quod nos P., Dei gratia rex Aragonum, per nos et nostros, convenimus et promitimus vobis nobili Ermengaudo, comiti Urgellensi, et vestris quod, incontinenti cum fueritis etatis viginti et quinque annorum, restituemus vobis castrum et villam de Pontibus, quod nobilis Rotgerius Bernardi, comes Fuxensis, a nobis tenet in comanda, per vos a nobis tenendum et habendum sub pactis et condicionibus contentis in publico instrumento, per alfabetum diviso, inde confecto inter nos et vos per manum Petri Marchesii, scriptoris nostri et notarii publici per totam terram nostram, tercio idus decembris anno infrascripto, vobis tamen et vestris adimplentibus et observantibus convenientias et pacta predicta et renovantibus seu facientibus de novo tunc nobis homa-

gium et juramentum et facientibus etiam ea firmari, laudari et concedi plenarie ab Alvaro, fratre vestro, vel ejus heredibus. Actum est hoc XVII° kalendas januarii, anno Domini M°CC°LXX°VII°I. Sig + num Petri, Dei gratia regis Aragonum, superius nominati, qui hec laudamus, concedimus et firmamus. Sig + num A^{i} Rotgerii, comitis Pallariensis. Sig + num nobilis R^{i} de Peralta. Sig + num Poncii de Ripellis. Sig + num magistri G^{i} Garrici, legum doctoris. Sig + num Petri Martini de Artesona, justicie Aragonum, testium.

Sig (s. man.) num mei Petri de Solerio, notarii publici Ilerdensis, qui predictis omnibus interffui, publicavi et scribi feci die et anno prefixis.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 47, f° 1.)

77

17 DÉCEMBRE 1278

Pierre III, roi d'Aragon, promet à Roger-Bernard III, comte de Foix, de l'appuyer dans la revendication de ses droits sur les terres de Catalogne et de Majorque appartenant à Gaston, vicomte de Béarn.

Noverint universi quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum, convenimus et promitimus vobis nobili viro Rotgerio Bernardi, comiti Fuixensi, quod nos in jure vestro juvabimus vos ad habendum et obtinendum terras, civitates, castra, villas et omnia alia loca que nobilis Gasto, vicecomes Bearnensis, habet in Cathalonia et in insula Majoricarum contra quascumque personas, preter dictum Gastonem contra quem vos juvabimus quantum de jure debebimus. Actum est hoc XVI° kalendas januarii anno Domini millesimo CC°LXX° octavo.

Signum + Petri, Dei gratia regis Aragonum, qui hec laudamus et firmamus. Testes sunt : magister R. de Bisuldono, archidiaconus Teranconensis in ecclesia Ilerdensi, magister G. Garrici, doctor legum, Blasius Eximini de Ayerbo et Comengesius miles.

Signum (s. man.) Petri Marchesii, scriptoris domini regis et

notarii publici per totam terram et dominacionem suam, qui, mandato ejusdem, hec scribi fecit et clausit die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 75. — *Copie.* Bibl. nat., Armoires de Baluze, vol. 81, f°s 360 v° — 361. — Decamps, vol. 60, f° 346. — Doat, vol. 173, f° 343.)

78

18 DÉCEMBRE 1278

Promesse faite par Pierre III, roi d'Aragon, à Roger-Bernard III, comte de Foix, de ne pas lui réclamer, pendant huit années, les châteaux et lieux de Balaguer, Agramunt, etc., qu'il lui avait donnés en commende.

Noverint universi quod nos P., Dei gratia rex Aragonum, per nos et nostros, convenimus et promitimus vobis nobili viro Rotgerio Bernardi, comiti Fuxensi, et vestris quod, licet castra et loca de Balagerio, de Acrimonte, de Lineola, de Alibesia, de Hivarçio, de Castilione, de Boix et de Menargiis a nobis receperitis in comanda, cum condicionibus et pactis contentis in instrumento per alfabetum diviso per notarium infrascriptum confecto, quod dicta castra vel loca a vobis non petemus ratione comande predicte infra spacium octo annorum, vobis tamen, durante tempore dicte comande, faciente et complente nobis de dictis castris et locis omne illud quod Ermengaudus, comes Urgelli, nobis promisit se facturum et completurum, ut in instrumento per alfabetum diviso per P. Marchesii, scriptorem nostrum, confecto plenius continetur. Actum est hoc XV° kalendas januarii, anno Domini M°CC°LXX°VIII°. Sig + num Petri, Dei gratia regis Aragonum, superius nominati, qui hec laudamus, concedimus et firmamus. Sig + num Petri Marchesii, scriptoris domini regis predicti. Sig + num magistri G[i] Garrici, legum doctoris, testium. Sig (s. man.) num mei Petri de Solerio, notarii publici Ilerdensis, qui predictis omnibus interffui et publicavi et scribi feci die et anno prefixis.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 43, f° 134 v°.)

79

20 JANVIER 1279 (n. st.)

Roger-Bernard III, comte de Foix, et autres seigneurs promettent à Pierre III[1] d'Aragon, sur l'ordre du roi de Majorque, d'observer les conventions passées entre lesdits rois au sujet du royaume de Majorque.

Noverint universi quod nos Rogerius Bernardi, Dei gratia comes Fuxensis, et Guilelmus de Caneto et Bernardus Hugonis de Serralonga et Dalmacius de Castronovo et Poncius de Guardia et Arnaldus de Corsavino et Guilelmus de Sono, de mandato domini regis Majoricarum, promittimus, per nos et successores nostros, vobis domino Petro, Dei gratia illustri regi Aragonum, et vestris servare et complere composicionem et pactiones initas inter vos predictum dominum regem Aragonum et dominum Jacobum, regem Majoricarum, super questione seu petitione quam vos dictus dominus rex Aragonum movistis seu fecistis contra dictum dominum regem Majoricarum de regno Majoricarum et insulis sibi adjacentibus et de comitatibus et terris Rossilionis, Ceritanie, Confluentis, Vallispirii et de Cauquolibero et villa Montispesulani et castris et terminis ejusdem. Et promittimus nos facturos et curaturos quod predicta omnia serventur, obligantes nos et nostros quod predicta servabimus et servari faciemus, in perpetuum, pro toto posse nostro et non permittemus aliquem contravenire. Et promittimus quod, ad predicta servanda, faciemus totum posse nostrum. Promittimus etiam, per nos et nostros, vobis predicto domino regi Aragonum quod, si forte heredes vel successores dicti domini regis Majoricarum nollent servare et complere predictam compositionem et pacciones et omnia et singula contenta in instrumento dicte compositionis, nos non juvabimus nec deffendemus dictos heredes vel successo-

1. Pierre II, comme comte de Barcelone.

res dicti domini regis Majoricarum contra vos vel vestros in aliquo, donec predicta fuerint completa per eos; ymo obligamus nos et nostros facturos et curaturos quod dicti heredes et successores dicti domini regis Majoricarum complebunt et servabunt omnia et singula contenta in instrumento dicte compositionis; pro quibus omnibus complendis et observandis juramus per Deum, tactis corporaliter sacrosanctis IIII^or Dei evangeliis, et homagium facimus vobis dicto domino regi Aragonum, de voluntate et mandato dicti domini regis Majoricarum. Et, predictis completis per eos, nos simus absoluti et liberati a predicta obligatione. Verum si vos vel heredes vestri veniretis contra dictam compositionem, in totum vel in partem, vel eam non servaretis, non teneamur ad predicta, quamdiu vos vel heredes vestri contraveniretis vel non servaretis.

Ad hec nos Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum predictus, volentes et mandantes vobis dictis richis hominibus et militibus et vestris quod predicta omnia observetis et observari faciatis, et quod, pro predictis complendis, dicto domino regi Aragonum sacramentum et homagium faciatis, absolvimus, quantum ad hec, vos et vestros ab omni dominatione, sacramento, fidelitate et homagio quibus nobis estis obligati, donec per dictos heredes et successores nostros fuerint predicta completa et observata.

Actum est hoc XIII kalendas februarii, anno Domini millesimo CC° L XX°VIII°. — Sig + [1] num Rogerii Bernardi, Dei gratia comitis Fuxensis, et Guilelmi de Caneto et Bernardi Hugonis et Dalmacii de Castronovo et Poncii de Gardia et Arnaldi de Corsavino et Guillelmi de Sono predictorum qui hec omnia laudamus.

Sig + [2] num Arnaldi Rogerii, comitis Palariensis, et Petri de Queralt et Bernardi de Anglerola et Bernardi de Ulmis et Berengarii de Sancto Johanne, testium. Ego Guillelmus Veyrierii hanc cartam scripsi, mandato Arnaldi Mironi. Arnaldus Mironi, scriptor publicus Perpiniani, in cujus posse dictus dominus rex Majoricarum laudavit et firmavit predicta, et predicti richi homines firmave-

---

1. Sept croix.
2. Cinq croix.

runt et juraverunt predicta et, eo presente, dictum homagium fecerunt, subscripsit et hoc sig (s. man.) num fecit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre II, n° 124. — *Copie.* Id. reg. 47, f° 7.)

80

BARCELONE, 11 AVRIL 1279

Pierre III, roi d'Aragon, donne à Guilabert de Cruylles sa procuration pour obtenir de Roger-Bernard III, comte de Foix, la réalisation du mariage de sa fille Constance avec l'infant Jacques et l'accomplissement des autres conventions passées avec lui.

Nos P., et cetera, constituimus et ordinamus certum et specialem procuratorem nostrum vos nobilem virum Guilabertum de Crudiliis ad requirendum, ex parte nostra, a nobili Rogerio Bernardi, comite Fuxensi, quod, juxta pacem et conveniencias initas inter nos et ipsum comitem super matrimonio contrahendo inter karissimum filium nostrum infantem Jacobum et Costanciam, primogenitam filiam ejusdem comitis, vallatas per hommagium et juramentum a dicto comite nobis prestita, ad consummationem ipsius matrimonii et convenienciarum procedat et ad conveniendum seu reptandum eundem comitem in curia illustris regis Francie, de fide et fractione homagii et juramenti predictorum, et ad omnia alia faciendum circa predicta, que non facere possemus personaliter constituti, habentes ratum et firmum quicquid per vos actum seu procuratum fuerit in predictis. In cujus rei testimonium presens instrumentum sigillo nostro fecimus roborari. Datum Barchinone III° idus aprilis, anno Domini M°CC°LXX° nono.

P. Marchesii.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 41, f° 56.)

81

BARCELONE, 11 AVRIL 1279

Pierre III, roi d'Aragon, ordonne à Guilabert de Cruylles de requérir de Roger-Bernard III, comte de Foix, devant la cour du roi de France, la réalisation de la promesse de mariage entre sa fille Constance et l'infant Jacques ainsi que l'exécution de toutes les conventions passées entre eux.

P., et cetera, viro nobilo et dilecto Guilaberto de Crudiliis, salutem et dilectionem. Cum comes Fuxensis non veniat plano modo ad consumationem matrimonii quod contractum fuit inter nos et ipsum de Jacobo, filio nostro, et Constancia, filia sua, licet in ipso matrimonio nos non intendamus in nobis honoris vel utilitatis augmentum, non sumus in proposito faciendi dicto comiti, super predictis, aliquam gratiam vel amorem. Cum igitur idem comes, scriptis homagio et juramento per eum nobis prestitis super consummatione dicti matrimonii, ut, per transumptum dictarum convenienciarum inter nos et ipsum initarum quod vobis mitimus, videbitis contineri, diffugiose et fraudulose a dicto negocio dicedere videatur, mandamus vobis quatenus in curia illustris regis Francie, coram viris prudentibus, amicabiliter requiratis a dicto comite quod, secundum pacta inita inter nos et eum, ad consummationem dicti negocii procedat. Si vero idem comes eisdem per vos ab eo petitis minus idonee responderet, conveniatis ipsum seu reptetis de fide, qua nobis est, ut predicitur, obligatus. Datum ut supra [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 41, f° 56.)

---

1. La pièce précédente est datée de Barcelone, le 3 des ides d'avril 1279.

82

13 JANVIER 1280 (n. st.)

Pierre III, roi d'Aragon, prie le roi de France de juger, devant sa cour, le comte de Foix qui refuse d'exécuter les conventions passées avec lui.

Eidem regi Francie et cetera. Serenitati vestre notum facimus quod inter nos et nobilem comitem Fuxensem fuerunt inita quedam pacta, homagio et sacramento ipsius comitis vallata et firmata, super facto comitatus Urgelli, que ipse recusat attendere, ut promisit; super quibus, cum in vestra, licet in nostra possemus, curia, ad hoc ne curiam nostram dicat se habere suspectam, ipsum proposuimus convenire, vestram roga[mus] dilectionem quatinus ad diem vistarum inter vos et nos celebrandarum vocare debeatis et eum convenire super predictis in vestra curia et presentia valeamus. Datum ut supra [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 47, f° 92 v°.)

83

VALENCE, 22 FÉVRIER 1280 (n. st.)

Pierre III, roi d'Aragon, accuse réception de ses lettres de défi à Roger-Bernard III, comte de Foix, et se déclare encore disposé à entrer en arrangement avec lui.

Al comte de Foix. Recebem vostres letres quens aporta Dau (*sic*) Engles, troter vostre, en les quals nos trameses a dir queus desexietz de nos, de la amor e d'aquella paria que avietz ab nos, que d'aqui adavant nons en fossetz tengutz, per alcunes rahons contengudes en aquelles letres, les quals, segons que vos e nos

1. L'acte précédent est des ides de janvier 1279 (v. st.).

sabem, no son veres; on nos vos responem que nos totavia fom aparalatz de pendre e de fer dret e tot ço que deguessem a vos e an R. Folch e al comte de Paillars e a totz altres a qui nos demanassem o a qui nos demanassem res; e encara offerim que som aparalatz de fer dret a vos e a els e de pendre dret de vos e dels e de fer vos jutjar, axi com devia, segons los usatges de Barcelona. Datum Valencie VIII° kalendas marcii [1].

De consilio [2].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 42, f° 225.)

84

VALENCE, 23 FÉVRIER 1280

Pierre III, roi d'Aragon, demande secours au roi de Majorque contre Roger-Bernard III, comte de Foix, le comte de Paillars, Raimond-Foulques, vicomte de Cardone et autres seigneurs qui lui ont envoyé leurs lettres de défi et commis toutes sortes de dégâts sur ses terres.

Illustri regi Majoricarum et cetera. Noverit dilectio vestra quod, die jovis VIII° kalendas martii, recepimus literas nobilium comitis Fuxensis et comitis Pallariensis, R[i] Fulconis de Cardona, Bernardi de Portella, R[i] Rotgerii, Bernardi Rotgerii de Arill, R[i] de Angolaria, G[i] de Bellera, G[i] R[i] de Josa et Poncii de Ribellis, in quibus litteris desexiverunt se de nobis nobiles supradicti; ante quod acuyndamentum bene per mensem, non verentes usaticos violare et omni juri et consuetudini contrahire, invaserunt terram nostram, capiendo homines et bona terre nostre et locorum religionum et eorum aliquos occidendo et ipsam terram ac subditos multimodo

1. Plus haut : 1279 (v. st.).

2. De semblables lettres furent envoyées au comte de Paillars, à Raimond-Foulques, vicomte de Cardone, à G. de Bellera, à Raimond-Roger, à Bernard-Roger d'Arill, à R. de Anglerola, à Bernard Ça Portella, à Ponce de Ribelles, à Guillaume-Raimond de Josa.

dampnificando, potestates etiam castrorum que aliqui eorum a nobis tenent in feudum et quas ab eis petieramus nobis dari non sunt veriti denegare; nos autem parati fuimus semper facere et recipere jus ab eis. Propter que, cum ad procedendum contra predictos et eorum valitores, justicia et nostrorum subditorum deffensione postulantibus, defficere non possimus, vos requirimus et rogamus quatenus paretis vos ad valendum nobis et interim mandetis subditis vestris ut, quociens per nos vel officiales nostros fuerint requisiti, sequantur nos et eos [qui] pro nobis et ipsis faciant sicut pro persona vestra facerent et quod diligenter custodiant se et sua ne per dictos inimicos nostros dampnum eis proveniat inprevise nec de victualibus et armis aut rebus eorum inimici nostri predicti valeant in aliquo se juvare. Datum Valencie VII° kalendas martii [1].

P. de Sancto Clemente.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 42, f° 222 v°.)

85

VALENCE, 18 MARS 1280 (n. st.)

Pierre III, roi d'Aragon, déclare à l'infant Alphonse, son fils, qu'il entend exiger de Roger-Bernard III, comte de Foix, l'entier accomplissement des conventions faites avec lui et qu'il refuse l'arbitrage du dit comte pour le règlement des difficultés qui existent entre lui et Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, et autres barons.

Karissimo et dilecto filio suo infanti Alfonso. Recepimus litteras vestras formam pacis tractatam ex parte comitis Fuxensis continentes; et super eo quod de castris comitatus Urgelli et de Pontibus et de Montemagastro offerebatur per dictum comitem nobis dari facere potestates et fidelitatem fieri de vicecomitatu, vobis taliter respondemus quod instrumenta publica extant de pactis initis inter nos et dictum comitem ac comitem Urgellensem super dictis comi-

1. Plus haut : 1279 (v. st.).

tatu et vicecomitatu et nullum ex ipsis pactis infringi consentiremus aliquo modo, quia ex hoc fieret prejudicium juri nostro; et neque dicti comites neque alii fautores eorum dederunt nobis rationem quod de jure nostro eis aliquid dimittere debeamus. Ad aliud vero quod scripsistis de facto R. Fulchonis et aliorum richorum hominum sic respondemus quod de illo facto vel aliquo alio baronum Catalonie nunquam comes Fuxensis erit judex vel arbiter noster, quia volumus cavere nobis ne de cetero, sicut jam fecit, possit se jactare in Franciam vel alibi quod sit in manu sua guerregiare nos cum baronibus Catalonie vel eos facere componere nobiscum. Set parati sumus quod, restitutis primo a dicto R. Fulchonis et aliis supradictis dampnis et maleficiis per eos illatis nobis et terre nostre, de omnibus questionibus que intervenerint inter nos et eos, recipiamus jus et faciamus ac eis judicem vel judices assignemus, secundum usaticum Barchinone. Datum Valencie XV kalendas aprilis [1].

P. de Sancto Clemente.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 47, f° 93 v°.)

86

SIÈGE DE BALAGUER, 21 JUIN 1280

Lettre de Pierre III, roi d'Aragon, à Roger-Bernard III, comte de Foix, au sujet des difficultés de celui-ci avec en *Comenges.*

Nobili viro Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi, salutem et dilectionem. Fem vos saber que, per rao de les letres que vos tramezes an Comenges, en les quals se contenia qu'en aytant com s'estava que nous fermava dret qu'en era vestre baare; a les dites cozes lo dit Comenges vos respon per carta, segons que en aquella es contengut, lo dit Comenges ha fermat bastantment en nostre poder de tenir en peus a son par, en poder de cort criminal, de que vos e

1. Au recto : 1279 (v. st.).

ell vos avenguts, ço que el vos tramet a dir en la dita resposta e quan vos e ell vos siats avenguts de la cort criminal nos aurem lo dit Comenges en poder de la dita cort per tant en peus, zo queus tramet a dir. Datum in obsidione Balagerii, XI° kalendas julii anno Domini M°CC°LXXX°.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 48, f° 47 v°.)

87

SIÈGE DE BALAGUER, 7 JUILLET 1280

Pierre III, roi d'Aragon, proteste auprès du sénéchal de Carcassonne contre le projet de plusieurs barons français et anglais de venir au secours de Roger-Bernard III, comte de Foix.

Nobili viro senescalco Carcassone salutem et dilectionem. Vestram prudenciam credimus non latere qualiter comes Fuxensis cum quibusdam vassallis nostris Catalonie, ausu temerario, spreto dominio nostro ac regia magestate, contra nos et terram nostram conspiracionem inivit, terram nostram et homines nostros invadendo, cremando villas et castra expugnando, ignem etiam inmitendo et alias multipliciter offendendo, quod longum esset literatorie explicare, nobis in regno Valencie pro quibusdam arduis negociis personaliter existentibus, super quibus vicarii nostri, juxta usum et scriptas consuetudines terre nostre, dictum comitem et alios nostros vassallos ad faciendum complementum justicie super predictis per suas literas citaverunt; et respuentes de predictis nobis facere justicie complementum, ad majorem nostram injuriam, nos per suas literas difidarunt; quibus literis diffidamenti ab eis receptis, respondimus eis per nostras literas quod parati eramus ab eis jus recipere super dampnis et injuriis per eos nobis illatis et eisdem facere, si quas contra nos vel homines nostros peticiones seu demandas facere intendebant; quod ipsi recipere noluerunt, immo dampna dampnis et injurias injuriis postmodum cumularunt. Propter quod nos, volentes justiciam exercere, cum nobis ipsis vel hominibus nostris in justicia difficere non possimus, procedimus secundum

jus in justiciam contra predictum comitem et alios supradictos adhuc in sua rebellione et pertinacia persistentes. Verum, quia intelleximus quod quidam barones et milites de districtu regis Anglie manu armata contra nos et terram nostram venire proponunt, ad impediendam, si possent, exequcionem quam nos contra predictos raptores, malefactores et rebelles facimus et intendimus facere, justicia exhigente (*sic*), non sufficimus admirari quod milites vel alii homines de districtu regis Francie tante temeritatis existant quod, sine licencia seu permissione dicti regis, sint ausi intrare regnum nostrum contra nos, manu armata, qui sumus cum dicto rege Francie tanto vinculo conjuccionis (*sic*) et dileccionis astricti. Miramur etiam de vobis quod milites de districtu regis Anglie transire cum armis per districtum regis Francie, ut intelleximus, permisistis, cum alias sit prohibitum omnibus in terra illa arma offensionis portare. Et, si contingat predictos nobiles terram nostram intrare, quod fieret in nostri prejudicium et gravamen, et nos vel aliqui amici nostri vellemus dampnum dare ipsis et terris eorum, rogamus vos quod predictos nobiles vel terras eorum non deffendatis nec deffendi ab aliquo permitatis. Datum in obsidione Balagerii, nonas julii.

P. Marches.

Similis senescalco Tolosano.

Similis senescalco regis Anglie in Vasconia.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 48, f° 75 v°.)

88

1280 [1]

Conditions mises par Pierre III, roi d'Aragon, à la sortie de prison de Roger-Bernard III, comte de Foix.

Lo comte de Foix retra los castells e els locs que te en commanda del seynor rey ab cartes e livrara sa filla que ha afermada ab l'in-

1. Cet acte est placé dans le registre entre une pièce du VII des kal. de sept. 1280, qui se trouve à la page précédente, et un document du VIII des ides de sept., qui le suit immédiatement.

fant don Jayme e dar lur ha ades lo vezcomtat de Castelbo per donatio entre vius e metrals ne en possessio, e fara fer ades homenatye (*sic*) a tots los cavallers els hommes (*sic*) del vezcomptat a els e al seynor rey per ells. E aquells qui tendran los castells quels tenguen per ells; e retendra el comte a si usufruit a tota sa vida, e quey pusca mudar alcaits e batles e officials, axi empero que aquells qui hi seran qui hauran fet l'omenatye no pusquen exir tro que aquells que mudar y volrra (*sic*) aien fet l'omenatye a don Jayme e a la filla e al seynor rey per ells; e, si esdevenia que muris aquesta filla, que fos l'altra ab aquestes coses muller d'en Jayme, e si aquellas (*sic*) muria, la altra apres, e si aquella muria, l'altre apres. E, aço fet, sia delivrat el comte.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 44, f° 190 v°.)

89

HUESCA, 13 SEPTEMBRE 1280

Protestation de Jacques, infant d'Aragon, contre le mariage que le roi son père veut lui faire contracter avec Constance, fille de Roger-Bernard III, comte de Foix.

Noverint universi quod, cum nos infans Jacobus, filius illustrissimi domini Petri, Dei gratia regis Aragonum, intellexerimus quod idem dominus Petrus, karissimus pater noster, promiserit nobili domino Bernardo, comiti Fuxensi, quod nos traderet in virum legitimum domine Constançie, filie comitis memorati, nolentes in dictam dominam Constanciam consentire tanquam in uxorem vel sponsam, dicte promissioni, quam pater noster fecisse dicitur de predicto matrimonio contrahendo inter nos et prefatam Constanciam, contradicimus quantum possumus et ipsam ratam non habemus nec habere proponimus. Quod est actum apud Oscam in domo Blaignii Petri de Azlor, nutricii domini Jacobi memorati, idus septembris anno Domini M°CC° octuagesimo, presentibus et ad hoc vocatis testibus : magistro Aldeberto, preposito Oscensi, Petro Martini, justicia Aragonum, et dompno Blasco Petri de Azlor et Ferrando Petri de

Pina et Ennecho Lupi de Jassa, portario majori domini regis. Et ego Michael de Barrionovo, publicus Oscensis notarius, hiis omnibus interfui et, de mandato dicti domini Jacobi, hanc cartam scripsi et hoc sig(s. man.)num meum apposui assuetum in testimonium premissorum.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre II, n° 212.)

90

LÉRIDA, 5 MARS 1281 (n. st.)

Lettre de défi adressée par Pierre III, roi d'Aragon, à Roger-Bernard III, comte de Foix, en réponse à celle que le dit comte avait envoyée à B. de Vilamur, comme allié du dit roi.

Rotgerio Bernardi, comiti Fuxensi. Intelleximus per Bn. de Vilamuro, militem, quod vos desexistis vos de ipso et hominibus suis, eo quia erat valitor noster; unde cum ipse Bn. sit noster valitor et fuerit nobiscum in obsidione Balagerii et ideo habeamus ipsum deffendere et juvare, deseximus nos de vobis hac de causa, ita quod faciemus ipsum Bn. et homines suos per homines et subditos nostros manuteneri et deffendi. Datum Ilerde III° nonas martii [1]. P. de Bonastre.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 49, f° 44 v°.)

91

VILLANOVA DE SEXENA, 6 MARS 1281 (n. st.)

Pierre III, roi d'Aragon, écrit à Roger-Bernard III, comte de Foix, au sujet du défi que celui-ci avait adressé, de sa prison, à B. de Vilamur.

Rotgerio Bernardi, comiti Fuxensi. Vestras recepimus litteras in quibus nobis dici transmisistis quod mirabamini de nobis quia vos diffidaveramus pro Bn° de Vilamuro. Continebatur etiam in eisdem

1. Au f° précédent : 1280 (v. st.).

quod non erat nobis magnum efforç (*sic*) garrigiare cum homine capto; ad que vobis respondemus quod nedum displicet nobis garrigiare vobiscum exis[tenti] in captione, etiam, ubi captus non essetis, displiceret nobis habere gerram vobiscum. Preterea, ubi nos non deb[eremus] vos diffidare qui capti estis, quod non fecimus, vos superbiose processistis qui, existendo captus, diffidastis aliquem ratione servicii quod nobis exhibuerat. Preterea in litera nostra non continetur quod vos diffidaverimus set misimus vobis dici quod, ex quo vos diffidabatis dictum Bn. qui in servicio nostro fuerat et homines vestri.....................sibi malum facere, quod nos mandaremus hominibus nostris quod deffenderent ipsum ne homines vestri possent sibi malum aliquod inferre. Datum in Villanova de Sexena II° nonas martii [1]. P. Marches.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, rég. 49, f° 47 v°.)

92

PALAIS DE L'ÉVÊQUE DE LÉRIDA, 23 AOUT 1281

Arnaud Taverner et Bernard del Prat, juges délégués par Pierre III [2], roi d'Aragon, décrètent contre Arnaud-Roger, comte de Paillars, à raison de sa rébellion contre le dit roi, une amende de 100.000 marcs d'argent et de 50.000 sous, ainsi que la confiscation de tous les fiefs qu'il tient du susdit roi.

Anno Domini M°CC°LXX°X primo. In causa que vertitur vel verti speratur inter illustrissimum dominum regem Aragonum, agentem ex una parte, et nobilem Arnaldum Rogerii, comitem Pallariensem, ex altera deffendentem, dominus rex constituit judices : Bernardum de Prato et Arnaldum Tabarnarii, qui judices assignaverunt diem ad procedendum in dicta causa partibus, ad diem martis que intitulatur XIIII calendas september (*sic*). Ad quam diem comparuit R. de Toylano, procurator constitutus a dicto domino

1. Au f° 43v° : 1280 (v. st.).
2. Pierre II, comme comte de Barcelone.

rege apud acta ad totam causam, et dictus nobilis A. Rogerii, comes Pallariensis, pro se ; et R. de Toylano incontinenti obtulit peticionem contra dictum nobilem A. Rogerii, comitem Pallariensem, cujus peticionis tenor talis est :

Coram vobis A. Taverner et Bernardo de Prato, judicibus a domino rege Aragonum delegatis, proponit idem dominus rex, nomine suo et hominum suorum, contra nobilem A. Rogerii, comitem Pallariensem, quod, cum ipse dominus rex esset in regno Valencie et fuerit etiam longo tempore, pro eo quia Sarraceni in dicto regno existentes erexerant se contra predictum dominum regem et terram suam et rebellarunt cum multis castris et fortaliciis contra eundem dominum regem, adducendo etiam milites Sarracenos ad terram Valencie de partibus Granate et de partibus Barbene, in maximum desonorem (*sic*) et dispendium terre sue et tocius christianitatis, in tantum quod idem dominus rex coactus fuit magnos contra ipsos Sarracenos exercitus congregare et cum magnis cedibus, laboribus et expensis ipsos Sarracenos divincens, divina gracia juvante, sue dicioni reduxit ; vix itaque agarenorum negocio sic peracto, eodem domino rege in ipso regno permanente, nobilis Rogerius Bernardi, comes Fuxensis, Ermengaudus, comes Urgellensis et Alvarus, frater ejus, R. Fulconis et predictus A. Rogerii, comes Pallariensis, Bernardus Rogerii de Erill et R. Rogerii, R. de Angularia, Guillelmus Raimundi de Josa, omnes predicti existentes naturales sui et de terra sua et eorum etiam aliqui ejusdem domini regis vassalli pro multis feudis que pro ipso domino rege tenet (*sic*), facta conjuratione et conspiracione, predicto domino rege absente et in predicto regno Valencie existente pro reformacione ipsius terre, crudeliter quam plurimum, prout dictum est, a predictis Sarracenis perfidis devastate, predicti nobiles contemptibiliter, cum multitudine armatorum, tam militum quam peditum, fuerunt terram ipsius domini regis agresi, faciendo insultus contra civitates, villas, castella, mansos, loca religiosa et ecclesiastica et stratas publicas et privatas ac alia loca et terras ipsius domini regis expugnando et invadendo sajones domini regis, exercentes officium sajonie, capiendo, vulnerando ac etiam occidendo, ignem

imitendo et homines in domiciliis propriis concremando et virgines captas deflorando, res etiam et bona que in predictis locis inveniebant devastando, capiendo et secum asportando, homines etiam captos incarcerando et redimi faciendo et alia multa maleficia atrocissima comitendo et homines extraneos et de terra extranea venientes contra dominum regem predictum et terram ipsius receptando et etiam sustinendo et cum eisdem dampna plurima inferendo, dicto domino rege absente et postmodum in Catalonia existente, fatica juris in eo super aliquo non inventa, immo super perferimento de directo ab ipso domino rege eisdem oblato et in maximum dispectum, contemptum et opprobrium regie magestatis et dominacionis sue; propter quia, cum fuissent legitime moniti et citati a domino rege et a suis vicariis ut de predictis malefactis et maleficiis seu criminibus facerent domino regi et conquerentibus de eisdem justicie complementum, et, cum hoc facere recusassent, fuerunt per ipsum dominum regem et ejus viccarios a pace et treuga ejecti; qui nichilominus in suis maleficiis, rebellitatibus, inobediencia et contumacia persistentes majora ac graviora crimina, dampna, injurias et violencias prioribus comiserunt, que omnia dampna et maleficia predicta illata tam dicto domino regi quam hominibus suis excedunt sumam quingentarum milium marcharum argenti, propter que dominus rex, ad magnum populi clamorem, tam pro tuicione terre sue quam pro juris execucione facienda, habuit castra sua et villas terre sue cum magnis sumptibus et laboribus stabilire et magnos exercitus congregare ad compellendum eos super predictis facere justicie complementum; in quibus stabilimentis castrorum et aliorum locorum predictorum et exercitibus antedictis fecerunt, inter dictum dominum regem et homines suos, expensas et missiones excedentes sumam quingentarum milium marcharum argenti. Unde, cum predictus nobilis comes Pallariensis cum familia, militibus, hominibus et valitoribus suis interfuerint dampnis et maleficiis supradictis et quam plurima intulerunt cum aliis nobilibus supradictis et etiam sine ipsis, que dampna illata per Arnaldum Rogerii, comitem Paillariensem, milites, familiam et homines ac valitores suos et expensas factas, occasione ipsius, in exercitibus et aliis

supradictis extimat ad centum milia marchas argenti, petit dictus dominus rex, tam nomine suo quam nomine hominum suorum, jam dictum comitem Pallariensem in predictis dampnis et missionibus seu sumptibus resarciendis et persolvendis, que extimat ad centum milia marchas argenti, sentencialiter condempnari et ipsa domino regi adjudicari. Item, pro occasionibus (*sic*) hominum et immissionibus ignis et invasionum (*sic*) viarum publicarum et defloracionibus virginum et incarceracionibus hominum et tot ac tantis injuriis ipsi domino regi illatis per comitem Pallariensem et familiam suam, milites, homines et valitores suos, ut est dictum, petit idem dominus rex, nomine quo supra, predictum Arnaldum Rogerii, comitem Pallariensem, penis legitimis condempnari vel saltim ad arbitrium judicancium. Item, quia predictus Arnaldus Rogerii, comes Pallariensis, pensabiliter, per superbiam despiciendo dominum regem, seniorem suum, ipsum diffidavit, petit ipsum condempnari ad perdendum imperpetuum cunta que per eum tenet et eidem domino regi adjudicari, ratione predicta. Protestatur tamen dominus rex quod est paratus in prosecucione cause declarare dampna illata et omnia alia maleficia supradicta, si qua fuerint declaranda.

De qua peticione fuit facta copia dicto comiti et dictus comes constituit procuratorem suum apud acta, ad totam causam et ad sentenciam etiam audiendam, nobilem R. de Urgio, presentem et recipientem. Et A. de Toylano, procurator, domini regis, dixit quod non poterat intervenire procurator, quia causa erat talis quod non poterat explicari per procuratorem ; et fuit dies assignata ad respondendum et ad procedendum alias in causa ad diem jovis sequentem, et quod tunc dictus comes compareat personaliter et comes protestatus fuit quod assignacio hujus diei non paret sibi prejudicium in aliis causis, cum, juxta formam usatici Barchinone, decem dies posset habere in primo placito et in sequentibus octo. Ad quam diem comparuit R. de Toyla, procurator; domini regis, et dictus comes et R. de Hurğio, ejus procurator et dictus R. de Toyla peciit libellis responderi; quibus libellis dictus comes et procurator ejus, litem contestando, responderunt ut sequitur :

Coram vobis venerabilibus A. Taverner et Bernardo de Prato,

judicibus delegatis ab illustrissimo domino rege Aragonum, respondet Arnaldus Rogerii, comes Pallariensis, et ejus procurator R. de Hurgio, litem contestando, prime, secunde et tercie peticionibus domini regis et ejus procuratoris et cuilibet earum oblatis in judicio, nomine domini regis et hominum suorum, per venerabilem R. de Toylano, procuratorem domini regis; et confitetur idem nobilis et R. de Urgio, ejus procurator, omnia posita et narrata in ipsis peticionibus et in qualibet ipsarum vera esse, prout posita sunt et narrata in eisdem et in qualibet earumdem. Et idem nobilis Arnaldus Rogerii, comes predictus, dixit quod, ex presenti comparicione et litis contestacione per eum facta simul cum R° de Urgio, procuratore suo, non intendit procurationem per eum factam apud acta R. de Urgio in aliquo revocare; immo confirmat eandem et ad cautelam constituit ipsum eundem R. procuratorem suum apud acta, ad totam causam et specialiter ad sentenciam audiendam.

Et procurator domini regis voluit deliberare super predictis et fuit assignata dies crastina ad procedendum, ut de jure esset, in mane. Ad quam diem comparuit nobilis Arnaldus Roger, comes Pallariensis, et procurator suus R. de Hurgio et R. de Toyla, procurator domini regis; et dictus R. de Toyla dedit sequentes posiciones :

Ponit procurator domini regis quod maleficia et malefacta et dampna que sunt data domino regi et hominibus suis per nobilem A. Rogerii, comitem Pallariensem, et familiam suam ac milites, valitores et homines suos sunt publica et notoria in Catalonia. — Credit comes predictus.

Item ponit dictus procurator quod dictus dominus rex novit predictam peticionem et ducit presentem causam de asensu et voluntate hominum suorum, quorum nomine agit. — Credit comes predictus.

Quibus posicionibus procurator domini regis peciit responderi et comes predictus respondit predictis posicionibus, prout in fine cujuslibet continetur. Et procurator domini regis dixit intencionem suam esse fundatam et renunciat et concludit in causa et petit sententiam ferri; protestando tamen quod, si alia pars proponeret aliqua de novo, quod posset se deffendere. Et dictus comes et ejus procurator R. de Hurgio dixerunt quod confessata per eosdem et

posita ex parte domini regis, salva eorum reverencia, non sunt sufficiencia ad condempnacionem, quare petunt se absolvi et renunciant et concludunt in causa et petunt senteneiam ferri pro eisdem. Et judices assignaverunt diem ad senteneiam ferendam diem crastinam in mane. Ad quam diem comparuit R. de Toylano, procurator domini regis, et nobilis A. Rogerii, comes Pallariensis, et R. de Urgio, ejus procurator, petens instanter senteneiam ferre (*sic*) in predictis.

Unde nos Arnaldus Tabernarii et Bernardus de Prato, judices delegati ab illustrissimo domino rege Aragonum in hac causa, visis et auditis et diligenter inspectis peticionibus, responsionibus et confessionibus et etiam rationibus et aliis universis coram nobis propositis et allegatis, habita plena deliberacione et, prudentum consilio, Deum pre oculis habendo, sedendo pro tribunali, cum constet nobis legitime, tam per confessiones dicti nobilis A. Rogerii, comitis Pallariensis, et procuratoris ejus quam per evidenciam facti, omnia posita in prima peticione domini regis esse vera, sentencialiter condempnamus dictum nobilem A. Rogerii, comitem Pallariensem, et ejus procuratorem presentes, ratione dictorum dampnorum et sumptuum resarciendorum et solvendorum et aliorum in ipsa prima peticione contentorum, in centum milibus marcharum argenti et ea domino regi, absenti, tam nomine suo quam suorum hominum, et dicto Raimundo de Toylano, procuratori suo, presenti, adjudicamus. Item, cum super secunda peticione constet nobis legitime, per confessiones dicti nobilis A. Rogerii et R[i] de Urgio, ejus procuratoris, ipsum nobilem A. Rogerii, comitem Pallariensem, familiam suam et milites et homines et valitores suos occidisse homines et imisisse ignem et fecisse invasiones in viis publicis et stratis et deflorasse virgines et incarcerasse homines, pro dictis injuriis dicto domino regi et hominibus suis illatis per dictum nobilem A. Rogerii, comitem Pallariensem, et per familiam suam, milites et homines et valitores suos, cum expediat rei publice ne maleficia remaneant impunita, nos, arbitrio nostro, penas inde provenientes in penas peccuniarias convertentes, sentencialiter condempnamus dictum nobilem comitem Pallariensem et ejus pro

curatorem, presentes, in quinquaginta milibus solidorum, pro injuriis supradictis; et eos adjudicamus domino regi, absenti, nomine suo et suorum hominum et ejus procuratori, presenti. Item, cum super tercia peticione constet nobis legitime, per confessionem dicti nobilis comitis Paillariensis et R[i] de Urgio, ejus procuratoris, ea que in tercia peticione continentur esse vera, scilicet : quod dictus nobilis comes Pallariensis, pensabiliter, per superbiam despiciendo dominum regem, seniorem suum, diffidavit eum, sentencialiter condempnamus dictum nobilem A. Rogerii, comitem Pallariensem, ad perdendum, imperpetuum, cuncta que per dictum dominum regem tenet et hec dicto domino regi, absenti, et ejus procuratori, presenti, adjudicamus; salvamus tamen dicto comiti quod, per has sentencias, fama dicti nobilis in aliquo non ledatur. Late sentencie in palacio domini episcopi Ilerdensis, X kalendas septembris, anno Domini M°CC°LXX°X primo, presentibus nobilibus R° Fulconi, vicecomiti Cardone, Berengario A. de Angularia, R° de Orcau, Berengario de Entenza, B. de Mal Leo, Berengario de Podioviridi, Bernardo de Angularia, G° Galcerandi, R° de Angularia et pluribus aliis.

Et eadem die dictus Arnaldus Rogerii, comes Pallariensis, et R. de Urgio, procurator ejus, comparuerunt coram predictis judicibus et renunciaverunt appellacioni seu appellacionibus quas facere possent contra predictas sentencias, confitendo et expresse recognoscendo per dictas sentencias se fuisse legitime convictos et condempnatos et aprobaverunt expresse et ex certa sciencia sentencias latas per judices antedictos, presentibus Petro de Traveseriis, Poncio de Viure, R°, filio R. de Pontons, et pluribus aliis. Ego A. Tabernarii, judex predictus, qui auctoritate judiciali subscribo et sig+num appono. Ego Bernardus de Prato, judex predictus, auctoritate judiciali subscribo +.

Sig(s. man.)num Bertrandi Hugueti, notarii publici Illerdensis, qui, mandato judicum predictorum, hanc sentenciam scripsit.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Pierre II, n° 266.)

93

VALENCE, 27 DÉCEMBRE 1281

Pierre III, roi d'Aragon, informe Esclarmonde, sœur de Roger-Bernard III, comte de Foix, et reine de Majorque, qu'il n'a pu se trouver à Tarragone pour recevoir les messagers qu'elle devait lui envoyer à l'effet de traiter des affaires du dit comte, retenu en captivité.

Serenissime et diligende quam plurimum tanquam sorori karissime Sclarmunde, Dei gratia Majoricarum regine illustri, P., per eandem rex Aragonum, salutem et sincere dileccionis effectum. Noveritis nos vestras litteras recepisse, in quibus nobis significastis quod disposueratis ad nostri presenciam et comitis Fuxiensis, nobilis fratris vestri, certas personas mitere, super refirmanda pace et concordia inter nos et nobilem comitem supradictum, et rogabatis nos ut placeret nobis quod tres viri prudentes super hoc ad nos venirent ex parte vestra, qui videnter (*sic*) dictum comitem et loquerantur (*sic*) cum eo, ad inducendum eum ut nostre obtemperet voluntati. Ad que vobis respondemus quod nos, pro quibusdam nostris negociis, habuimus Valencie remanere, ita quod non potuimus Terrachone, ubi dictos viros mitere volebatis, festum Nativitatis Domini celebrare, probter (*sic*) quod non videtur nobis quod dicti viri comode possent venire ad has partes et tractare inter nos et dictum comitem, qui multum remotus est a nobis. Et, quamvis venissent et loquti fuissent nobiscum et postea vellent loqui cum ipso comite, non sustinuissemus quod, absque presencia alicujus nostri hominis, possent cum eo habere colloquium seu tractatum. Verumtamen, si pro bono habetis mitere ad nos et dictum comitem dictos viros, tractaturos de predictis inter nos et comitem supradictum, placebit nobis, dummodo, quando loqui voluerint cum dicto comite, sit presens aliquis homo noster. Nunquam enim stetit per nos quin dictus nobilis comes haberet nobiscum benivolenciam et

amorem. Datum Valencie sexto kalendas januarii, anno Domini millesimo CC°LXXX° primo. R. Scorna.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 47, f° 114 v°.)

94

VALENCE, 11 MARS 1282 (n. st.)

Pierre III, roi d'Aragon, dissuade le comte d'Armagnac de venir à sa cour plaider la cause du comte de Foix.

Comiti Armeniacensi. Noveritis nos vidisse R. de Mercafava et intellexisse ea que dictus miles ex parte vestra nobis retulit, de facto nobilis comitis Fuxensis, et specialiter, inter cetera, qualiter proponebatis ad nos venire pro facto comitis antedicti. Ad que sic vobis respondemus quod placeret nobis ut factum nostrum et comitis ipsius esset conventum et ad finem laudabilem et transaccionem perductum, set, donec de ipso facto tractatum sit et qualiter debeat finiri condictum (?), non reputamus expediens vos venire. Datum Valencie, V idus martii[1]. Litteram misit dominus rex cum anulo sigillatam. — Petro de Sancto Clemente.

Similem fecimus archiepiscopo Auxiensi.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 44, f° 216v°.)

95

MONTEFIASCONE, 7 OCTOBRE 1282

Martin IV, sur la demande de l'évêque d'Urgel, confirme le traité conclu par celui-ci avec le comte de Foix, au sujet de certains châteaux et des vallées d'Andorre, de San Juan et de Caboet.

Martinus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo et dilectis filiis capitulo Urgellensi, salutem et apostolicam

1. L'année 1281 (v. st.) est marquée au même folio.

benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id, per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat quod olim inter vos, ex parte una, et nobilem virum Rogerium Bernardi, comitem Fuxensem, super quibusdam castris, villis ac de Andora, Sancti Johannis et de Cabao vallibus, Urgellensis diocesis, possessionibus et rebus aliis, ex altera, dissenssionis materia suscitata, cujus occasione multa intervenerunt personarum pericula et dampna fuerunt gravia ab alterutra partium alteri irrogata, tandem, mediantibus venerabili fratre nostro episcopo Valentino, magistris Raymundo de Bisulduno, archidiacono Terrachonensi, et Benenato de Lavania, canonico Narbonensi, ac aliis pluribus bonis viris, quedam inter partes super hiis amicabilis compositio intervenit, de observanda compositione hujusmodi ab eisdem partibus prestitis juramentis, prout in instrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Quare nobis humiliter supplicastis ut compositionem ipsam apostolico dignaremur munimine roborare. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, compositionem hujusmodi, sicut rite et sine pravitate proinde facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata, ratam et firmam habentes, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum apud Montemflasconem, nonas octobris, pontificatus nostri anno secundo.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 78. — *Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 2, n° 94. — Bibl. nat., Doat, vol. 162, f°s 50 — 51.)

96

BARCELONE, 15 JANVIER 1283 (n. st.)

Alphonse, infant d'Aragon, donne à Marguerite, comtesse de Foix, un sauf-conduit valable pour elle et toute sa suite jusqu'à la prochaine fête de Pâques.

Universis officialibus et subditis dicti domini regis et suis ad quos presentes pervenerint. Noveritis quod nobilis dompna Margarita, comitissa Fuxensis et vicecomitissa Castriboni, que debet venire ad nos, veniet cum tota familia sua et cum illis qui eam associabunt, sub nostra proteccione et guidatico speciali. Quare mandamus vobis quatinus eidem vel familie sue aut illis qui cum ea venient nullum malum, inpedimentum vel contrarium faciatis in veniendo, stando et redeundo; immo provideatis eidem, si neccesse fuerit, de securo transitu et ducatu, presentibus tamen valituris usque ad festum Pasce Resureccionis Domini et non ulterius. Datum Barchinone, XVIII° kalendas februarii [1]. — Dominus Infans.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 71, f° 131.)

97

BARCELONE, 16 JANVIER 1283 (n. st.)

Alphonse [2], infant d'Aragon, mande à G. de Valterra de permettre, sous certaines réserves, à Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, à Guillaume-Raymond de Josa, etc., de communiquer verbalement avec Roger-Bernard III, comte de Foix.

Dilecto suo G. de [V]alterra salutem et dileccionem. Mandamus vobis quatinus, presentibus et audientibus vobis et nobili Raymundo

1. Au f° précédent : 1282 (v. st.)
2. Cf. au même folio.

de Eri[ll ?] permitatis nobilem Raymundum Fulconis, vicecomitem Cardone, loqui cum nobili comite Fucxensi, et una cum eodem R. Fulchonis permi[tatis] loqui cum eo nobilem Guillelmum R[i] de Jossa, et, post recessum ipsius G[i] R[i], Raymundum Rogerii, et, post recessum R[i] Rogerii, Raymundum de Angularia, ita quod, quando alter istorum predictorum locutus fuerit cum dicto comite, simul cum ipso R° Fulchonis, exeat et a[l]ius in[t]ret et sic locantur predicti tres separatim seu divisim, semper presente R° Fulchonis cum quolibet predictorum. Post recessum vero omnium predictorum permitatis loqui cum dicto comite Raymundum de Marcafava, vobis tamen presentibus et audientibus, ut superius est expressum. Datum Barchinone, XVII° kalendas februarii [1].

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 71, f° 131.)

98

MONTBLANCH, 17 MARS 1283 (n. st.)

Alphonse [2], *infant d'Aragon, mande à G. de Vallclar d'alléger les fers de Roger-Bernard III, comte de Foix.*

Dilecto suo G° de Valleclara salutem et dilectionem. Cum intellexerimus quod nobilis comes Fuxiensis, in captione qua detinetur, sit multum maceratus et aflictus propter vincula et asperam capcionem, nos, habita deliberacione cum consiliariis domini regis et nostris, volumus et mandamus vobis quatinus dictum nobilem allevietis compedibus sive vinculis ferreis que tenet, hoc tamen modo quod sublevetis ei ipsa vincula ferrea, excepto uno cumbali, cui adunetur quedam cathena, in capite cujus ferretur unus scutifer cum eodem. Visum est enim nobis, habita deliberatione cum predictis consiliariis, quod dictus nobilis sub forma predicta tute poterit custodiri. Datum in Montealbo, XVI° kalendas aprilis [3].

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 60, f° 56.)

---

1. Au f° précédent : 1282 (v. st.).
2. Cf. au f° précédent.
3. Au f° 52 v° : 1282 (v. st.).

99

TARAZONA, 15 MAI 1283

Alphonse[1], *infant d'Aragon, mande à G. de Vallclar de redoubler de vigilance dans la garde du comte de Foix, d'interdire toute communication verbale avec lui et de bien assurer la défense des passages de la montagne.*

G. de Valleclara. Mandamus vobis quatinus bene et diligentius solito custodiatis comitem Fuxiensem et non permittatis aliquem loqui cum eo et faciatis custodiri passus montanee, ita quod aliqui homines cum armis non possint ibi intrare et mandetis hominibus dicte montanee, ex parte nostra, quod stent parati ut incontinenti, si forte aliqui homines intrarent cum armis in dictam montaneam, veniant ad passus ad impediendum et resistendum eis. Sciatis, preterea, quod nos mandamus per litteras nostras, quas vobis mittimus, P° Cortici, bajulo Ilerdensi, quod det vobis decem caficia farine tritici; mandamus etiam per alias litteras nostras, quas vobis mittimus, G° de Curte, vicario Ilerdensi, vel ejus locum tenenti, quod, si forte dictus bajulus nollet vobis tradere dictam farinam, compellat eum ad dandum vobis dictam farinam. Datum Tirasone, idus madii[2].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 61, f° 136.)

100

TARAZONA, 7 SEPTEMBRE 1283

Pierre III, roi d'Aragon, informe Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, que G. de Castelauli et Guillaume-Raymond de Josa sont venus le trouver pour traiter avec lui des affaires de Roger-Bernard III, comte de Foix.

P., Dei gratia Aragonum et Sicilie rex, viro nobili et dilecto Raimundo Fulchonis, vicecomiti Cardone, salutem et dilectionem. Fem

1. Cf. aux folios précédents.
2. Au f° 133 : 1283.

vos saber que vim en G. de Castelauli e en G. R. de Josa qui vengueren a nos sobre fet des comte de Foix e avem o delivrat segons que els vos diran. Atressi entensem ço que en G. de Castelauli nos dix sobre fet des comte d'Ampuries, sobrel qual avem volentat de captenir nos be, mas vulriem per ço cor seria major honor nostra e major prou seu ques fees en altre cas e en altre temps, pero fariem axi al comte que li fariem dret breument, en guisa que fos en I dia termenat o coneguda, en poder d'un amic seu e d'altre nostre e d'un terçer qui y dixes per dret, o en poder d'omens d'orde qui y dixessen per for d'anima. E de totes aquestes coses parlam pus largament ab lo dit en G. de Castelauli, quius o dira; e pregam vos quel creats d'aquelles coses que el vos dira sobre aço de nostra part. Esters pregam que en fet des comte e en los altres fets nos siats amic e de nostra part, per ço cor nos vos en retrem bo guaardo. Datum Tirasone, VII idus septembris, anno predicto [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 46, f° 102.)

101

TAHUST, 12 SEPTEMBRE 1283

Ordre donné aux habitants des villes de Belloch, Torres, etc., de suivre les instructions royales que R. d'Orcau et B. de Monpao sont chargés de leur communiquer; et à G. de Vallclar, de laisser parler avec le comte de Foix ceux que lui désignera B. de Monpao.

Pridie idus septembris anno Domini M°CC°LXXX° tercio fuit scriptum hominibus locorum infrascriptorum quod crederent R. d'Orcau et Bn. de Montepavone, quos dominus rex mittebat pro facto suo et comitis Fuxensis, de hiis que ipsis hominibus dicerent ex parte domini regis :

Belloch, Torres, Almaçelles, Gimmels, Munt Royg, Belveer, Cabra, Fores, Za Reyal, Conesa, Za Veyla, Za Riba, Vila longa,

1. Au f° précédent : 1283.

Timor, Sent Antoli, Paylerols, Cubeles, Cambrils et vicariis Terrachone et Montisalbi.

Item fuit scriptum G° de Valleclara quod permitteret videre nobilem comitem Fuxensem et loqui cum eo illos quos Bn. de Montepavone sibi diceret. Datum apud Tahust, die et anno predictis.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 46, f° 102 v°.)

102

VALENCE, 5 NOVEMBRE 1283

Pierre III, roi d'Aragon, mande à G. de Angularia d'aller à Siurana s'entendre avec le comte de Foix sur la convention faite avec lui à Tarazona et de prendre ensuite possession de la terre d'Urgellet.

P., Dei gratia Aragonum et Sicilie rex, viro nobili et dilecto G° de Angularia, salutem et dilectionem. Noveritis quod Guillelmus R. de Josa, Guillelmus de Castro Aulino venerunt ante nos, apud Valenciam, super factum convencionis que est inter nos et nobilem comitem Fuxensem. Suplicarunt nobis quod dignaremus (*sic*) vobis scribere ut iretis ad enparandum terram dicti nobilis comitis Fuxensis, prout dictum et conventum fuit apud Tarasonam et vos ssitis (*sic*). Quare rogamus vos quatinus, visis presentibus, accedatis ad dictum comitem apud Siuranam et faciatis eydem conventiones contentas et quas sibi facturus estis, sicut in compromisso quod est inter nos et ipsum comitem continetur; quibus peractis sine dilatione aliqua, eatis apud Urgelletum pro emparandis, similiter cum aliis, castris et locis predicti comitis, que teneatis pro nobis, juxta conventiones factas inter nos et dictum comitem, et de hiis rogamus vos prout melius et affuctusious (*sic*) possumus. Datum Valencie, nonis novembris anno Domini M°CC°LXXX° tercio.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 46, f° 99.)

103

LÉRIDA, 7 DÉCEMBRE 1283

Ordre aux hommes de Tamarit d'envoyer à Pons 100 des leurs, afin de concourir à la prise de possession de la terre du comte de Foix.

Universitati hominum Tamariti. Mandamus vobis quatinus, hinc ad diem dominicam proxime venturam, mittatis apud Pons C homines ex vobis, de quibus medietas sint ballistarii et altera medietas scudati, qui faciant pro dilecto nostro Comengesio ea que ex parte nostra ipsis injunxerit facienda. Significamus vobis, preterea, quod nos non tenebimus nobiscum dictos homines nisi per unum mensem et faciemus eis sua neccessaria, postquam venerint apud castrum de Pons; et in hoc non deficiatis aliqua ratione, cum dictos homines neccessarios habeamus pro emparanda et stabilienda terra nobilis comitis Fuxiensis. Et quia sigillum nostrum et cetera. Datum Ilerde, VII° idus decembris [1].

Hominibus Sancti Stephani : L homines.

Hominibus Almenara : CL homines.

Hominibus Camerase, de Cubels et de Mongay : CL homines.

Hominibus de Mont Rog, de Belveer, de Sadaho et Moncortes : XXX homines.

Hominibus Sancte Linie : XXX homines.

Hominibus Tarrege et Villegrasse : CL homines.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 46, f° 166 v°.)

104

MONTBLANCH, 10 DÉCEMBRE 1283

Pierre III, roi d'Aragon, informe R. d'Orchau que, le jour même, il a mis en liberté Roger-Bernard III, comte de Foix.

Viro nobili et dilecto R. d'Orchau. Sapiats que vuy, que es dissapte, de mati fom a Siurana et soltam lo comte de Foix de prezo, e

1. Plus haut : 1283.

vengrem nos en ab el ensems, aquel dia meteix, a Montblanch, e en aquel dia enantam en alcunes coses sobrel fet de les convinenses qui son entre nos e el; mas encara per ço cor lo dit comte va mastegan los fets que ha a fer, no ha encara espeegat lo cavaler d'en G. de Anglesola de ço que devia. E per ço que vos sapiatz que nos avem fet so que fer deviem sobrel soltament del dit comte, fem vos o saber per nostres lettres. E vuy, que es dissapte, sera passat I dia de que es solt, e dema, que sera dicmenge, seran passats II dies, e diluns, III, et dimarts, IIII. E per ço cor los nostres sagels no aviem et cetera. Datum in Montealbo, IIII° idus decembris [1].

Similis fuit missa G. de Angularia.

Similis fuit missa Comengesio.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 46, f° 167.)

105

BARCELONE, 8 JANVIER 1284 (n. st.)

Pierre III, roi d'Aragon, requiert de Roger-Bernard III, comte de Foix, l'exécution des conventions faites avec lui à Montblanch, relativement à l'échange du vicomté de Castelbon.

Nobili viro Rogerio Bernardi, comiti Fuxiensi, salutem et dilectionem. Credimus vos bene scire qualiter alia die in Montealbo inter nos et vos fuit factum concambium de vicecomitatu Castriboni et quibusdam certis locis nostris que vobis dedimus pro predicto vicecomitatu. Fuerunt etiam in predicto loco Montisalbi inter nos et vos quedam alia pacta inita, prout hec et multa alia in instrumentis inde confectis lacius continentur; et nos fuimus tunc et hodie sumus parati omnia predicta et singula adimplere, si forte aliquid de predictis remaneret ad complendum. Et hiis diebus denunciavimus Bartholomeo G. de Castroaulino, procuratori per vos constituto ad recipiendum terram, castra et loca que vobis dedimus pro dicto

1. Plus haut : 1283.

cambio, quod eramus parati tradere ei dictam terram et dicta loca et castra, nomine vestro; que omnia, terram, castra et loca que vobis dedimus in concambium, confitemur nos constituisse vestro nomine possidere. Qui G. de Castroaulino respondit omnibus quod vos jam alia die in Montealbo, post recessum nostrum, revocastis dictam procurationem, mandando eidem ne reciperet predictam terram, castra et loca; et dixit quod, propterea, nolebat nec poterat predicta recipere; que omnia vobis denunciamus propter hoc, ut si vos vultis ad nos venire et recipere dictam terram et dicta castra et loca vel mittere procuratorem qui, nomine vestro, predicta recipiat, quod nos sumus parati ea vobis tradere vel procuratori vestro. Preterea, si bene recolitis, post convenienciam factam inter nos et vos de predicto concambio in dicto loco Montisalbi, dedistis nobis treuguas, bona fide, usque ad proximum festum sancti Michaelis, et de eodem festo sancti Michaelis usque ad novem annos. Modo vero intelleximus quod occupastis et fecistis nobis aufferri castrum nostrum de Tor, quod nobis assignastis inter alia et dedistis in predicto concambio, de quo nec immerito admiramur. Quare vos requirimus pariter et monemus quatinus restituatis nobis predictum castrum de Tor et dampna nobis data per vos vel nomine vestro et quod cessetis amodo a dampno et gravamine nostro. Datum Barchinone, VI idus januarii, anno Domini millesimo CCLXXXIII°.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 46, f° 147.)

106

BARCELONE, 8 JANVIER 1284 (n. st.)

Pierre III, roi d'Aragon, mande à Etienne de Cardone de vendre les revenus des châteaux et lieux que G. de Castelauli, procureur du comte de Foix, devait recevoir en échange du vicomté de Castelbon.

Fideli suo Stephano de Cardona, salutem et gratiam. Sciatis quod nos protestati fuimus G° de Castroaulino qui, vice et loco nobilis comitis Fuxensis, debebat recipere loca et castra que dederamus et

concesseramus in concambium eidem nobili pro vicecomitatu Castriboni, quod reciperet, nomine dicti comitis, loca et castra predicta. Quare mandamus vobis quatinus redditus dictorum castrorum et locorum vendatis juxta mandatum quod vobis fecimus super vendendis aliis redditibus nostris Cathalonie. Datum ut supra [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 46, f° 146.)

107

SAINT-GERMAIN-DES-PRÉS, PRÈS PARIS, 25 FÉVRIER 1284

Jean Cholet, cardinal du titre de Sainte-Cécile, mande à l'évêque d'Urgel de faire publier la sentence d'excommunication lancée par le pape Martin IV contre Pierre III, roi d'Aragon.

Venerabili in Christo patri Dei gratia episcopo Urgellensi Johannes, ejusdem miseratione tituli Sancte Cecilie presbyter cardinalis, ad partes regni Francorum pro certis negociis a Sanctissimo Patre ac domino domino Martino, divina providencia sacrosancte romane ac universalis Ecclesie Summo Pontifice, destinatus, salutem et sinceram in Domino caritatem. Nuper ad nostram delato audientiam quod nonnulli clerici et laici vestrarum civitatis et dyocesis Petro, quondam regi Aragonum, sub pretextu ignorancie, jure notissimo reprobate, quod ad eorum noticiam sententia contra dictum Petrum per Sedem apostolicam promulgata non pervenerit, simulantes alii, sub obtentu donationis aut permutationis sive quarumdam pactionum aut confederationum a viro nobili comite Fuxensi, vi et metu mortis aut carceris mortiferi, qui in virum etiam constantissimum cadere juste posset, per eumdem Petrum illicite extortarum, precipue homines et vassalli vicecomitatus Castriboni, qui quidem vicecomitatus ad memoratum comitem Fuxensem jure hereditario publice et notorie dicitur pertinere, tanquam regi et domino obediunt et intendunt, faventes eidem verbis et operibus, in sue salutis

1. Au f° précédent : VI idus januarii M°CC°LXX°XIII°.

dispendium aliorumque scandalum, multa fuimus admiratione permoti. Primi quidem affectatores ignorancie dici possunt, quod enim generaliter et publice promulgatur non est necesse singulorum auribus inculcari frequenter; nove constitutiones et promulgate in sacro principis consistorio post duos menses ad communem omnium deducte noticiam presumuntur, ut ad earum observantiam extunc singuli teneantur peneque legitime subjaceant transgressores. Quocirca vobis, qua fungimur auctoritate et de speciali mandato dicti domini nostri domini Martini, Summi Pontificis, districte precipiendo mandamus in virtute obedientie et sub pena excommunicationis, quam ex nunc in vos ferimus si in exequendis mandatis nostris, immo apostolicis, negligentes fueritis aut remissi, quatinus sententiam ipsam, cujus exemplum de ipso originali bullato, quod penes nos habemus, fideliter transsumptum vobis sub sigillo nostro transmitimus, per vestras civitatem et dyocesim, diebus et locis sollempnibus, faciatis sollicite et sollempniter publicari ac etiam exponi seriosius in vulgari, denunciantes eisdem quod, si memorato P., quondam regi Aragonum, pretextu cujuscumque pactionis, promissionis seu confederationis aut quocumque quesito colore, obedire tanquam regi aut domino, impendendo eidem auxilium, consilium vel favorem, presumpserint, ipso facto latis per Summum Pontificem excommunicationis sententiis penisque indictis aliis subjacebunt, prout in ipsa sententia plenius continetur; taliter circa hujusmodi negotium vos habentes quod de negligentia vel inobedientia, quod absit, apud romanam ecclesiam redargui non possitis quodque devotionem vestram erga ipsam romanam ecclesiam merito commendemus. Est autem forma que sequitur infra scripta :

Martinus episcopus ....

Donné à Saint-Germain-des-Prés, près Paris, le V des kalendes de mars de l'an 1284, *de la Nativité.*

(*Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 2, n° 87.)

108

SARAGOSSE, 7 MAI 1284

Pierre III, roi d'Aragon, garantit le remboursement de toutes les sommes qui seront prêtées, à son fils aîné, l'infant Alphonse, envoyé par lui dans l'Urgellet, pour combattre Roger-Bernard III, comte de Foix.

Universis ad quos presentes pervenerint. Cum nos mittimus karissimum primogenitum nostrum infantem Alfonsum in Urgelletum contra comitem Fuxiensem, qui nobis ibi dampnum inferre conatur, et contigerit ipsum infantem Alfonsum ab aliquo mutuum recipere, pro consumandis negociis pro quibus ipsum mittimus, nos promittimus solvere ipsum mutuum illi vel illis qui sibi aliquid mutuaverint et ostenderint inde nobis albaranum, sigillo suo sigillatum, de quantitate ipsius mutui, ac si nobis personaliter esset factum ; et assignationes quas fecerit, ratione ipsorum debitorum, observabimus inviolabiliter, salvis assignationibus prius factis per nos vel alios, loco nostri. Datum Cesarauguste, nonas may [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 46, f° 196.)

109

ALMUDEVAR, 10 MAI 1284

Alphonse, infant d'Aragon, prie Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, de venir le rejoindre à Lérida, afin d'aller combattre Roger-Bernard III, comte de Foix.

Infans et cetera. Viro nobili et dilecto R. Fulchonis, vicecomiti Cardone, salutem et cetera. Cum dominus rex, pater noster, mittat nos in Urgelletum contra comitem Fuxiensem qui, contra convenien-

1. Au f° précédent : 1284.

tias initas inter dictum dominum regem, patrem nostrum, et ipsum comitem, dampnum ibidem inferre conatur, rogamus vos, sicut possumus, quatinus sequamini nos cum militibus et familia vestra, ita quod sitis nobiscum in Ilerda a die veneris proxime ventura ad octo dies, que erit XIIII° kalendas junii. In hoc enim dicto domino regi et nobis gratum servicium facietis ac proinde nos vobis ad remuneracionem strictius obligatos. Datum in Almudevar, VI° idus madii [1].

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 62, f° 54v°.)

110

27 mai 1284

Conventions passées, sous la réserve expresse de l'agrément des rois d'Aragon et de France, entre Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, Arnaud-Roger, comte de Paillars, d'une part, et Roger-Bernard III, comte de Foix, d'autre part, relativement à la terre d'Urgellet.

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos Ramundus Fulconis, Dei gratia vicecomes Cardone, et Arnaldus Rogerii, per eandem comes Palariensis, recognoscimus vobis Rogerio Bernardi, gratia Dei comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni, quod tenemus in vestra comanda castrum vestrum quod vocatur Castrumbonum et castrum vestrum quod vocatur Roca de Nargo, sub talibus condicionibus atque pactis quod nos teneamus dicta castra hinc ad festum beati Michaelis mensis septembris proximo instantis et de dicto festo usque ad tres annos continuos ; et tunc promitimus vobis vel vestris vel cui vel quibus vos mandabitis reddere dicta castra libera et absoluta ab omni stabilimento militum et peditum, ad bonum et sanum vestrum intellectum ; ita tamen quod de tota terra vestra Urgelleti, infra predictum tempus, non exeat malum illustri domino regi Aragonum nec filiis suis nec terre sue nec hominibus suis nec valitoribus ejus ; quod si fieret non teneamur vobis reddere

1. Plus haut : 1284.

dicta castra; ymo tradamus ea dicto domino regi vel suis aut cui vel quibus ipse mandabit. Retinemus tamen super hiis voluntatem et conscensum predicti domini regis Aragonum, ita videlicet quod, si dominus rex velit quod pacta predicta et subsequentia firma remaneant, sint firma, si dominus rex voluerit; et in hoc casu promitimus vobis vel cui volueritis restituere dominam Costanciam, filiam vestram, et instrumenta omnia facta et inita super pactis dotalibus de matrimonio contrahendo inter ipsam et infantem Jacobum, filium predicti domini regis Aragonum. Item promitimus vobis reddere omnia instrumenta facta super cambio vicecomitatus Castriboni et promitimus quod faciemus quod dominus rex absolvat omnes milites et ceteros homines vicecomitatus predicti ab omni homagio, fidelitate et juramento dicto domino regi facto, ratione cambii supradicti. Si vero predicta domino regi predicto non placuerint promitimus vobis vel cui volueritis restituere Rocham de Nargo cum tot victualibus et tot armis quot ibi odie sunt, ita quod vos possitis ibi tot homines mitere quot odie sunt ibi, absque ympedimento predicti domini regis vel alterius cujuscumque persone. Castrum vero de Castrobono tradamus domino regi Aragonum cum tot victualibus et tot armis quot odie ibi sunt, ita quod dominus rex, absque impedimento vestro vel alicujus alterius persone, possit ibi tot homines ponere quot odie ibi sunt, illos videlicet qui odie sunt vel convalentes ipsorum.

Et nos Rogerius Bernardi, Dei gratia comes Fuxi et vicecomes Castriboni, scienter et consulte, aprobamus et laudamus omnia et singula supradicta, sub eisdem pactis et conditionibus suprascriptis, replicantes hic eadem pacta et easdem conditiones; retinemus tamen expresse voluntatem et assensum illustrissimi domini regis Francie, ita scilicet quod predicta firma remaneant, si predicta predicto domino regi Francie placuerint; et, in hoc casu, teneamini nobis reddere dominam Costanciam, filiam nostram, et instrumenta dotalia, ut supra per vos promissum est; restituatis etiam nobis omnia alia instrumenta super cambio vicecomitatus Castriboni et omnia alia facere que superius promissistis. Si autem domino regi Francie predicta non placuerint teneamini nobis restituere Rocam de Nargo,

ut superius promissistis ; de castro vero de Castrobono faciatis ut est superius ordinatum ; et omnia predicta sint cassa, irrita atque nulla si predicto domino regi Francie non placuerint.

Et nos predicti Ramundus Fulconis et Arnaldus Rogerii, comes Palariensis, promitimus predicta bona fide atendere et complere.

Nos insuper comes Fuxensis retinemus nobis quod, si aliqui milites vel pedites Urgelleti vellent nos juvare de gerra contra predictum regem Aragonum vel valitores suos, quod hoc possint et nos possimus recipere eorum subsidium, absque incursione pene predicte, ita tamen quod, infra octo dies postquam predicti milites vel pedites exierint Urgelletum, non possint facere malum predicto domino regi nec valitoribus nec hominibus suis ; et, postquam malum ei fecerint, non possint redire in Urgelletum, infra alios octo dies, cum predicti [1] et sine predicti (*sic*), cum malefacto et sine malefacto ; quod si facerent, infra mensem, postquam a vobis vel aliquo vestrum moniti fuerimus, emendemus ad cognicionem vestram predicta malefacta ; si vero milites vel homines predicti malum reciperent extra vicecomitatum non teneatur dominus rex nec dominus Alfonsus in aliquo, pro treuga vel alia ratione. Protestamur insuper quod, propter hec que superius scripta contractata sunt, non intendimus aliquam amiciciam, aliquam pacem neque aliquam treugam inire cum domino Alfonso nec cum patre ejusdem.

Convenit insuper inter dictos dominum comitem Fuxensem, ex una parte, et Ramundum Fulconis et Arnaldum Rogerii, comitem Palariensem, ex altera, quod dictus comes Fuxensis significet dictis Ramundo Fulconis et comiti Palariensi voluntatem domini regis Francie, usque ad festum Nativitatis beate Marie que celebratur octava die intrante septembris, ut, si placuerit predicto domino regi Francie, observentur predicta, cum omnibus conditionibus et pactis supradictis ; si autem non placuerit dicto domino regi Francie, non serventur, sed serventur tantum conditiones in hoc casu superius posite, scilicet : quod castrum de Nargo restituatur ei et Castrumbonum domino regi Aragonum, ut superius est dictum.

---

1. Le scribe a sans doute voulu mettre : *cum preda et sine preda.*

Pari forma predicti Ramundus Fulconis et comes Palariensis teneantur voluntatem domini regis Aragonum significare dicto comiti Fuxensi vel locum ejus tenenti in comitatu Fuxi, usque ad predictum festum, ut, si placuerit predicto domino regi Aragonum, observentur predicta cum omnibus conditionibus et pactis supradictis; si autem non placuerit, non serventur, sed serventur tantum conditiones in hoc casu superius posite.

Convenit etiam inter predictum comitem Fuxi, ex una parte, et predictos Ramundum Fulconis et comitem Palariensem, ex altera, quod, si predictus comes Fuxensis significaret predictis Ramundo Fulconis et comiti Palariensi quod predicta non placerent domino regi Francie, postquam eis denunciatum fuerit, habeant tres septimanas infra quas hec significare possint domino regi Aragonum et restituant castrum de Nargo comiti Fuxensi, predicto, et castrum de Castrobono domino regi, predicto, sicut supradictum est. Similiter, postquam eis significatum fuerit quod non placeret predicto domino regi Aragonum, habeant tres septimanas post festum predictum, infra quas possint hoc significare comiti Fuxensi vel ejus locum tenenti in comitatu Fuxensi; in fine autem predictarum trium septimanarum dominus Alfonsus nec gentes ejus nec domini regis Aragonum nec aliqui valitorum ipsorum non sint citra castrum de Pontibus; et quod dominus rex Aragonum in propria persona, post predictum spatium trium septimanarum, per octo dies non veniat citra castrum de Pontibus. Promisit etenim dictus comes Fuxensis predictis Ramundo Fulconis et comiti Palariensi, sub fide sacramenti et homagii quod pro hiis et aliis supra et infra scriptis eis facit, quod non expugnabit nec aliquo modo auferret (*sic*) nec turbabit nec expugnare nec auferre nec turbare permitet predicta castra de Castrobono et de Nargo predictis Ramundo Fulconis et comiti Palariensi vel illis qui pro eis tenuerint dicta castra, ymo deffendet et deffendi faciet per homines suos Urgelleti predicta castra et tenientes dicta castra, pro posse suo, contra quoscumque homines volentes predicta castra aufferre, invadere seu alias impugnare.

Pro predictis autem omnibus et singulis atendendis et complendis

que predicti Ramundus Fulconis et comes Palariensis promitunt pro se et domino rege et domino Alfonso fecerunt homagium comiti Fuxensi, predicto, et ad sancta Dei IIII^or^ evangelia juraverunt omnia et singula supradicta atendere et complere, adicientes, nomine pene, quod, si contra predicta venirent, incurrerent perjurium et bauziam.

Similique modo predictus comes Fuxensis, pro hiis omnibus et singulis, que supra promisit, atendendis et complendis fecit homagium et sacramentum predictis Ramundo Fulconis et comiti Palariensi, adiciens, nomine pene, quod, si contra predicta veniret, incurreret perjurium et bauziam.

Convenit etiam inter eos, videlicet : inter predictum comitem Fuxensem, ex una parte, et Ramundum Fulconis et comitem Palariensem, ex altera, quod Gombaldus de Rocaforti teneat Cza Roca de Nargo, pro predictis Ramundo Fulconis et comite Palariensi, qui Gombaldus faciat ipsis Ramundo Fulconis et comiti Palariensi homagium; si vero predictus Gombaldus decederet, tradatur Bernardo de Rocaforti, qui teneat sicut Gombaldus, vel homines qui ibi fuerint tradant dictum castrum comiti Palariensi et Ramundo Fulconis qui comendent eum cui voluerint; et dictus comes Fuxi teneatur providere ipsi Gombaldo et familie sue in dicta Rohca (*sic*) existenti, infra dictum tempus, in necessariis competentis; et quod dominus rex Aragonum teneatur providere hominibus qui erunt in castro de Castelbo in *establida* in necessariis. Illi autem milites qui tenebunt castrum de Castrobono et de Nargo faciant homagium comiti Fuxensi; et, si contingat dictos Ramundum Fulconis et comitem Palariensem mori ante predictum tempus, quod illi milites compleant comiti Fuxensi omnia supradicta. Actum est hoc VI° kalendas junii, anno Domini M°CC°LXXX° quarto. S+num Ramundi Fulconis, Dei gratia vicecomes (*sic*) Cardone. S+num Arnaldi Rogerii, per eandem comitis Palariensis. S+num Rogerii Bernardi, Dei gratia comitis Fuxensis, qui hec laudamus et firmamus.

Presentes fuerunt : Ermengaudus, Dei gratia comes Urgelli, Ramundus de Urgio, Guillelmus Ramundi de Josa, Berengarius de Podioviridi, Issarnus Lupi, Arnaldus Guillelmi de Lordato et Guillelmus de Castelauli, testes ad predicta rogati et vocati.

Ego Petrus de Bellopodio, notarius publicus Civitatis Urgelleti, qui predictis omnibus interfui, mandato predicti comitis Fuxensis et dictorum Ramundi Fulconis et comitis Palariensis, predicta scripsi et in publicam formam redigi (*sic*) et meum sig(s. man.) num apposui die et anno prefixis.

Ego Petrus Auterii, notarius publicus de Ax, hoc translatum transtuli et translatavi ab originali instrumento bene et fideliter, verbo ad verbum, nil addens, nil diminuens, in presentia et testimonio Ramundi Claustra, capellani domini comitis Fuxi, et Filipi Barra et Petri de Coz et Guillelmi Auterii de Ax, clericorum, coram quibus fuit perlectum et etiam examinatum, die lune post octabas Pentecostes, qua intitulatur nonas junii, anno Christi incarnati M°CC°LXXX° quarto.

(*Transcr.* du 5 juin 1284. Arch. nat., J 879, n° 79. — *Copie.* Bibl. nat., Doat, vol. 174, f°s 168 — 174.)

111

AGRAMUNT, 3 JUIN 1284

Alphonse, infant d'Aragon, excuse l'évêque d'Urgel, pour le fait d'avoir publié la sentence d'excommunication lancée par le pape contre le roi son père.

P°, episcopo Urgellensi. Recepimus litteras vestras continentes quod dilecto nostro Jacobo de Bianya, canonico Urgellensi, credere deberemus de hiis que, ex parte vestra, nobis duceret referenda. Qui ex parte vestra proposuit coram nobis qualiter nobilis Rogerius Bernardi, comes Fuxiensis, intendens nocere domino regi, patri nostro, et vobis, procuravit mandatum vobis fieri a cardinali legato super publicacione sententie late per Summum Pontificem, ut dicitur, contra dictum dominum regem, patrem nostrum; quod mandatum oportuit vos adimplere propter compulsionem ipsius cardinalis et bonum obedientie et quia cominabatur vobis de privacione beneficii quod habetis et, cum hoc displicebat vobis, cum diligatis dominum regem et sitis ad ejus servicia et voluntatem suam prose-

quendam voluntarius in omnibus et paratus et quod de cetero dissimularetis negocium ut cautius possetis, ut faciunt alii prelati Catalonie. Quibus vobis respondemus quod super predictis habemus vos, quantum in nobis est, excusatum, rogantes vos ut, super predictis et aliis, vos circa facta domini regis taliter habeatis quod ipse dominus rex et nos simus inde vobis et ecclesie vestre totaliter obligati. Datum ut supra [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 62, f° 92.)

112

SIÈGE D'ALARRACIN, 11 AOUT 1284

Pierre III, roi d'Aragon, prescrit à F. Mayol, bailli de Cervera, de faire une enquête sur la conduite des hommes de Cervera, en garnison au château de Ciutat, accusés d'avoir livré le dit château à Roger-Bernard III, comte de Foix.

F° Mayol, bajulo Cervarie, salutem et gratiam. Mandamus vobis quatinus inquiratis diligenter veritatem super facto illorum hominum Cervarie et aliorum locorum qui erant in stabilimento de Ciutat, qualiter liberarunt et tradiderunt castrum predictum nobili comiti Fuxensi et super omnibus aliis contingentibus factum predictum; et quicquid super predictis inveneritis mitatis nobis sub vestri sigilli munimine interclusum. Volumus tamen quod, si qui ex predictis noluerint dari ad caplevandum fidejussoribus ydoneis et sub pena competenti, quod ipsos tradatis ad caplevandum sub forma predicta, si vobis visum fuerit faciendum. Nos enim, ad preces et requisitionem dilecti nostri Jacobi de Bianya, canonici Urgellensis et consiliarii nostri, istud duximus concedendum. Datum in obsidione Alarraçini III° idus augusti, anno Domini M°CC°LXXX° quarto.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 44, f° 236.)

---

1. La pièce précédente, dans le registre, est datée d'Agramunt, le 3 juin. L'année 1284 y est marquée plus haut.

113

BURRIANA, 8 FÉVRIER 1286 (n. st.)

Alphonse III, roi d'Aragon, à l'occasion de la mort du roi son père, mande à Etienne de Cardone, bailli de Lérida, de fournir des vêtements de deuil à Constance, fille du comte de Foix.

Alfonsus, Dei gratia et cetera, fideli suo Stephano de Cardona, bajulo Ilerde, salutem et gratiam. Cum nos velimus quod nobilis dompna Constancia, filia nobilis comitis Fuxiensis, ponat vestes lugubres, quas sibi fecerat ratione mortis domini regis, inclite recordacionis, patris nostri, mandamus vobis quatinus detis eidem dompne Constancie et familie sue vestes competentes. Datum in Burriana, VI° idus februarii anno Domini M°CC°LXXX° quinto.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 65, f° 49 v°.)

114

GÉRONE, 14 MARS 1286 (n. st.)

Sauf-conduit accordé par Alphonse III, roi d'Aragon, à Roger-Bernard III, comte de Foix, et à l'abbé de Marseille.

Alfonsus et cetera, viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi, et venerabili abbati Marssiliensi, salutem et dilectionem. Intellecto per nobiles et dilectos nostros A. Rogerii, comitem Pallariensem, et R. Fulconis quod vos vultis venire ad nos, placet nobis quod veniatis ; et per presentes guidamus et assecuramus vos et familiam vestram et quoslibet alios venientes vobiscum cum omnibus equitaturis et aliis rebus vestris et eorum, in veniendo ad nos, stando et redeundo ; mandantes nichilominus universis nobilibus, militibus et quibuslibet aliis subditis nostris quod vobis et venientibus vobiscum provideant, si necesse fuerit, de securo transitu et ducatu, et nullum impedimentum vel contrarium vobis, familie nec

aliis venientibus vobiscum nec equitaturis aut rebus vestris et eorum faciant nec fieri permitant. Datum Gerunde, II° idus marcii [1].

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 66, f° 3 v°.)

115

BARCELONE, 29 AOUT 1286

Alphonse III, roi d'Aragon, enjoint à Roger-Bernard III, comte de Foix, de retirer à Guillaume-Raymond de Josa son appui contre les habitants de Peramola et d'abandonner le siège du château de Trogo.

Viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi et vicecomiti Castriboni, salutem et cetera. Cum intelleximus vos cum familia intrasse, manu armata, terram nostram, in valença nobilis G. R[i] de Jossa, contra homines de Peramola, qui sunt vasalli nostri et de terra nostra, et esse super eos in obsidione castri de Trogo, de vobis plurimum admiramur, maxime cum in treuga que firmata est inter nos, pro nobis et valitoribus nostris, et illustrem regem Francie, pro se et valitoribus suis, specialiter fuerit nobis data treuga de vobis per dictum regem Francie; quare vos requirimus et monemus quatinus ab inferendo dampno predictis hominibus de Peramola seu aliis terre nostre penittus desistatis et recedatis de obsidione predicta. Et, si quid mali vel dampni per vos vel aliquos de familia vestra intulistis eis, a tempore citra quo dicte treuge sunt, illud restituatis eisdem ; alias sciatis quod a predicto rege Francie et rege Anglie, qui dictam treugam dedit inter nos et valitores nostros et dictum regem Francie et valitores suos, illud requireremus pro fraccione treugarum. Datum Barchinone, IIII° kalendas septembris [2].

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 66, f° 172 v°.)

---

1. Plus haut : 1285 (v. st.).
2. Au f° 171 : 1286.

116

TARREGA, 1er NOVEMBRE 1286

Alphonse III, roi d'Aragon, mande à G. de Redorta, bailli de Lérida, de payer à Constance de Foix le tiers des sommes que lui avaient fournies l'année précédente Etienne de Cardone.

G° de Redorta, bajulo Ilerde. Cum nos mandaverimus mutari apud monasterium de Sexena nobilem Costanciam, filiam nobilis Rogerii Bernardi, comitis Fuxiensis, mandamus vobis quatinus de redditibus nostris Ilerde solvatis dicte dompne vel cui ipsa voluerit, loco sui, pro necessariis suis terciam partem de eo quod Stephanus de Cardona, civis Ilerdensis, dabat eidem pro suis necessariis, anno transacto; quam quidem terciam partem dictarum expensarum solvatis eidem, per duos terminos instantis ipsius anni, videlicet : dimidiam partem, incontinenti visis presentibus, et aliam dimidiam in kalendis mensis januarii proxime venturi et non defficiatis. Datum ut supra [1]. R. Escorna.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 67, f° 113.)

117

4 MAI 1287

Ermengaud X, comte d'Urgel, ratifie les donations, ventes, privilèges, etc., accordés par lui-même ou par ses prédécesseurs à l'église d'Urgel et reconnaît n'avoir aucun droit sur ses biens.

In Dei nomine. Quum venerabilis nobilisque dominus Ermengaudus, comes Urgellensis, questiones et demandas moveret contra venerabilem dominum Petrum, divina miseratione episcopum Urgel-

1. La pièce précédente, dans le registre, est datée de Tarrega, 1er novembre. L'année 1286 est marquée au f° 39.

lensem, et ecclesiam Sedis ejusdem, ex eo quia asserebat quod bone memorie condam Bernardus, Urgellensis episcopus, cum consilio et assensu aliquorum de capitulo ejusdem dederant, concesserant et approbaverant antecessoribus suis, comitibus Urgelli, inperpetuum, totum merum imperium et omnia que ad jura meri imperii pertinent seu expectent et in terra ejus ecclesie, inferius nominate, et totam vicariam integre et omnia que ad oficium ipsius pertinent vel debent etiam pertinere; et quod possit ponere suum vicarium et bajulum qui exercerent predictam, secundum quod vicarius et bajulus ipsius comitis exercerent in comitatu predicto ; et dederunt et concesserunt, ut asserebat comes predictus, antecessoribus suis, inperpetuum, valenciam et obsequium in omnibus hominibus in terra predicta dicti episcopatus habitantibus et habitaturis ibidem; et quod dictus comes et successores sui tenentur episcopo et successoribus suis et ecclesie Urgellensi deffendere dictam ecclesiam Urgellensem et homines ejusdem ecclesie et bona eorumdem et etiam totam terram. Asserebat etiam quod si contingeret predictum comitem Urgellensem vel successores suos aliquod servicium seu monedaticum habere et extorquere ab hominibus sui comitatus, racione monete acrimontensis, simile servicium et monedaticum posse habere et extorquere ab hominibus terre ipsius episcopatus supradicte et inferius terminate ; de quo servicio seu monedatico episcopo, supradicto, et successoribus suis partem dare terciam teneretur ; pro quibus omnibus dictus comes et successores sui tenentur dicto episcopo et successoribus suis fidelitatem facere et homagium. Que omnia predicta et singula asserebat comes predictus sibi data, concessa et approbata fore per totam terram ecclesie Urgellensis in Urgello, a ponte de Maçana citra. Tandem, post multas variasque controversias habitas inter eosdem, cum idem dominus episcopus ostenderet et probaret predicta omnia et singula non competere nec pertinere comiti supradicto et predictum episcopum, ecclesiam et terram fore liberas et immunes totaliter a predictis, ut per instrumenta antecessorum ipsius comitis hec et alia liquido poterant aprehendi, nos Ermengaudus, Dei gratia comes Urgellensis predictus, per nos et successores nostros presentes atque futuros, habita deliberacione et dili-

genti tractatu cum militibus, juriperitis et aliis hominibus nostris, confitentes et recognoscentes nos nichil juris habere in ecclesia Urgellensi, predicta, nec in terra, hominibus ac in rebus ejusdem absolvimus, diffinimus et etiam remitimus vobis domino P., divina miseratione Urgellensi episcopo, et successoribus vestris ecclesie Urgellensis omnia predicta et singula, ut supra continetur; et predecessorum nostrorum sequentes vestigia, cum invenerimus et infrascripta omnia et singula per predecessores nostros omnes episcopo et ecclesie fore concessa, confirmamus, laudamus et approbamus, ex certa sciencia, vobis domino nostro P., Dei gratia episcopo Urgellensi, et vestris successoribus ecclesie Urgellensis omnia privilegia et omnia instrumenta donacionum, vendicionum, empcionum, franquitatum, evacuacionum, remissionum, diffinicionum et cujuslibet alterius tituli sive rey vobis dicto domino episcopo et successoribus vel antecessoribus vestris et ecclesie Urgellensi a nobis vel antecessoribus nostris vel ab aliis quibuscumque personis nostro dominio, jurisdictioni vel districtui nostro subjectis vel non subjectis, facta, concessa, laudata seu etiam confirmata; promitentes, per nos et successores nostros, vobis predicto domino episcopo et successoribus vestris et ecclesie Urgellensi quod contra predictam confirmacionem, laudacionem et approbacionem non veniemus, per nos vel per aliquam interpositam personam. Insuper, propter multam dileccionem quam erga vos habemus et ecclesiam Urgellensem et in remissionem peccatorum nostrorum, concedimus vobis domino episcopo, predicto, et vestris successoribus et ecclesie Urgellensi, per nos et omnes successores nostros, quod quecumque bona mobilia vel immobilia, titulo donacionis, empcionis, permutacionis vel alio quocumque titulo, vos vel successores vestri vel ecclesia Urgellensis adquirere vel habere poteritis, in antea, infra limites nostri comitatus, nostre juridiccionis vel districtus, a nobis vel successoribus nostris vel ab aliis quibuscumque personis, ea omnia habeatis, teneatis et possideatis vos et successores vestri et ecclesia Urgellensis, in perpetuum, libera, franca, quitta et immunia ab omni jure, juridiccione et districtu comitali et alio quocumque nostro et nostrorum ; facientes vobis et vestris successoribus et ecclesie Urgel-

lensi, per nos et nostros successores, finem et pactum perpetuum de non petendo predicta vel aliquod eorumdem. Insuper, quia invenimus hoc idem quod sequitur esse factum a predecessoribus nostris, promitimus, per nos et successores nostros, vobis dicto domino episcopo et vestris successoribus et ecclesie Urgellensi fidelitatem et indempnitatem ac deffendere et juvare vos et res vestras et ecclesie Urgellensis mobiles et immobiles, presentes videlicet et futuras contra omnes homines, salva fidelitate domini regis Aragonum, bona fide et sine enganno. Sicque omnia predicta juramus ad hec sancta Dei IIII evangelia a nobis corporaliter manu tacta. In cujus rey testimonium presentem cartam sigillo nostro apenso fecimus sigillari. Quod est actum IIII nonas madii anno Domini millesimo CCLXXX° septimo.

Testes hujus rey sunt et presentes fuerunt : Raymundus Fulconis, vicecomes Cardone, Arnaldus Rotyerii, comes Paliarensis, Jacobus de Peramola, miles, Guillelmus de Pontibus, miles, Petrus de Sanaugia, miles, Raymundus de Peramola, miles, Petrus Çeuro, miles, Berengarius de Camporrels, miles, Raymundus de Guardia, miles, Guillelmus de Perexens, miles, Guillelmus Zacosta, miles, Bernardus de Peramola, En Comenges, miles, Raymundus de Vilamayor, miles, Guillelmus de Frexa, Bernardus de Portella, archidiaconus in ecclesia Urgellensi, Berengarius de Vilarone, abbas Urgellensis, Jacobus de Biayna, canonicus Urgellensis, Arnaldus de Solerio, canonicus Urgellensis, Petrus Emil, capellanus de Ribelles, magister Bernardus, capellanus de Sanaugia.

Sig (s. man.) num Bernardi Çaera qui hoc scripsit, vice Arnaldi de Soriguera, rectoris ecclesie de Pontibus et Acrimonte.

Sig (s. man.) num mei A. de Soriguera, rectoris ecclesiarum de Pontibus et Acrimonte qui predictis omnibus interfui et scribi feci, mandato dicti domini Ermengaudi, Dei gratia comitis Urgelli, et clausi die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. capit. d'Urgel, armoire 10, caisse : *Privilegis reales* 1. — *Copie.* Id, armoire 7, caisse : *Bisbe y capitol*, et cartulaire, vol. 2, n°s 66 et 92. — Bibl. nat., Armoires de Baluze, vol. 117, f° 410. — Decamps, vol. 61, f°s 288 v° — 289 v°.)

118

LÉRIDA, 18 MAI 1287

Ordre adressé à G. de Redorta, viguier et bailli de Lérida, de rembourser à Etienne de Cardone le montant des dépenses qu'il a faites pour l'entretien de Constance de Foix.

G° de Redorta, vicario et bajulo Ilerde. Cum nos mandaverimus adduci nobilem dompnam Costanciam, filiam comitis Fuxensis, apud Ilerdam, mandamus vobis quatinus tradatis fideli nostro Stephano de Cardona illud quod necessarium habuit ad [o]pus expense dicte dompne Costancie et recipiatis albaranum de eo quod tradideritis. Datum Ilerde, XV° kalendas junii [1].

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 71, f° 52.)

119

HUESCA, 25 MAI 1287

Ordre adressé à G. de Redorta, viguier et bailli de Lérida de payer à R. Rotundi, citoyen de Lérida, les sommes nécessaires à l'entretien de Constance de Foix.

G° Ça Redorta, vicario et bajulo Ilerde. Sciatis nos ordinasse quod R. Rotundi, civis Ilerde, custodiat nobilem dompnam Costanciam, filiam comitis Fuxensis; quare vobis dicimus et mandamus quatinus detis et solvatis dicto R° Rotundi quicquid necessarium fuerit domine predicte, recipiendo albaranum ab eo de eo quod sibi tradideritis, ratione provisionis dicte domine Costancie, dederitis seu solveritis. Datum ut supra [2].

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 71, f° 53.)

1. Au f° 40 v° : 1287.
2. La pièce précédente, dans le registre, est datée de Huesca, 25 mai. L'année 1287 est marquée au f° 40 v°.

120

LÉRIDA, 22 MARS 1288 (n. st.)

Alphonse III, roi d'Aragon, se plaint à Guillaume-Raymond de Josa d'un manque de parole du comte de Foix et fixe un délai pour l'exécution des engagements pris, en son nom, par le dit Guillaume-Raymond.

Viro nobili et dilecto G° R^i de Josa. Miramur multum quia nobilis comes Fuxensis non habuit vistas nobiscum, prout condictum fuit et comprehensum inter nos et vos apud Cervariam ; unde significamus vobis quod, si dictus nobilis comes infra quindecim dies post instans festum Pasce Domini non responderit nobis ad ea que expressa fuerunt inter nos et vos, non teneremur sibi deinceps in aliquo de premissis. Datum Ilerde, XI° kalendas aprilis [1]. — P. Marchesii.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 74, f° 103.)

121

29 AOUT 1291

Reconnaissance dotale faite par Pierre, infant d'Aragon, à Guillelme de Moncade des terres qu'elle lui apporte en mariage; et constitution d'un douaire de 40.000 morabotins en faveur de la dite Guillelme.

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum ad opus et instanciam venerabilis Saturni de Clariana, domicelli, procuratoris et actoris generalis Castriveteris extremi de Marcha, siti in Penitensi, pro conservacione et deffensione, ut dixit, ejusdem castri et jurium suorum et aliorum, a quodam publico instrumento non viciato, abolito neque in aliqua sui parte suspecto, cujus tenor talis est :

1. Au f° 86 v° : 1287 (v. st.).

In Dei nomine. Sit omnibus manifestum quod nos infans Petrus, filius illustrissimi domini Petri, felicis recordacionis, regis Aragonum, confitemur et recognoscimus vobis nobili domine Guillelme, domine Montischateni et Castriveteris, sponse nostre, quam ducimus in uxorem, filieque nobilis viri Gastonis, quondam vicecomitis Bearnensis, quod dedistis nobis in dotem castrum vestrum de Montechateno et castrum vestrum de Vacherisses et castrum vestrum de Tona et castrum vestrum de Voltregano et castrum vestrum de Clerano et castrum vestrum de Torilione et castrum vestrum de Besora et de Curuyl et castra vestra de Tudela et de Fornels et de Sancto Vincencio et castrum vestrum de Otina et castrum vestrum vocatum de Sobreporta, cum omnibus mansis, honoribus, terminis, pertinenciis et juribus predictorum castrorum et cum militibus et dominabus et aliis hominibus et feminis ipsorum castrorum que habetis et tenetis ad feudum per illustrissimum dominum Jacobum, Dei gracia regem Aragonum et Sicilie, Majoricarum et Valencie ac comitem Barchinone, fratrem nostrum, in diversis locis Cathalonie. Item confitemur et recognoscimus vobis quod dedistis nobis in dotem partem vestram quam habetis et habere debetis in civitate et regno sive insula Majoricarum, quamque tenetis ad feudum per predictum dominum regem Jacobum, fratrem nostrum, cum omnibus scilicet domibus, alqueriis, honoribus et pertinenciis et juribus ipsius partis vestre. Item dedistis nobis in dotem castrum vestrum vocatum Castrumvetus de Martorello et castrum vocatum de Rosanis, cum villa vestra de Martorello, et castrum vestrum vocatum de Voltraria et castrum vestrum vocatum Sancti Stephani de Runiris et castrum vocatum de Beviure et castrum vocatum Castrumvetus de Penitensi, cum villa vocata de Almonia et cum villa vocata de Nuyes et castrum vestrum vocatum Vallemmollem et castrum vestrum de Sancto Minato et castrum vestrum de Rahona et villam vestram de Sabadello et castrum vestrum de Castellario et castrum vocatum de Oris et castrum vestrum vocatum Tornamira et castrum vestrum vocatum Reganyada et fortitudinem vestram vocatam Rocha de Sau et domum vestram de Vilardello et castrum vestrum vocatum de Roudors, cum omnibus mansis, domibus, honoribus, pertinenciis, terminis et

juribus predictorum castrorum, villarum et locorum et cum militibus et dominabus et aliis hominibus et feminis que habetis et possidetis per franchum alodium in Cathalonia et in diversis locis. Item dedistis nobis in dotem omnia alia castra, villas et loca vestra, decimas eciam, dominia rerum et omnia alia bona que habetis et habere debetis in Cathalonia et eciam in regno Majoricarum et in regno Aragonum et in Vasconia et in aliis locis. Et hec omnia supradicta, tam alodia quam feuda, dedistis nobis in dotem non extimata.

Et nos, gratis et ex certa sciencia, propter hanc dotem a vobis nobis traditam, facimus vobis augmentum et donacionem propter nuptias de quadraginta milibus morabatinorum bonorum alfonsinorum, auri fini et ponderis recti, et promittimus vobis quod salvabimus vobis et vestris predicta omnia castra, villas et alia loca vestra et bona que nobis dedistis in dotem non extimata. Et, pro salvacione omnium predictorum que nobis dedistis in dotem et pro predictis quadraginta milibus morabatinorum, de quibus vobis fecimus donacionem propter nuptias, obligamus vobis et vestris specialiter castrum nostrum et villam nostram que vocantur de Villamajori et villam nostram de Arbucio et castrum et villam nostram que vocantur de Cambrils, cum castro sive loco de Monterubeo, et loca nostra de Quart et de Palacio et de Montealto, que omnia predicta habemus racione donacionis inde nobis facte ab illustri domino Alfonso, felicis recordacionis, rege Aragonum, fratre nostro. Item obligamus vobis et vestris specialiter pro predictis omnibus castrum et villam nostram de Cardedol et castrum et villam nostram de Araprunyano, cum pertinenciis et juribus suis que habemus in diocesi Barchinone et castra et villas[1] nostras de Alaguar et Exelone, cum pertinenciis et juribus suis que habemus in regno Valencie. Et predicta que habemus in diocesi Barchinone et regno Valencie spectant ad nos racione donacionis inde nobis facte ab illustrissimo domino Jacobo, Dei gracia rege Aragonum et Sicilie, Majoricarum et Valencie ac comite Barchinone, fratre nostro. Et predicta omnia tenemus ad feudum per eundem illustrissimum domi-

1. Le copiste a mis par erreur *vallas*

num regem Jacobum, fratrem nostrum. Item obligamus vobis et vestris specialiter, pro predictis omnibus, castrum et villam nostram de Altovierre et castrum nostrum et villam nostram de Granyene et de Ponpien et castrum et villam nostram de Roures, que habemus in regno Aragonie, racione donacionis inde nobis facte a dicto domino rege Alfonso, quondam fratre nostro. Item obligamus vobis et vestris specialiter, pro predictis omnibus, castrum nostrum et villam nostram de Tamarito, cum omnibus pertinenciis suis, quam et quod habemus in diocesi Terraconensi. Generaliter vero obligamus vobis et vestris, pro salvacione predictorum, que nobis dedistis in dotem, et pro predicta donacione propter nuptias, quam vobis facimus, omnia alia bona nostra que modo habemus, promittentes vobis quod predicta, que nobis dedistis in dotem non extimata, non vendemus nec alio modo non alienabimus aliquo tempore, ut habeatis predicta omnia que nobis dedistis in dotem et predictam donacionem propter nuptias, quam vobis fecimus, teneatis et possideatis, toto tempore vite vestre, cum marito et sine marito, et cum infante et sine infante, et sine contradicione et impedimento nostri et nostrorum et alterius cujuscumque persone; et in die obitus nostri [1] habeatis predicta omnia castra, villas et alia loca predicta que nobis in dotem dedistis, ad omnem vestram vestrorumque voluntatem inde libere faciendam. Predicti (*sic*) vero quadraginta milia morabatinorum, de quibus vobis fecimus donacionem propter nuptias, revertantur, post obitum vestrum, infanti vel infantibus qui de nobis in vobis fuerint procreati. Quod si ad dictum obitum vestrum infans vel infantes de nobis in vobis procreati vivi superstites defuerint, supradicta quadraginta milia morabatinorum, de quibus vobis fecimus donacionem propter nuptias, revertantur, post sepedictum obitum vestrum, dicto domino regi Jacobo, fratri nostro, vel cui ipse voluerit. Et hec omnia supradicta facimus de consilio, assensu et voluntate dicti domini regis Jacobi, fratris nostri. Et, ad majorem securitatem omnium predictorum, concedentes nos fore majores quatuordecim

1. Le texte porte clairement *vestri*, mais c'est certainement une erreur, pour *nostri*.

annis, promittimus et juramus vobis sponte per Deum et ejus sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, quod contra predicta vel aliqua de predictis non veniemus aliquo tempore, racione minoris etatis vel alio modo.

Actum est hoc quarto kalendas septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Signum + infantis Petri, filii illustrissimi domini Petri, felicis recordacionis, regis Aragonum predicti, qui hec laudamus, firmamus et juramus. Testes hujus rei sunt : Bernardus de Serriano, Arbertus de Mediona, milites, Raymundus Scorna, Raymundus Alamanni et Berengarius de Oris. Signum + Jacobi, Dei gracia regis Aragonum et Sicilie, Majoricarum et Valencie ac comitis Barchinone, qui hec predicta laudamus et firmamus, salvo jure et dominio nostro in omnibus hiis que pro nobis tenentur, et salvo quod, si forsan aliqua de hiis que dicta domina Guillelma asseruit suppra esse alodium suum in hoc instrumento tenerentur pro nobis, quod, per hoc firmamentum nostrum vel per predictam assercionem suam, nullum nobis vel nostris prejudicium generetur. Testes sunt : Petrus de La Costa, doctor legum, et Jacobus de Biania, canonicus Urgellensis. Sig(s. m.)num Petri Marti, notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit, cum litteris appositis in linea vicesima secunda, ubi scribitur : *nobis*, die et anno quo supra.

Conditor omnium Deus, cum in mundi inicio cuncta creasset de nichilo, ex osse viri dormientis formam fecit mulieris, ex uno duos faciens, duos unum esse debere monstravit, ipso attestante qui ait : Relinquet homo patrem suum et matrem suam et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. Quapropter, in Dei nomine, nos infans Petrus, filius illustrissimi domini Petri, felicis recordacionis, regis Aragonum, procreandorum filiorum amore, elegimus nobis sponsam assumere nomine Guillelmam. Quod est actum quarto kalendas septembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo. Signum + infantis Petri, filii illustrissimi domini Petri, felicis recordacionis, regis Aragonum, qui hec laudamus et firmamus. Testes hujus rei sunt : Bernardus de Serriano, Arbertus de Mediona, milites, Raymundus Scorna, Raymundus Alamanni et Berengarius

de Oris. Sig(s. m.)num Petri Marti, notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit die et anno quo suppra.

S+num Martini Clapeis, subvicarii Villefranche et Penitensis pro domino rege, qui huic translato a suo publico instrumento, non viciato, nec abolito, nec in aliqua sui parte suspecto, ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur, auctoritatem nostram impendimus pariter et decretum, ut tanquam suo originali fides plenaria ab omnibus impendatur, hic appositam et appositum per manum Petri Cudines, regia auctoritate notarii publici per totam Cathaloniam ac regentis scribaniam bajulie Villefranche et vicarie Penitensis pro venerabili herede venerabilis domine Margarite, uxoris venerabilis Berengarii de Boxados, militis, in cujus manu et posse dictus venerabilis subvicarius hanc firmam fecit, die lune tercia die aprilis, anno a nativitate Domini M°CCC°X°C primo, presentibus testibus : Jacobo Serra de Villafrancha et Petro Rovira de termino Castri de Vite. Et ideo dictus Petrus Cudines, notarius predictus, hec scripsit et suum hic apposuit sig(s. m.)num. Constat de raso in prima linea presentis decreti, ubi corrigitur : *suo*.

Sig(s. m.)num Francisci Thome de Villaffrancha Penitensis, auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui hoc translatum a suo originali instrumento, non viciato, abolito neque in aliqua sui parte suspecto, bene et fideliter sumptum et cum eodem legitime de verbo ad verbum comprobatum auctoritzatumque, ut supra patet, per venerabilem subvicarium Villeffranche, scripsit et clausit tercia die aprilis, anno a nativitate Domini M°CCC° nonagesimo primo, presentibus testibus : Jacobo Serra de Villaffrancha, et Petro Rovira termini Castri de Vite, cum literis in raso positis in linea VIII[a], ubi legitur : *in diversis locis Cathalonie ; item confitemur*. Constat autem de suppraposito in secunda linea presentis clausure, ubi legitur : *suspecto*.

(*Transcr.* du 3 avril 1391. Arch. nat., J 879, n° 80. — *Copie*. Bibl. nat., Decamps, vol. 60, f°s 348 — 350. — Doat, vol. 175, f°s 253 — 259 v°.)

122

29 mai 1292

Vente faite par Bérenger d'Oris, procureur de feu Gaston, vicomte de Béarn, à Guillelme de Moncade, fille de celui-ci, de tous les biens et droits possédés par le dit vicomte dans la ville et l'île de Majorque.

In Christi nomine. Sit omnibus notum quod ego Berengarius de Orisio, auctoritate et potestate michi tradita et concessa a nobili domino Gastone, quondam vicecomite Bearni et domino Montiscathani et Castriveteris, de vendendis suis honoribus et possessionibus quos et quas habebat in civitate et insula Majoricarum, pro exsolvendis suis debitis et ejus injuriis restituendis, idcirco, gratis et ex certa scientia, vendo vobis nobili domine Guillelme de Montecathano, filie quondam ipsius nobilis domini Gastonis, uxorisque illustris domin[1] infantis Petri, filii illustrissimi domini Petri, inclite recordationis, quondam regis Aragonum, ac domine Montiscathani et Castriveteris, et vestris et cui sive quibus volueritis perpetuo omnes honores, possessiones, alquerias, censualia, redditus, proventus, exitus et quelibet alia jura quos et que dictus quondam nobilis dominus Gasto habebat et percipiebat in civitate et insula Majoricarum, in quibuscumque locis, cum militibus, dominabus et aliis hominibus et feminis, homagiis, senioratico, servitutibus, adempriviis, jurdiccionibus (*sic*) civilibus, criminalibus et omnibus aliis juribus que, de jure, usu vel observantia, idem nobilis dominus Gasto habebat et percipiebat in dicta civitate et insula Majoricarum. Hanc autem venditionem omnium predictorum et singulorum facio vobis et vestris et quibus volueritis perpetuo, sicut melius dici vel intelligi potest, ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum intellectum, extrahendo hec omnia et singula de jure, dominio et posse heredum dicti nobilis domini Gastonis eademque omnia et singula in vestrum vestrorumque jus, dominium et posse mitto et transfero irrevocabiliter, et cum hoc publico instrumento, perpetuo valituro, induco vos

de predictis omnibus et singulis in corporalem possessionem, pleno jure, tanquam in rem vestram propriam, quam possitis, per vos vel interpositatam personam, adipisci et adeptam retinere, ratificando vobis nichilominus possessionem per vos vel procuratorem vestrum jam aprehensam ad habendum et tenendum omnique tempore in pace possidendum et ad omnem vestram vestrorumque voluntatem inde libere faciendam, sine contradiccione et retentu mei et ullius persone. Ego enim, cum testimonio hujus publici instrumenti, vicem epistole gerentis, dico et mando omnibus militibus, dominabus necnon et aliis hominibus et feminis et emphiteotis ipsius nobilis domini Gastonis, in civitate et insula Majoricarum residentibus, quod deinde vobis et vestris aut cui volueritis perpetuo respondeant et satisfaciant de omnibus in quibus tenebantur dicto quondam nobili Gastoni. Ego etiam, ex causa predicta, dono et cedo vobis omnia loca, jura, voces et acciones reales et personales seu mixtas, utiles et directas, ordinarias et extraordinarias que et quas dictus dominus Gasto quondam habebat et habere debebat vel etiam ego, auctoritate ab eo michi tradita et concessa, habeo vel habere possum in predictis, quibus locis, juribus, vocibus et accionibus possitis vos et vestri uti et experiri in judicio et extra, contra quaslibet personas vobis vel vestris injuriantes vel eciam querimoniam proponentes, quemadmodum ego possem ante hujusmodi venditionem et cessionem, constituens vos in hiis dominam et procuratricem in rem vestram propriam, ad faciendum vestram voluntatem. Precium autem dicte venditionis est octuaginta milium solidorum monete barchinonensis de terno, que confiteor vos misisse et convertisse in solutionem debitorum et restitutionem injuriarum dicti nobilis domini Gastonis quondam. Et quia de toto dicto precio sic bene paccatus sum et contentus renuncio exceptioni peccunie non numerate et precii non recepti et doli et accioni in factum et legi que subvenit deceptis ultra dimidiam justi precii, dando et ex certa scientia remmitendo vobis et vestris si quid dicta venditio plus modo valet aut de cetero valuerit precio supradicto. Pro eviccione autem hujus venditionis et pro exigendis et recuperandis omnibus missionibus, dampnis et interesse que proinde feceritis aut sustinueritis vos vel vestri in

evincendo hec vel causam eviccionis examinando, obligo vobis et vestris, auctoritate predicta, omnia alia bona dicti nobilis domini Gastonis quondam, quecumque sint et ubicumque, set ego non tenear inde vobis vel vestris de eviccione, nec bona mea sint proinde vobis vel vestris in aliquo obligata. Actum est hoc quarto kalendas junii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo. Sig+num Berengarii de Orisio, predicti, qui hec laudo, concedo et firmo.

Testes hujus rei sunt : Bernardus de Scintillis de Terracia, magister A. de Turre, canonicus Barchinone, Berengarius de Sancto Vincentio.

Sig(s. m.)num Nicholai de Samares, notarii publici Barchinone, qui hec scripsit et clausit die et anno quo supra.

(*Orig.* Arch. du château de Léran. Fonds d'Armagnac, liasse 3[e], n° 7. Anc. numéro.)

123

BARCELONE, 10 AOUT 1292

Conventions passées entre Raimond-Foulques, vicomte de Cardone, et Jacques II, roi d'Aragon, sur divers sujets et notamment sur les assecurements que ce dernier et le dit vicomte, au nom du comte de Foix, se donnent mutuellement à raison de la terre d'Urgellet.

Convenerunt illustrissimus dominus Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Sicilie, Majoricarum et Valencie ac comes Barchinone, et nobilis Raimundus Fulchonis, vicecomes Cardone, super capitulis infrascriptis, in hunc modum videlicet : quod dictus dominus rex assecuret dicto nobili Raimundo Fulchonis, recipienti nomine nobilis comitis Fuxiensis, terram quam dictus comes tenet in Urgelleto, sic quod terram predictam non invadat nec invadi faciat nec aliquod malum inferat nec inferri faciat terre predicte nec militibus nec hominibus ejusdem terre nec bonis etiam eorumdem. Et, versa vice, dictus nobilis Raimundus Fulchonis, nomine dicti comitis Fuxien-

sis, assecuret ipsi domino regi quod de predicta terra de Urgelleto vel de militibus et hominibus ejusdem terre aliqua invasio non fiat nec malum aliquod exeat nec proveniat dicto domino regi et terre sue nec militibus nec hominibus nec valitoribus suis nec eorum bonis. Et, pro dicto assecuramento tenendo et servando pro parte dicti domini regis, dictus dominus rex det fidejussores nobiles Raimundum de Angularia, dominum de Angularia, Raimundum Alamany et Guillelmum Galcerandi, qui dicto nobili Raimundo Fulchonis, recipienti nomine dicti comitis Fuxiensis, sacramentum e homagium ore et manibus prestent; et dictus nobilis Raimundus Fulchonis et nobiles Raimundus Rogerii, comes Pallariensis, et Guillelmus Raimundi de Josa, nomine dicti comitis Fuxiensis, pro predicto assecuramento tenendo et observando ex parte dicti comitis Fuxiensis, domino regi predicto juramentum et homagium ore et manibus prestent. Et, si forte assecuramentum predictum non placeret dicto comiti Fuxiensi, quod non teneat nec procedat, et si postea dominus rex predictus invaderet vel malum inferret terre predicte de Urgelleto vel militibus et hominibus ejusdem terre aut bonis eorum, idem dominus rex non requirat nec requiri faciat dictum nobilem Raimundum Fulchonis de prestando sibi juvamine ad predicta nec ipse Raimundus Fulchonis possit juvare dictum comitem Fuxiensem nec defendere terram dicti comitis contra dictum dominum regem in guerra presenti.

Iterum fuit condictum quod dictus nobilis Raimundus Fulchonis certificet dictum dominum regem, hinc ad festum omnium sanctorum proxime venturum, utrum dictum assecuramentum placeat dicto comiti Fuxiensi.

Item [1] ....

....

Item..

....

Item..

....

---

1. Les passages marqués par des points ont été omis par nous.

Item convenerunt quod, si dictus nobilis Raimundus Fulchonis vellet se videre cum comite Fuxiense vel Poncio de Guardia vel cum Raimundo de Urgio, requirat super hoc vel requiri faciat dictum dominum regem, et dictus dominus rex, requisitus, concedat ei licenciam de predictis, sine dampno tamen dicti domini regis et terre sue.

Item convenerunt quod nobilis Raimundus Fulchonis juvet dictum dominum regem et suos contra illustrem dompnum Jacobum, avunculum dicti domini regis, et etiam faciat sibi malum simul cum dicto domino rege, dum duraverit presens guerra, set per se, sine dicto domino rege, non teneatur predicto dompno Jacobo et terre sue malum aliquod facere seu inferre in frontaria quam teneret dictus nobilis Raimundus Fulchonis, nam ex tunc idem nobilis Raimundus Fulchonis teneatur malum facere et inferre dicto dompno Jacobo et terre sue, cum dicto domino rege et per se etiam sine ipso.

Item dictus nobilis Raimundus Fulchonis protestatus fuit et retinuit quod, in juramento et homagio quod fecit super servandis statutis ordinatis in generali curia Barchinone proximo celebrate, non intendit approbare capitulum seu ordinacionem factam in dicta curia de non separandis seu dividendis regno Majoricarum et insulis eidem adjacentibus a regno Aragonie et comitatu Barchinone.

Item...
....

Item...
....

Item...
....

Item...
....

Item convenerunt quod, si dompnus infans P., frater dicti domini regis, vel dompna Guillelma, uxor ejus, moverint guerram vel moveri fecerint contra dictum nobilem Raimundum Fulchonis, racione castri de Otina vel alia qualibet ratione, ipso nobili existente parato eisdem facere justicie complementum, dictus dominus

rex seu homines civitatum et villarum seu locorum ejusdem domini regis non juvent nec defendant dictum dompnum infantem Petrum nec dictam dompnam Guillelmam, uxorem ejus, in guerra predicta, cum in talibus facere partem non debeat dominus rex predictus.

Item convenerunt quod predicta omnia et singula durent et valeant quousque pax perpetua facta fuerit inter dictum dominum regem et regem Francie et Karolum, fratrem ejus, principem Salerni, et alios valitores, consortes et participes, milites et homines etiam eorundem, cujuscumque gradus, status, legis vel condicionis existant. Conventa sunt hec et facta in Barchinona, quarto idus augusti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, in presencia et testimonio nobilis Raymundi de Angularia, domini de Angularia, Poncii, prepositi Celsonensis, Berengarii de Pulcrovisu, sacriste Vicensis, Guillelmi de Castro Eulino, Jacobi de Bianya, canonici Urgellensis, et Raimundi Egidii, canonici Ilerdensis et Vicensis. Et, ad majorem firmitatem omnium predictorum, dictus dominus rex et dictus nobilis Raimundus Fulchonis fecerunt presentes convenciones, per alphabetum divisas, sigillorum suorum pendencium munimine roborari.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques II, n° 150.)

124

11 AOUT 1292

Jacques II, roi d'Aragon, fait entrer dans son conseil Guillaume-Raimond de Josa et lui accorde une rente de 3.000 sous ; de son côté celui-ci promet de le servir contre tous, excepté le comte de Foix auquel il veut rester fidèle, hormis le cas où le dit comte envahirait les terres du roi à la suite d'une armée française.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Sicilie, Majoricarum et Valencie ac comes Barchinone, recipimus vos Guilelmum Raimundi de Josa in militem et consiliarium nostrum et domus nostre et promitimus vobis quod, in primo venturo festo

circumcisionis Domini et deinde quolibet anno in eodem festo, in tota vita vestra, dabimus et solvemus vobis tria milia solidorum bone monete Barchinone perpetue de terno ; que siquidem tria milia solidorum predicta damus, assignamus et concedimus vobis habenda et recipienda, quolibet anno in dicto festo, super redditibus cofrorum sive cofres nostrorum. Nos enim ipsos redditus pro solucione dictorum trium mille solidorum vobis specialiter obligamus. Promitimus etiam vobis quod defendemus vos contra quoscumque qui nolint jus vestrum recipere.

Ad hec ego Guillelmus Raimundi de Josa, predictus, recipiens a vobis predicto domino rege predictam donationem et promissionem cum multiplici gratiarum accione, promito vobis dicto domino regi quod ero vobis fidelis et legalis miles et consiliarius et etiam adjutor et defensor, in quantum potero, contra omnes homines cujuscumque conditionis et status sint, durante presenti guerra quam vos habetis, excepto nobili comite Fuxensi contra quem non tenear vobis prestare consilium et auxilium, immo possim ipsum comitem Fuxensem juvare si vobiscum guerram haberet, salvo quod, si dictus nobilis comes Fuxensis cum Gallicis contra vos vel terram vestram veniret, quod nichilominus in hoc casu promito vobis prestare meum consilium et juvamen contra ipsum comitem et Gallicos et alios quoscumque qui contra vos et terram vestram venirent. Et hec omnia promito vobis bona fide et sine omni dolo malo et fraude. Et, ad majorem securitatem omnium predictorum, juro vobis per Deum et ejus sancta quatuor evangelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta, ut superius dicta sunt, tenere, complere et observare et non in aliquo contravenire aliquo jure, causa vel ratione ; et etiam facio vobis pro predictis, de presenti, homagium ore et manibus, presentibus notario et testibus infrascriptis. Actum est hoc tercio idus augusti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo. Signum ✝ Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Sicilie, Majoricarum et Valencie ac comitis Barchinone, predicti, qui hec laudamus et firmamus. S ✝ num Guillelmi Raimundi de Josa, predicti, qui hec predicta laudo, firmo et juro. Testes hujus rei sunt : Raimundus de Minorisa, Raimundus Alamanni, Maymonus de Josa et

Berengarius de Josa. Sig(s. man.)num Petri Marti, notarii publici Barchinone, qui hec scripsit et clausit die et anno quo supra.

Hec est domini regis.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques II, n° 152.)

125

VICH, 15 SEPTEMBRE 1294

Pierre, infant d'Aragon, seigneur de Moncade et de Castelvieil, confirme les privilèges des habitants de Vich.

Noverint universi quod nos infans P., illustris domini P., inclite recordationis, regis Aragonum filius, dominus Montischatani ac Castriveteris, attendentes fidem puram et devotionem sinceram quam vos probi homines et universitas civitatis Vici erga nos habetis et semper etiam habuistis vos et predecessores vestri erga predecessores nostros, dominos Montischatani, idcirco, gratis et spontanea voluntate ac ex certa scientia, laudamus, approbamus et confirmamus vobis dictis probis hominibus et universitati dicte civitatis Vicensis presentibus et futuris, in perpetuum, omnes libertates, franquitates, usus, privilegia et bonas consuetudines quas habetis et usi fuistis, usque nunc, cum nostris predecessoribus, dominis Montischatani, promitentes ea omnia et singula vobis observare et inviolabiliter manutenere inperpetuum, prout melius, retroactis temporibus, per dictos antecessores nostros vobis et vestris antecessoribus fuerunt concessa ac etiam approbata. Hanc autem laudationem, approbationem et confirmationem vobis dictis probis hominibus et universitati dicte civitatis Vici et vestris successoribus inperpetuum, per nos et successores nostros dominos Montischatani, facimus, sicut melius dici potest et intelligi ac inveniri ad vestrum et successorum vestrorum salvamentum et bonum intellectum ac conservationem etiam omnium predictorum et prout de predictis usque nunc melius usi fuistis; mandantes universis offitialibus (*sic*) nostris civitatis predicte, presentibus et futuris, quod predictam laudationem et confirmatio-

nem nostram firmam habeant et observent et faciant inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. In cujus rei testimonium, ad eternam rei memoriam, vobis presentem cartam nostram fieri mandavimus nostro sigillo apenditio sigillatam. Datum Vici XVII° kalendas octobris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

Berengarius de Tovia.

Signum + infantis P., illustris domini P., inclite recordationis, regis Aragonum, filii, domini Montischatani et Castriveteris.

Testes sunt : Guilabertus de Scintillis, P. Eximeni de Moncha, P. de Queralto, Arbertus de Mediona, et Eximenus Duarreç.

(*Orig.* Arch. de l'*ayuntamiento* de Vich, n° 229 anc.)

126

SARAGOSSE, 8 MAI 1295

Ordre adressé à P. Sanche, justicia *de Calatayud, de lever le séquestre mis sur les biens de plusieurs marchands et hommes de la juridiction du comte de Foix.*

P° Sanccii, justicie Calatayubi ac superjunctaria Tirasone vel ejus et cetera. Licet mandaverimus vobis per litteram nostram quod mercatores et alios de terra comitis Fuxiensis qui essent in Calatayubo caperetis et res, merces ac bona eorum emparetis, pro eo quia P. Garcesii de Nuce et Stephanus de Alfagerino, consiliarii nostri, fuerant detenti in terra dicti comitis, quia, cum iidem consiliarii sunt liberati et absoluti, volumus ac vobis mandamus quatinus omnes res, merces ac bona seu debita que et quas emparastis G° A[i] de Aladuix et Pelegrino de Aladuix, fratri suo, mercatoribus de Olorone et etiam aliquibus aliis de terra dicti comitis Fuxiensis desemparetis et absolvatis ac restituatis eisdem et desemparari ac restitui faciatis incontinenti; et, super eorum debitis exigendis et recuperandis, juvetis ipsos ac eos manuteneatis et deffendatis

fendatis in jure, ipsis existentibus paratis facere et cetera. Datum Cesaraugustc, VIII idus may [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 89, f° 92.)

127

SERICA, 29 MARS 1296

Jacques II, roi d'Aragon, prie le sénéchal (?) de Toulouse d'enjoindre à Arnaud d'Espagne et à Roger de Comenge, son fils, de réparer tous les dommages qu'ils ont commis en envahissant le comté de Paillars.

Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Murcie et Valencie ac comes Barchinone,.................. Tholosano, salutem et dilectionem. Vobis, presentibus, intimamus, sicut, per alias nostras litteras, jam vobis recolimus intimasse, quod, treuga inter regem Francie et nos existente, nobiles Arnaldus de Ispania et, ejus filius, Rogerius de Comenge, vassalli ac de terra et dominio regis Francie supradicti, post mortem nobilis Raimundi Rogerii, comitis Pallariensis quondam vassalli nostri, manu armata et cum comitiva equitum ac peditum armatorum, juris fatica in nobis seu nostris officialibus non inventa, intravit comitatum Pallariensem, qui est intus nostrum regnum ac dominium constitutus, ac ibidem [ceperunt] castra et alia loca plura et homines occiderunt ac dampna plurima intulerunt et inferre non cessant; et, licet predictis nobilibus per nostras literas d[uxeri]mus nunciandum quod predicta fecerant et faciebant infra tempus dicte treuge ac ipsos duxerimus legitime requirendos quod exirent inde et ea que per [eosdem in] comitatu predicto capta et occupata fuerant restituerent, quia nos, si ipsi querelam aliquam de comitatu predicto haberent, faceremus inde eis fieri justicie complementum, istud facere noluerunt; immo dampna dampnis et injurias injuriis acumulant incessanter. Unde, cum comes predictus fuisset vassallus noster et de regno et dominio nostro et heredes

1. Au f° 75 : 1295.

vel successores ipsius qui nunc sunt in comitatu predicto, qui pupilli existunt, sint vassalli nostri et de regno et dominio nostro, iterato, racione teugue (*sic*) predicte, vos, per presentes, requirimus et monemus quatenus castra, valles, terras et omnia alia per dictos Arnaldum de Ispania et Rogerium, filium ejus, in dicto comitatu, ut predicitur, intus regnum nostrum et dominium constituto, capta, invasa seu occupata et dampna etiam per eos ibidem illata, per eosdem restitui et emendari penitus faciatis et eisdem injungatis quod de predicto comitatu exeant et ibi dampna aliqua ulterius non inferant nec inferri faciant. Nos enim, si quam petitionem seu querimoniam super dicto comitatu facere voluerint seu moveri, parati sumus inde facere fieri justicie complementum. Datum apud Xiricham, IIII° kalendas aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto. — Sigillanda.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 300.)

128

SIÈGE DU CHATEAU DE LORT, 26 JUIN 1297

Jacques II, roi d'Aragon, enjoint à Roger-Bernard III, comte de Foix, de restituer à Blanche, femme de feu Raymond-Roger, comte de Paillars, les châteaux de Tirvia, Glorieta, Ferrera et Biusa, tenus en gage pour la somme de 53.000 sous qu'elle offre de lui rembourser.

Viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi. Signifficamus vobis, ex parte nobilis dompne Blanche, uxoris nobilis R. Rogerii, quondam comitis Pallariensis, fuisse coram nobis propositum conquerendo quod ipsa pro quantitate LIII milium solidorum que sibi mutuo concessistis, inpignoravit et vobis, causa mutui, tradidit castra sua de Tirvia, de Glorieta, de Ferrera et de Biusa, cum aliis locis pertinentibus dictis castris et quod, licet ipsa dompna Blancha vobis obtulerit et offerat et sit parata vobis solvere debitum supradictum, facto compoto inter vos et ipsam, ut deceat, ipsam solucionem recipere et dicta castra sibi contradicitis restituere et tradere, ut asseritur coram nobis. Unde dicta Blancha ad nos recur-

rente et instanter suplicante a nobis sibi super hiis de jure remedio provideri, nos attendentes ad nostrum pertinere officium in jure viduas et bona ipsarum deffendere et tueri, ideo nobilitatem vestram requirendo monemus et etiam vobis injungimus quatinus, dicta dompna Blancha solvente et restituente vobis dicta LIII milia solidorum vel ea que debeat, facto inter vos et ipsam compoto, ut actum extitit et conventum, predicta castra cum juribus et pertinenciis suis eidem dompne tradatis et restituatis vel coram nobis compareatis vel vestrum procuratorem aut nuncium mittatis, paratus coram nobis pro dicere et proponere causas justas, si quas habetis, quod non teneamini ad predicta; alias cum dicte dompne in jure suo defficere non possimus, immo eandem tueri et deffendere teneamur, oportebit nos super hiis procedere, prout justicia suadebit, faciendo restitui dicte dompne castra predicta, prout fuerit faciendum, ipsa complente vobis que complere super negocio hujusmodi teneatur.

Datum in obsidione castri de Lort, sub sigillo nostro secreto, VI° kalendas julii [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 253, f° 23.)

129

SIÈGE DU CHATEAU DE LORT, 28 JUIN 1297

Jacques II, roi d'Aragon, mande à tous les habitants des terres d'église situées dans la viguerie de Lérida de lui prêter secours contre Arnaud d'Espagne et Roger-Bernard III, comte de Foix, qui sont en marche pour venir le combattre.

Ja. et cetera, fidelibus suis universitatibus hominum locorum prelatorum, monasteriorum et omnium religiosorum infra vicariam Ilerde constitutis, salutem et gratiam. Credimus vos non ignorare qualiter A. de Ispania, nobilis vir de Vasconia, terram nostram, hostili more ingrediens, quedam castra et loca comitatus Pallariensis ad heredem Pallariensis comitis nobilis terre nostre pertinencia,

1. Au f° 18 : 1297.

debellando, per violenciam occupavit et detinet occupata et alia etiam castra et loca dicti comitatus in terram nostram (*sic*) constituta adhuc debellare nititur et per violenciam occupare, in non modicum nostri et dominacionis nostre prejudicium et contemptum, fatica juris in nobis vel herede dicti comitis non inventa. Immo, quod gravius est, cum nos obtulissemus paratos reddere ei justiciam, si jus aliquod in dicto comitatu crederet se habere, ad mandatum nostrum desistere noluit a predictis; propter quod, ad resistendum dicto nobili, personaliter occurrere habuimus et obsedimus castrum de Lort quod ipse in terram nostram occupatum per violenciam detinet, in quo sunt milites et alii homines ejusdem nobilis inimici nostri extranei, et eosdem inimicos nostros ibidem obsessos tenemus. Nunc vero, ut pro certo audivimus, ipse nobilis A. de Ispania et nobilis comes Fuxiensis, qui in ejus venit auxilium, cum aliis nobilibus, principibus et gentibus extraneis veniunt contra nos ad debellandum nos in terram nostram et jam ex ipsis aliqui sunt infra breve spacium prope nos; unde, cum in istis casibus vos et omnes alii homines terre nostre qui etatem habeant et posse pugnandi nobis succurrere teneamini, secundum usaticum Barchinone, mandamus vobis, auctoritate dicti usatici, quatinus, visis presentibus, incontinenti veniatis ad succurrendum nobis in predictis cum armis et aliis apparatibus vestris, ut nos vobiscum et cum aliis hominibus terre nostre predictis nobilibus et gentibus extraneis resistere valeamus et terram nostram deffendere contra eos. Datum in obsidione castri de Lort, sub sigillo nostro secreto, IIII° kalendas julii, anno predicto [1].

Similes littere fuerunt facte universitatibus infrascriptis, sub eadem data :

Probis hominibus et universitatibus civitatis Terrachone et Campi, universitatibus hominum locorum prelatorum, monasteriorum, et omnium religiosorum infra vicarias Rippacurcie et de Payllars constitutis, etc.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 253, f° 28.)

---

1. Au f° 18 : 1297.

130

SIÈGE DU CHATEAU DE LORT, 29 JUIN 1297

Jacques II, roi d'Aragon, menace Roger-Bernard III, comte de Foix, de procéder contre ses biens et sa personne s'il ne retire l'appui qu'il prête à Roger de Comenge contre Sibille, fille de feu Arnaud-Roger, comte de Paillars.

Ja. et cetera, viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi et vicecomiti Bearni et Castriboni, salutem et dilectionem. Vestras nos noveritis literas recepisse continentes quod non potestis nec debetis defficere quin faciatis auxilium et valençam et quin deffendatis nobilem Rogerium de Comenge, nepotem vestrum, in guerra quam dicitis nos, cum gentibus nostris, ei facere in comitatu Pallariensi et quod, propter hoc, diffidastis nos et de nobis desexistis quod de malo quod nobis faceretis intus partes Pallarienses, ab ipsa die diffidamenti in antea, nobis non teneremini. Quarum literarum vestrarum tenore diligenter intellecto, vobis taliter respondemus quod nos dicto nobili Rogerio de Comenge guerram non facimus in comitatu Pallariensi vel alibi. Sed quia nobilis A. de Ispania, pater suus, et ipse Rogerius cum eodem, sua propria auctoritate, cum multitudine militum et peditum armatorum, intraverunt comitatum Pallariensem et per violenciam invaserunt, quem comitatum constat esse de terra et jurisdiccione nostra et nostro dominio subjectum, qui etiam comitatus est nobilis dompne Sibilie, tempore dicte invasionis pupille filie nobilis A. Rogerii, quondam comitis Pallariensis, et heredis dicti nobilis A. Rogerii quondam, et nobilis R[i] Rogerii, quondam comitis Pallariensis, et ipsa pupilla et ejus tutor ac manumissores comitis antedicti ipsum comitatum, tempore invasionis predicte, paciffice possidebant; et dictus nobilis A. de Ispania, licet per nos multociens requisitus et monitus, desistere nollet a predictis, immo in ipsis contumaciter perseveraret et adhuc etiam perseveret, fatica juris in nobis et dicta pupilla in aliquo non inventa, nos, ad querelam et requisicio-

nem dicte pupille et tutoris ejusdem et manumissorum dicti comitis, quibus in reddenda justicia defficere non possumus nec debemus, et maxime dicte pupille, que erat in pace et treuga et in speciali proteccione nostra, opportuit et oportet nos, ex officii nostri debito, ad deffendendas et propellendas dictas violencias et injurias, ad dictum comitatum personaliter accedere et venire et procedere contra dictos nobiles et eorum adjutores et complices, ad recuperanda loca que ipsi in terra nostra in dicto comitatu per violenciam occupaverant, quem processum non per modum guerre set solum zelo justicie facimus et facere intendimus; signifficantes vobis quod, si dicti nobiles A. de Ispania et Rogerius, filius suus, coram nobis voluerint comparere et assecurare idonee de parendo juri, prout de jure et usaticis Barchinone et constitucionibus pacis et treuge fuerit faciendum, nos hoc acceptabimus et reddemus eisdem nobilibus justiciam de dicta pupilla et de quibuscumque aliis de terra nostra, de quibus querimoniam dixerint se habere. Et sic ea que nos pro exequcione justicie facimus et que, ex officii nostri debito, facere habemus et quibus deficere non possumus, non debetis in guerram accipere nec potestis juste hoc guerram nominare; propter quod de vobis non modicum admiramur quia propter predicta nos diffidastis et nostram jurisdiccionem conamini impedire. Miramur etiam de vobis eo pocius quia scitis quod illustris rex Francie, pro se et suis valitoribus et vassallis, inter quos vos esse venire in dubium non potest, dedit nobis treugam et nos eidem, modo simili, usque ad diem certam, que treuga adhuc durat et est; et scitis vel scire debetis quod, durante tempore dicte treuge, malum, sine manifesta violacione dicte treuge, nobis facere non potestis. Verum, si, predictis non obstantibus, nobis vel rebus nostris malum aliquod faceretis, quia ad deffensionem nostram et nostrorum deficere non possumus, signifficamus vobis quod procedemus contra vos et bona vestra, prout de jure poterimus et deseximus nos de vobis quod, si pro predictis vobis vel bonis vestris dampnum aliquod faceremus, quod nullatenus teneamur. Signifficamus tamen vobis quod, si querimonias aliquas habetis vel habere intenditis de nobis vel de aliquibus nobis subditis, parati sumus quod faciamus et reddamus vobis jus-

ticiam, prout de jure et secundum usaticos Barchinone et constituciones pacis et treuge fuerit faciendum. Datum in obsidione castri de Lort, sub sigillo nostro secreto, III kalendas julii, anno Domini MCCXCVII°.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 253, f° 29 v°.)

131

SIÈGE DU CHATEAU DE LORT, 29 JUIN 1297

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne à En *de Orcau de placer des hommes en embuscade, pour signaler l'arrivée des gens du comte de Foix.*

Viro nobili et dilecto de Orcau, salutem et cetera. Cum nobilis comes Fuxiensis nunc desexierit se a nobis et propterea perpendimus quod ipse inferat vel inferri faciat malum et dapnum (*sic*) hominibus nostris, venientibus ad exercitum nostrum, rogamus vos ac eciam vobis dicimus et mandamus quatinus in illis locis partium terre vestre quibus cognoveritis dictum comitem, familiam vel aliquos de parte sua posse dampnum dare hominibus nostris predictis, ponatis insidias seu atalayas que, cum ipsos venire sciverint seu viderint, significent illud idem hominibus........ et aliorum locorum parcium ipsarum significare curetis, cum scitius (*sic*) poteritis, ut caveat sibi ne per dictos nostros adverssarios possit eis fieri malum aliquod sive dampnum. Vos vero ipsos nostros adverssarios per terram vestram transsire minime permitatis, alias dampnum, si quod per ipsos hominibus nostris fieret, per partes terre vestre, reputaremus ob culpam vestri fuisse illatum eisdem. Datum in obssidione castri de Lort, sub sigillo nostro secreto, III° kalendas julii [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 253, f° 31.)

---

1. Au f° précédent : 1297.

132

VALENCE, 13 MARS 1298 (n. st.)

Jacques II, roi d'Aragon, délie les ricombres et les autres hommes du comté d'Urgel et du vicomté d'Ager du serment de fidélité auquel ils étaient tenus, en vertu des conventions antérieures faites avec Ermengaud X, comte d'Urgel.

Nobilibus dilectis richis hominibus ac aliis hominibus in comitatu Urgelli et vicecomitatu Agerensi, etc. Noveritis quod illustrissimus dominus Alfonsus, clare memorie, rex Aragonum, frater noster, concessit nobili viro Ermengaudo, comiti Urgellensi, quod ipse et sui habeant comitatum Urgelli cum omnibus pertinenciis et juribus suis universis ad feudum, sub illa condicione, videlicet, sub qua nobilis Alvarus, pater suus quondam, comes Urgelli, ipsum comitatum habebat et tenebat ad feudum pro illustrissimo domino rege Ja., bone memorie, avo nostro, revocans, ex certa sciencia, instrumenta, conveniencias et pacta inita inter dominum regem, patrem nostrum, inclite recordacionis, ex una parte, et dominum comitem seu nobilem Fuxensem comitem, nomine dicti comitis, ex altera, super restitucione dicti comitatus et vicecomitatus facta ipsi comiti per ipsum dominum regem, patrem nostrum ; que quidem instrumenta, conveniencias et pacta carere voluit omni robore firmitatis, salvando sibi et successoribus suis idem dominus rex Alfonsus integre jus quod pertinebat dicto domino regi Ja., avo nostro, in predicto comitatu, tempore quo vivebat dictus Alvarus, pater suus ; quare absolvit vos tunc ab omni homagio et sacramento per vos vel aliquem vestri prestito dicto domino regi, patri nostro, racione dictorum instrumentorum, conveniencianum et pactorum initorum inter dominum regem, patrem nostrum, ex una parte, et dictum comitem Urgelli seu dictum comitem Fuxensem, nomine ejus, ex altera, super restitucione dicti comitatus et vicecomitatus, ut superius continetur, volens quod ex tunc non essetis vos vel vestri ipsi domino

regi Alfonso aut suis, racione dicti homagii et sacramenti, astricti seu in aliquo obligati. Salvavit tamen et retinuit sibi et successoribus suis idem dominus rex Alfonsus jus et vinculum quod competebat seu pertinebat, in dicto comitatu et in vobis, dicto domino regi Ja., avo nostro, tempore quo vivebat dictus Alvarus, nobilis pater suus, prout hoc in quadam carta, in aliqua sui parte non abolita nec deleta nec viciata, ipsius domini regis Alfonsi, ejus sigillo pendenti cereo sigillata, plenius vidimus contineri. Nunc autem dictus nobilis comes Ermengaudus nobis humiliter suplicavit ut dictam cartam et concessionem, causa cognita et ex certa sciencia, confirmari et, si forsitan posset modo aliquo aparere quod dicta concessio per dictum dominum regem Alfonsum facta ipsi comiti non valeret, de novo concedere de benignitate regia dignaremur. Et nos Ja., rex predictus, eidem comiti dictam concessionem et omnia et singula predicta, ex certa sciencia et causa cognita, laudamus, approbamus ac etiam confirmamus ; et, ad majorem ipsius comitis et suorum securitatem et cautelam, si posset forsitan apparere quod dicta concessio non valuisset seu etiam non valeret, ipsam et omnia et singula predicta sibi et suis, imperpetuum, de novo concessimus et donavimus, ut in quadam carta seu privilegio nostro, per nos comiti ipsi facta, plenius continetur, salvis et retentis nobis et successoribus nostris omnibus et singulis que predictus dominus rex Alfonsus in predicta carta seu privilegia (*sic*) sibi et successoribus suis retinuit et salvavit. Quare absolvimus vos, de presenti, ab omni homagio et sacramento per vos vel aliquem vestri seu vestros predecessores prestito dicto domino regi, patri nostri (*sic*), racione dictorum instrumentorum, convenienciarum et pactorum initorum inter ipsum dominum regem, patrem nostrum, ex una parte, et dictum comitem Urgelli seu dictum comitem Fuxensem, nomine ejus, ex altera, super restitucione dicti comitatus et vicecomitatus, ut superius continetur, volentes quod de cetero non sitis vos vel vestri nobis aut nostris, racione dicti homagii et sacramenti, astricti seu in aliquo obligati. Salvamus tamen et retinemus nobis et successoribus nostris jus et vinculum quod competebat seu pertinebat, in dicto comitatu et in vobis, dicto domino regi Ja., avo nostro, et successoribus

suis, tempore quo vivebat dictus nobilis Alvarus, pater comitis supradicti. Datum Valencie, III idus marcii, anno Domini M°CC°XC° septimo.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 196, f° 145.)

133

ARBOS, 24 AVRIL 1298

Protestation de Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, au nom de Gaston, fils de Roger-Bernard III, comte de Foix, contre l'achat projeté par Jacques II, roi d'Aragon, des terres de Guillelme de Moncade en Catalogne ; avec la réponse du dit roi.

Noverint universi quod, in presencia mei notarii et testium imfra (*sic*) scriptorum ad hoc specialiter convocatorum et rogatorum, nobilis vir dominus R. Fulchonis, Dei gratia vicecomes Cardone, constitutus personaliter apud Arbucium coram excellentissimo domino, domino Jacobo, Dei gratia rege Aragonum, Majoricarum, Valencie et Murcie comiteque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillario, amiranto et capitaneo generali, dixit, proposuit et protestatus fuit coram eodem domino rege quod ipse nobilis intellexit quod idem dominus rex vult emere castrum vetus de Rosanis vel alia bona vel terram nobilis domine Guillelme de Montecathano, quod castrum et que bona dicte nobilis domine sunt ypotechata et vinclata, ut dixit, nobili filio nobilis viri comitis Fuxensis, qui est eidem nobili R. Fulchonis obligatus in magna parentela et debito. Quare idem nobilis R. Fulchonis, nomine dicti filii nobilis comitis Fuxensis, et ut consanguineus ejus, requisivit dictum dominum regem quod ipse non emat terram nec bona dicte nobilis domine, cum ipsa terra et bona dicte domine sint eidem filio nobilis comitis, ut predixit, obligata et vinclata, et quod si faceret, poneret seu miteret se in predictis dictus dominus rex in deseretamento predicti filii nobilis comitis Fuxensis, precipue cum dictus dominus rex hoc facere non debeat, ut dixit, de jure et secundum constituciones factas per dominos reges Aragonum, antecessores ejusdem

domini regis, et per eundem dominum regem confirmatas et juratas. Et de hiis dictus nobilis, nomine quo supra, fuit protestatus.

Et dictus illustrissimus dominus rex predictus dixit et respondit ad predicta quod ipse non intendebat nec intendit emere a dicta nobili domina Guillelma castrum vetus de Rosanis nec alia bona ejusdem domine, in prejudicium seu deseretamentum filii nobilis comitis Fuxensis predicti nec juris quod idem nobilis filius nobilis comitis Fuxensis habeat in terra seu bonis domine Guillelme predicte, et quod placet eidem domino regi quod idem nobilis filius comitis Fuxensis habeat suum jus in predictis. Nec vult nec intendit frangere seu derogare ordinaciones seu constituciones factas super hiis per predecessores ipsius domini regis et per eundem dominum regem confirmatas.

Et tam dictus dominus rex quam dictus nobilis R. Fulchonis, quilibet de dictis et propositis per eundem, mandaverunt fieri presens publicum instrumentum protestacionis per me notarium infrascriptum.

Factum est hoc in loco de Arbucio, VIII° kalendas madii, anno Domini M°CC°XC° octavo. Sig+num R[i] Fulchonis, Dei gratia vicecomitis Cardone, qui hoc firmamus et concedimus.

Sig+num Jacobi, Dei gratia regis Aragonum predicti, qui hoc firmamus et concedimus.

Sig+num venerabilium domini R[i], Dei gratia episcopi Valentini. Sig+num Hugonis de Cardona, archidiaconi Barchinonensis. Sig+num Poncii, Dei gratia prepositi Celsonensis. Sig+num nobilium Bernardi Amati de Cardona. Sig+num P[i] de Queralt. Sig+num Bernardi de Sarriano. Sig+num Guillelmi Durifortis, consiliariorum domini regis predicti. Sig+num Jacobi de Montepesato. Sig+num Dalmacii de Palaciolo. Sig+num Galcerandi de Miraliis. Sig+num Berengarii de Montebovino militum, testium.

Ego Bernardus Majoris de Cervaria, creatus publicus notarius auctoritate illustrissimi domini regis Aragonum in omnibus terris et jurisdiccionibus suis, hoc scripsi et premissis interfui et hoc signum (s. man.) feci.

(*Orig.* Arch. dép. des Basses-Pyrénées, E 399, n° prov. 120.)

134

AGRAMUNT, 5 JANVIER 1300 (n. st.)

Protestation de Bernard de Aversone, procureur de Jacques II, roi d'Aragon, contre l'acquisition du comté d'Urgel par Roger-Bernard III, comte de Foix; avec la réponse de celui-ci.

Noverint universi quod, die martis que est nonas januarii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in presentia mei Bernardi Payares, notarii publici Barchinone et totius terre et dominationis domini Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, et in presentia etiam testium infrascriptorum, Bernardus de Aversone, scriptor domini regis predicti ac procurator et nuncius ab eodem domino rege specialiter ad hec constituto (*sic*), cum carta ipsius domini regis sigillo pendenti munita, quam exhibuit et ostendit ac, in quantum tangebat subscriptum negocium, legi fecit per me dictum notarium, coram nobili viro Rogerio Bernardi, comite Fuxensi, et testibus infrascriptis, que quidem carta data fuit Barchinone IIII° nonas januarii, anno predicto, presentavit, obtulit et per me dictum notarium legi fecit et postea incontinenti tradidit nobili viro Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi, vicecomiti Bearnensi et Castriboni, constituto personaliter in villa Acrimontis, in domibus Petri Viveti, in vico qui dicitur de hospitali, que villa est in comitatu Urgellensi, quandam litteram papiream patentem et sigillatam in dorso sigillo dicti domini regis, cujus tenor talis est :

Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie et Murcie comesque Barchinone ac sancte Romane Ecclesie vexillarius, ammiratus et capitaneus generalis, viro nobili et dilecto Rogerio Bernardi, comiti Fuxensi et vicecomiti Bearnensi et Castriboni, salutem et dilectionem. Intelleximus et pro certo (*sic*) quod vos, ex causa alienationis in vos facte vel faciende per nobilem Ermengaudum, comitem Urgelli, intenditis consequi et habere comitatum Urgellensem, quem dictus comes pro nobis tenet ad feudum, et alia loca et castra

que idem comes pro nobis ad feudum tenet. Unde, quia dicti comitatus et alia loca et castra per nos tenentur ad feudum et res feudalis non possit alienari quoquo titulo alienationis, sine voluntate domini, tam de jure quam secundum usaticos Barchinone, vobis denunciamus quod non placet nobis quod dictus comitatus et dicta castra et loca alia in vos vel alium alienentur, quocumque titulo alienacionis, sine assensu et expressa voluntate nostra; scientes quod, si vos, contra hujusmodi contradictionem nostram, predictum comitatum et alia loca et castra que dictus comes a nobis tenet ad feudum recepistis vel receperitis quoquo titulo alienationis facte vel faciende, expresse contradicimus et penitus repugnamus. Datum Barchinone, IIII° nonas januarii anno Domini millesimo CC° nonagesimo nono. — Recipe. S.

Qua littera lecta, incontinenti dictus Bernardus de Aversone, procuratorio nomine dicti domini regis Aragonum, protestatus fuit et dixit presencialiter coram dicto comite Fuxensi et testibus predictis quod dicto domino regi non placet quod dictus comitatus et alia loca et castra predicta alienentur in dictum comitem vel alium, sine expresso assensu et voluntate ipsius, immo tali alienationi facte vel faciende expresse contradicit et penitus repugnat. Et de premissis dictus procurator peciit de premissis (*sic*) sibi fieri publicum instrumentum.

Et incontinenti dictus nobilis comes Fuxensis dixit quod ipse nescit nec credit quod nobilis comes Urgelli velit alienare comitatum Urgelli nec aliqua loca que habeat; immo dixit quod videt quod dictus comes Urgelli emit et meliorat id quod habet. Item dixit dictus comes Fuxensis quod ipse non intendit facere aliquod prejudicium dicto domino regi in aliqua causa nec minuere jus suum; tamen, si dictus comes Urgelli vellet dare dicto comiti Fuxensi dictum comitatum, ipse comes Fuxensis acceptaret ipsam donationem nec intenderet ipse comes Fuxensis super predictis fieri alienationem nec prejudicium domino regi nec alii persone. Quibus premissis, dictus nobilis comes Fuxensis mandavit predicta inseri in hoc presenti publico instrumento et de predictis omnibus sibi aliud fieri instrumentum.

Et incontinenti dictus Bernardus de Aversone, procurator predictus, nomine dicti domini regis, persistens in protestatione predicta, iterum protestando expressit quod intentio est domini regis obsistere et contradicere penitus alienationi predicte, si facta est vel fiet, sine assensu et voluntate sua, prout largius in sua predicta littera continetur.

Quibus premissis, dictus nobilis comes stetit in responsione sua predicta et cum aliud habebit inde facere, faciet secundum quod justum erit et racionabile. Quod est actum in Urgello, in villa de Acrimonte predicta, die et anno supra in prima linea scriptis, presentibus testibus : Petro de Josa, Berengario de Turdo, militibus, Burdo de Fuxio, Raimundo de Lobalt et Eymerico de Barbesa.

Sig(s. man.)num mei Bernardi Payares, notarii publici Barchinone et tocius terre et dominationis domini Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, qui predictis interfui et hec scripsi et clausi, cum litteris suprapositis in linea XIIII[a], ubi dicitur : *facte vel faciende* et alibi in eadem linea, ubi dicitur : *et de premissis dictus procurator peciit de premissis sibi fieri publicum instrumentum*, loco, die et anno quo supra.

(*Orig.* Arch. nat., J 879, n° 84. — *Copie.* Bibl. nat., Doat, vol. 177, f°s 76 et suivants.)

135

17 janvier 1300 (n. st.)

Bernard de Serria, procureur de Jacques II, roi d'Aragon, défend à Bérenger, évêque de Vich, de porter atteinte aux droits de Guillelme de Moncade; et le dit évêque s'engage, vis à vis du roi, à les respecter.

Noverint universi quod die dominica que fuit sexto decimo kalendas februarii, anno Domini millesimo, ducentesimo nonagesimo nono, in presentia Bernardi de Turri, notarii et scribe curie vica-

rii Barchinonensis, et testium, scilicet : Raymundi de Salis, Jacobi Carborelli, Rodricy de Biscarica, Raymundi Badia et Arnaldi de Castlario, nobilis Bernardus de Serriano, consiliarius domini regis, presentavit et per dictum notarium legi fecit reverendo in Christo patri domino Berengario, Dei gracia episcopo Vicensi, constituto in quibusdam domibus que sunt juxta ecclesiam Templi Barchinonensis, ubi dictus dominus episcopus hospitabatur, quandam sedulam papiream, cujus tenor talis est :

Vobis reverendo in Christo patri, domino Berengario, Dei gracia episcopo Vicensi, denunciamus nos Bernardus de Serriano, consiliarius domini regis, nomine, vice et pro parte ipsius domini regis, quod, cum ipse dominus rex literatorie mandaverit procuratori, vicariis, bajulis et universis aliis ejus officialibus quod, nobili domina Guillerma de Montecathano parata facere querelantibus de se justicie complementum, non gravarent ipsam nec per aliquos contra justiciam gravari permiterent nec etiam bona sua, immo ipsam in jure suo manuterent et defenderent contra quoscumque inferentes vel inferre conantes eidem aut bonis suis dampnum, injuriam vel gravamen ; et Petrus de Vilardebo, notarius, procurator ipsius nobilis domine cum publico instrumento, in quo data est ei potestas firmandi jus super bonis dicte nobilis domine, firmavit in posse curie Barchinonensis super bonis dicte nobilis domine facere jus vobis et quibusdam aliis de omnibus querelis quas velitis proponere contra ipsam ; et Bernardus de Belestar, gerens vices Bertrandi de Canellis, vicarii Barchinonensis et Vallensis, tunc literatorie vos de predictis certificaverit et, ex parte ipsius domini regis, vos requisiverit et monuerit quod dicte domine vel hominibus ejus vel bonis eorum dampnum, injuriam aliquam nullatenus faceretis, prout hoc in capibrevio dicte curie plenius continetur ; et sit res mali exempli quod episcopi seu clerici cum dominabus viduis ceditionem habeant sive gerram, cum ipsi omnes et bona eorum sub pace sint constituti et ipsius domini regis debeant proteccione tueri, potissime cum firmaverit stare juri et ad ipsum dominum regem spectet ne permitat ad gerras, armas (*sic*) seu ricxas procedere quos sua potest jurisdiccione compescere. Ideo nos dictus Bernardus de

Serriano, nomine, vice et pro parte dicti domini regis, ut dictum est, dicimus et protestamur vobis dicto reverendo in Christo patri domino episcopo quod dictam nobilem dominam et ejus familiam et bona sua et homines suos et bona eorum, quecumque sint et ubicumque, non gravetis nec molestetis nec gravari seu molestari faciatis nec etiam ipsis gravamen, dampnum vel injuriam ullatenus inferatis vel inferri ab aliquo faciatis, alias, si contra predicta vel aliqua de predictis in aliquo veniretis, protestamur vobis quod dictus dominus rex procedet contra vos et bona vestra et homines vestros et bona ipsorum, prout de jure et ratione fuerit procedendum; et insuper, eo casu, mandabit procuratori, vicariis, bajulis et aliis ejus officialibus quod dictam dominam et ejus familiam et bona sua et homines suos et bona eorum contra vos et quoscumque alios eis dampnum aliquod inferentes vel inferre volentes in suo jure manuteneant et defendant. Nos enim de premissis similem protestationem facturi sumus et faciemus domine supradicte. Et de hiis, nomine domini regis et ad opus ipsius, petimus per notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

Qua cedula lecta in presentia dicti notarii et testium predictorum dictus dominus episcopus, respondens predictis, dixit quod ipse, tam in predictis quam aliis, erat paratus obedire et stare mandatis domini regis nec intendebat malum vel dampnum aliquod facere vel inferre dicte domine, hominibus seu bonis suis nec familie ejusdem, maxime cum, ut dixit, jam firmasset jus facere dicte domine in posse domini regis et suorum officialium. Et nichilominus, facta dicta responsione, presentibus notario et testibus predictis, dictus dominus episcopus firmavit in posse Romei de Marimundi, vicarii Barchinonensis et Vallensis ibi presentis, et pro eo etiam firmaverunt nobiles Raymundus de Angularia, dominus d'Uxafava, et Geraldus Alamanni quod dictus dominus episcopus faceret jus dicte domine de omnibus peticionibus et demandis, prout in libro firmamentorum curie vicarii Barchinonensis plenius dicta firma continetur. Quod est actum die et anno predictis, presentibus testibus supradictis. Sig(s. man.)num Bernardi de Turri, notarii et scribe curie vicarii Barchinonensis, qui hec scribi fecit et clausit, cum

literis suprapositis in linea quarta, ubi dicitur : *domina* et in octava, ubi dicitur : *dictus*, die et anno prefixis.

(*Orig*. Arch. capit. de Vich, coll. de documents sur Urgel de D. Jayme Ripoll y Vilamajor [1], f° 17.)

136

SOLSONA, 16 JUIN 1300

Raymond-Foulques, vicomte de Cardone et procureur du roi en Catalogne, informe Jacques II de son entrevue avec Roger-Bernard III, comte de Foix, et de la protestation de celui-ci contre l'achat fait par le roi des terres de Guillelme de Moncade.

Al molt alt e molt poderos seynor, al seynor en Ja., per la gracia de Deu rey d'Arago, de Valencia, de Murcia et comte de Barcelona e de la sancta esgleya de Roma seynaler, almirayll e capita generall, de nos en R. Folch, per la gracia de Deu vezcomte de Cardona, et procurador vostre en Catalunya, saluts e sotsmesa reverencia ab tota honor. Fem vos saber, seynor, quens fom vists ab lo noble comte de Foix sobrell fet de les treves trencades de Payllars e avem li donades scrites totes les malefeytes que son estades feytes per ell e per sos valedors als valedors vostres ne a lurs homens, dins treves. E el aytambe aviens ja dades scrites les malefeytes feytes a el e als valedors homens seus, dins treves. E finalment som nos en axi avenguts quel dit noble comte a promes a nos que a sancta Maria d'agost, dia adiat, per totes les malefeytes que sien estades feytes per lo comte ne per sos valedors, dins treves, tornara peynores o procurador seu en nostre poder, per retre o per escondir les dites malefeytes; e sera denant nos a Solsona per fer aquestes coses. E axi, seynor, es mester que a aquel dia de sancta Maria d'agost ajats a nos trames I cavaler o altre hom covinent a azo, qui sia denant nos per vos e per la vostre part et per los nostres valedors, qui deja tornar e torn peynores vinens en

1. Chanoine et archiviste de l'église cathédrale de Vich.

nostre poder, en semblant manera a Solsona, per retre les dites malfeytes feytes al comte e a sos valedors, en treves, o per scondir; e puys nos, tornades peynores en nostre poder per les partes, farem les malefeytes retre o escondir; e pregare vos, seynor, que vos fassats manament a tots los vostres valedors que les treves sien tengudes e observades, tro a Omnia Sentor, per zo, seynor, com a instancia de nos, lo dit noble comte a promes a nos que les treves fara tenir e observar tro a aquel dia. E azo, seynor, avem nos feyt per tall que mal nos puxam fer en treves e que nos ne siam descarregats. Encara, seynor, sapiats quel comte de Foix dix a nos, davant alcuns cavalers e d'altres, que vos, seynor, feyets gran tort a la nobla dona la comtessa de Foix, muyler sua, e al noble en Gastonet, fiyl seu, per rahon dels cambis e de la compra que vos avets feiyta de la nobla dona na Guillelma de Montcada de la terra sua, per zo com la dita terra ere obligada e vinclada a la dita dona comtessa e al dit en Gastonet per testament del noble en Gasto de Bearn, pare de les dites dones, e per altres condiciones. E nos, seynor, responem al dit noble comte que vos erets tall seynor que a ell ne a altre no fariets tort e que vos erets apareyllat de fer al comte tot zo que degessets, ab que ell fees a vos aytambe zo que degues. E ell respos que la demanda nel dret de la terra de la dita dona na Guillelma ere de madona la comtessa de Foix e d'en Gastonet e que no podie a lo mesclar ab d'altres demandes que vos li feessets, car el ere apareylat de fer a vos de zo que tengut vos fos de fer zo que degues. E axi, seynor, fem vos o saber pro tall quey puxats aver vostre acort e fer enazo zo que semblant vos sia. E manat nos, seynor, zo queus placia. Datum Celsone, XVI° kalendas julii anno Domini M°CCC°.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 1215.)

137

GANDIA, 3 MARS 1301 (n. st.)

Jacques II, roi d'Aragon, délègue Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, à l'effet de conclure, en son nom et en celui d'Hugues de Mataplana et de plusieurs autres seigneurs, une trêve avec le comte de Foix, Arnaud d'Espagne et leurs alliés.

Nos Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie et Murcie ac comes Barchinone, concedimus vobis nobili et dilecto nostro Raymundo Fulchonis, vicecomiti Cardone et procuratori Cathalonie, ac damus licentiam et plenariam facultatem [ut], pro nobis et nobilibus Hugone de Mataplana, comite Pallariensi, Raymundo de Villamuro, Bernardo Rogerii de Erillo, R° de Bellera et abbate de Gerre et pro en Puig Cerver et fratribus suis et omnibus valitoribus et subditis nostris, possitis dare treguas nobilibus comiti Fuxiensi, Arnaldo de Yspania, Rogerio de Comenge et valitoribus eorundem, duraturas hinc ad festum beati Johannis Babtiste mensis junii proxime venturum et eas a dictis nobilibus, comite Fuxiense, A° de Yspania et suis valitoribus recipere, prout vobis melius videbitur faciendum. Nos enim treguam predictam, quam per dictum tempus dabitis et recipietis, ratam habebimus atque firmam et eam faciemus inviolabiliter observari. In cujus rey testimonium presentes fieri et nostro sigillo secreto jussimus sigillari. Datum in Gandia, V° nonas marcii, anno Domini millesimo trescentesimo.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 1209.)

138

VALENCE, 17 MARS 1301 (n. st.)

Jacques II, roi d'Aragon, mande à B. de Torayla de se tenir prêt à lui porter secours contre Arnaud d'Espagne, Roger de Comenge et les gens du comte de Foix qui assiègent le château de Lort.

Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie et Murcie comesque Barchinone, ac sancte romane Ecclesie vexillarius, amirantus et

capitaneus generalis, dilecto suo heredi B. de Torayla, salutem et dilectionem. Cum pro certo didiscerimus quod nobilis A. de Ispania et Rogerius de Comenge, ejus filius, cum gente eorum et nobilis comitis Fuxensis, obsederint et obsessum teneant castrum de Lort, situm in comitatu Palariensi ; et nos de dicta obsidione ipsos amovere intendamus et, ut expedit, contra eos procedere viriliter et potenter, et propterea servicium vestrum necessarium habeamus ; idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus statim, receptis presentibus, paretis vos equis, armis et aliis aparatibus vestris ad faciendum nobis servicium quod pro feudis que a nobis tenetis facere tenemini et debetis, sic quod statim, cum in partibus ipsis fuerimus, ad quas, racione predicta, de presenti dirigimus iter nostrum, ad nos parati veniatis pro faciendo servicio antedicto. Datum Valencie, XVI kalendas aprilis, anno Domini millesimo trescentesimo.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 1212.)

139

BANYOLAS, 26 MARS 1301

Raymond-Foulques, vicomte de Cardone et procureur du roi en Catalogne, informe Jacques II des mesures qu'il a prises contre Arnaud d'Espagne, occupé au siège du château de Lort.

Excellentissimo domino, domino Jacobo, Dei gracia regi Aragonum illustri, Valencie, Murcie, comitique Barchinone, ac sancte romane Ecclesie vexillario, amiranto et capitaneo generali, Raimundus Fulchonis, Dei gracia vicecomes Cardone ac procurator vester in Cathalonia, omnem reverenciam submissam cum honore et se ipsum. Noverit dominacio vestra quod, postquam vos literatorie [man]dastis nobis et potestatem dedistis dandi et accipiendi treugas de facto de Paylars, missimus literas ad vicarium Urgelleti nobilis comitis Fuxensis quod nos eramus parati dare et accipere treugas, vestro nomine, sicut condictum erat inter nos et dictum vicarium,

nomine comitis supradicti. Et, dum nos spectabamus responssionem dicti vicarii, audivimus dici quod nobilis A. de Yspania, cum militibus et peditibus, tenebat obssessum castrum de Lurdo, de quo fuimus quam plurimum gravati ac etiam admirati. Et statim, cum nos essemus in loco de Celrrano, juxta civitatem Gerunde, et teneremus ibi hostagium pro vobis, domine, pro debito Issarni de Fontjaus, missimus literam et mandatum nostrum nobili Galcerando de Angularia, vicario Cervarie et de Paylars quod, cum omnibus exercitibus suarum vicariarum et comitiva militum, accederet ad partes de Paylars. Scripssimus etiam vicario Ilerdensi quod, cum omnibus exercitibus sue vicarie, accederet ad partes ipsas de Paylars et sequeretur dictum nobilem Galcerandum de Angularia et faceret ea que dictus Galcerandus super premissis, ex parte vestra, duceret ordinandum et quod faceret taliter quod dictus nobilis A. de Yspania et sui de dicto comitatu expellerentur et amoverentur. Scripssimus etiam vicario Urgelleti de predictis et quod mirabamur multum ac etiam gravabamur de hiis et quod rogabamus et requirebamus ipsum quod ipse procuraret cum dicto nobili quod recederent ab obssidione castri de Lurdo jamdicti. Et, istis sic factis, vos, illustris domine, scripssistis nobis per literas vestras hodie, que est VII° kalendas aprilis, de predictis. Et nos missimus ad Issarnum de Fontjaus, predictum, quod mutaret nobis dictum hostagium ad civitatem Barchinone, ad hoc ut nos melius possemus in dicto facto procedere et compellere melius exercitus terre vestre. Et idem Issarnus mutavit nobis dictum hostagium Barchinone. Et modo habuimus literam a vicario Urgelleti memorato, in qua nobis per literas suas significavit quod ipse misserat tres curssores sive troterios, unum post alium, ad dictum comitem Fuxensem, per quos cum literis suis eidem nobili comiti sciri fecit tenorem treugarum predictarum; et dicebat idem vicarius quod, hinc ad festum Pasche, comes Fuxensis remiteret sibi dictos troterios cum literis responsivis, et quod etiam credebat quod dictus comes vellet et placeret eidem dictas treugas habere. Nos etiam, domine, nichilominus missimus nuncios nostros et literas ad dictum vicarium et ad nobilem A. de Yspania, significantes eisdem qualiter nos admirati et

gravati eramus de predictis et quod dictus A. de Yspania recederet a dicta obssidione et destrueret sive dirueret quandam bastidam quam juxta castrum de Lurdo, ut dicitur, construxerat; quod si facerent nos parati eramus dictam treugam dare et recipere ; alias scirent quod omnes milites et exercitus Catalonie irent ad partes de Palyars et elevarent ipsos a dicta obssidione et diruerent dictam bastidam. Et nos, domine, nunc specialiter propter predicta accedimus Barchinonam, ubi dictum hostagium nobis est mutatum et mandavimus vicariis Cathalonie quod faciant preconizari exercitus quod omnes sint parati ire apud Palyars, racionibus predictis; propter quod, domine, dominacionem vestram requirimus et rogamus quatenus faciatis et procuretis si placet, domine, taliter cum dicto Issarno, ob hoc ut nos in premissis possimus melius providere, simus a dicto hostagio penitus elongati.

Datum Balnellis, VII kalendas aprilis, anno Domini M°CCC° primo.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 1340.)

140

VICH, 6 DÉCEMBRE 1301

Guillaume de Anglesola, archidiacre de Vich et administrateur du diocèse durant la vacance du siège, promet à Jacques, infant d'Aragon, d'exécuter ses ordres au sujet de la défense de la ville de Vich contre le comte de Foix; mais il demande l'envoi d'un viguier sûr pour concourir à cette défense.

Excellenti et illustri domino, domino infanti Jacobo, illustrissimi domini regis Aragonum primogenito ejusque procuratori in Aragonia et Cathalonia generali, Guillelmus de Angularia, Vicensis archidiaconus ac gerens vices episcopi in spiritualibus et temporalibus, sede vaccante, et capitulum Sedis ejusdem, se ipsos et debitam reverentiam cum honore. Vestre excellentie litteris, quo decuit honore, receptis, intelleximus per easdem quod, cum nobilis comes Fuxensis seu valitores sui terram domini regis intrare et specialiter ad

civitatem Vicensem venire proponant, civitatem et loca alia nostra deberemus fideliter custodire. Ad quas, domine, vobis taliter respondemus quod cordi nobis est, super custodia et defensione civitatis et aliorum locorum, mandatis vestris quantum poterimus obedire. Verumtamen hec excellentiam vestram volumus non latere quod hic nobiscum equites non habemus, cum quibus, si se articulus necessitatis offerret defendere nos possemus, quia milites circumvicini contra dictum comitem nos, ut credimus, non juvarent; nec est hic vicarius, pro domino regi, cujus auxilium invocare possimus, cum Petrus de Ribalta, qui per nobilem dominam G. de Montecathano de facto vicarius fuerat institutus, tanquam suspectus nobis et ecclesie nostre, ad instanciam bone memorie domini Berengarii, Vicensis episcopi, remotus extiterit per dominum regem ab officio vicarie. Celsitudinem vestram igitur unanimiter deprecamur quatenus, super predictis providentes nobis de remedio oportuno, aliquem vicarium non suspectum huc mitere cum familia non suspecta velitis, qui nos juvet in custodia civitatis et aliorum locorum, prout vobis videbitur faciendum. Super hiis etiam, salvo excellentie vestre consilio, videretur quod venerabili Bernardo de Scintillis, procuratori dicte domine, debeatis mandare ut pro hiis accedat personaliter apud Vicum, paratus nobis in predictis dare consilium et juvamen. Et, si vultis, domine, alia nos facturos, rescribite et mandate. Datum Vici, VIII° idus decembris, anno Domini M°CCC° primo.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 1410.)

141

FOIX, 30 DÉCEMBRE 1301

Lettre de défi adressée à Jacques II, roi d'Aragon, par Roger-Bernard III, comte de Foix, à la suite de l'achat par le dit roi des seigneuries de Moncade et de Castelvieil, qu'il revendique au nom de Marguerite, comtesse de Foix, sa femme, et de son fils Gaston.

Al mot noble e honrat an Jacmes, per la gracia Dei reg de Arago, de Mursia, de Valensia et comte de Barsalona, Roger Bernat, per

la gracia Dieu comte de Foys e vescomte de Bearn e de Castelbo. Fem vos saber que, cum le noble mosenher en Gasto sa enreire, vescomte de Bearn, senher de Moncada e de Castelvil, hagosse mandat en son testament que, si la noble madona Guillelma, dona de Moncada et de Castelvil, moria senes her legitima de marit, que la dita terra de Moncada e de Castelvil tornesa al nobles a na Margarida, comtessa de Foys, e molher nostre, e an Gasto, filh nostre; mas, cum la dita madona Guillelma hage a vos venduda la dita terra de Moncada e de Castelvil, en gran prejudici dels ditz molher e filh nostres, e vos l'agatz comprada, en gran deseretement de lor; e cum els vos hagen motas de vegadas feit requerit per les nobles en R. Folc, el comte d'Urgel, per d'autres de Catalonha e vos non hagatz volgud estar; e, cum nos no puscam falhir a lor que nols ne valgam de guera, desessim nos de vos mot greu, quens es que de dengun mal que donessem a vos ni a vostres gens ni a vostra terra nels volram esser tengud en ren. Donadas a Fohs dissapte apres Nadal, anno Domini M°CCC° primo.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 1420.)

142

MAJORQUE, 24 JANVIER 1302 (n. st.)

Jacques Ier, roi de Majorque, informe Jacques II, roi d'Aragon, qu'il envoie Bérenger de Calderes et Jacques Catel pour traiter avec lui, au sujet de secours demandés contre Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, et Roger-Bernard III, comte de Foix.

Serenissimo principi et quamplurimum diligendo karissimo nepoti suo domino Jacobo, Dei gratia illustrissimo regi Aragonum, Valencie et Murcie ac comiti Barchinone, Jacobus, eadem gratia rex Majoricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispessulani, salutem et successus prosperos in agendis. Pro hiis, pro quibus, hiis diebus, nobis vestras litteras, per quendam porterium vestrum, super requisitione auxilii et juvaminis vobis impendendi de

terris et locis nostris contra nobiles Raimundum Fulchonis, vicecomitem de Cardona, et comitem Fuxensem ac Gastonetum, filium suum, nobis transmisistis, ad vestri excellentiam dilectos et fideles nostros Berengarium de Calderiis, militem, et Jacobum Catelli, judicem nostrum, exhibitores presencium, duximus transmitendos; rogantes serenitatem ac dilectionem vestram quatinus, prebentes eisdem benignam audienciam, ea que, ex parte nostra, in vestri presencia proposuerint super predictis benigne audire velitis atque intelligere ac ipsis, super omnibus hiis que ex parte nostra vobis super eisdem exponenda duxerint, fidem credulam adhibere. Datum Majoricis, die mercurii post festum beati Vincentii martiris, anno Domini M°CCC° primo.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 1333.)

143

VALENCE, 27 JANVIER 1302 (n. st.)

Jacques II, roi d'Aragon, requiert, en cas de besoin, le secours de Bernard de Camppendut contre Gaston, fils du comte de Foix, Roger-Bernard III, son père, et Raymond-Foulques, vicomte de Cardone.

Nobili et dilecto Bernardo de Camppendut, salutem et cetera. Vos ignorare non credimus qualiter nobilis dompna Guillelma de Montecatheno, gratuito animo, fecit nobis et nostris donationem inter vivos de castris et locis suis que habebat in Cathalonia, prout licitum erat ei. Nunc autem nobilis Gastonetus, filius comitis Fuxensis, dictam terram ad se asserens pertinere et nos, quod non credimus, super dicta donatione fuisse injuriatos eidem, tam ipse quam pater suus et nobilis R. Fulchonis de Cardona se desexierunt de nobis et nos etiam acuyndarunt; verum, cum nos contra predictos, licet nobis displiceat, procedere, ut credimus, habeamus, et vos, tanquam nostri honoris et comodi zelator (*sic*), ad nostrum servicium paratum semper obtuleritis, ut, si se casus ingereret, vestrum nobis auxilium preberetis, hoc occurrit nostris affectibus valde gratum, quare

vos rogamus attente quatinus, si nos forsitan contra predictos procedere oportebat, cum a nobis iterum requisitus fueritis, circa nostrum servicium vobis intendere placeat et inde vos gerere sollicitum et intentum, sciturus quod nos parati sumus pro vobis facere ea que ad vestri comodum et honorem cedere videantur et vos in quibus possimus prosequi graciis et favoribus. Datum Valencie, VI° kalendas februarii, anno predicto [1].

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 199, f° 35 v°.)

144

BARCELONE, 4 FÉVRIER 1302 (n. st.)

Jacques, infant d'Aragon, avise le roi Jacques II, son père, des projets d'invasion de Roger-Bernard III, comte de Foix, et des mesures qu'il a prises pour s'y opposer, de concert avec Pierre de Fenouillet, procureur du roi de Majorque.

Serenissimo ac magnifico principi domino ac patri suo carissimo domino Jacobo, Dei gratia regi Aragonum, Valencie et Murcie comitique Barchinone, ac sancte romane Ecclesie vexillario, amiranto et capitaneo generali, infans Jacobus, ejus primogenitus ac procurator in Aragonia et Catalonia generalis, manuum ac pedum humile osculamen cum omni reverencia et obediencia filiali. Regie paternitati deferimus, per presentes, quod nobilis Petrus de Fonolleto, procurator illustris regis Majoricarum, patrui vestri, nobis per Laurentium Plasensa, notarium Perpiniani, suas litteras de credencia destinavit. Qui Laurentius nobis in sua credencia verbotenus retulit, ex parte dicti Petri de Fonolleto, quod Poncius de Caramany, vicarius Ceritanie pro dicto rege Majoricarum, audito et scito quod comes Fuxiensis congregabat comitivam equitum et peditum in Ceritania, in quodam loco suo vocato Achs, misit dicto comiti litteras suas et nuncium specialem per quem significavit

1. Au f° 33 : 1301 (v. st.).

eidem comiti quod ipse Poncius intellexerat quod prefatus comes intendebat intrare, per terram regis Majoricarum, in terram vestram, causa inferendi malum vobis et terre vestre et quod faciebat sibi scire quod receperat mandatum a dicto rege Majoricarum quod ipse deffenderet ne aliquis intraret seu intrare posset, per terram dicti regis Majoricarum, in terram vestram, causa inferendi malum, et quod sciret pro certo quod, si ipse vellet intrare, per terram dicti regis Majoricarum, in terram vestram, quod hoc impediret et fieri prohiberet. Qui siquidem comes respondit, interrogando nuncium predictum si dicebat hoc pro vero vel joci causa ; qui nuncius dixit quod ipse dicebat sibi hoc pro vero. Et incontinenti dictus comes rescripsit dicto Poncio per litteram suam, in qua fecit mencionem de omnibus supradictis et dixit quod ipse comes desexiebat se a rege Majoricarum et quod, ad despectum ejus, intraret, per terram suam, in terram regis Aragonum. Post que dictus Poncius misit quandam litteram suam ipsi Petro de Fonolleto in qua significavit ei omnia supradicta. Et incontinenti dictus P. de Fonolleto ivit versus Ceritaniam cum ea familia equitum et peditum quam habere potuit, ad impediendum aditum dicti comitis ; et credit omnino impedire ne possit transire per quendam locum dicti regis Majoricarum vocatum vallem de Querol, per quem dictus comes posset habere aditum ; set tamen non posset impedire ipsum quin transiret per alium locum vocatum Capçir, nisi haberet magnam familiam, quam ibi forte ad presens habere non posset. Quare dictus Petrus de Fonolleto procuravit hec nobis, per dictum suum nuncium, intimare, ut provideremus et daremus consilium in premissis. Nos vero, auditis et intellectis omnibus supradictis, habita deliberacione cum consilio nostro, significavimus incontinenti omnia predicta et singula dilecto consiliario et vicesgerenti nostro Bertrando de Canellis, quem miseramus apud Villamfrancham pro congregandis et retinendis militibus quos ibi congregari mandastis ; et mandavimus ei quod incontinenti cum militibus qui ibi congregati erant, quos esse tunc credebamus triginta vel quadraginta, quia nondum venerant illi qui venturi sunt et cum aliis militibus et peditibus quos habere posset, accederet celeriter apud Bergam, causa resistendi comiti supradicto,

et quod incontinenti, cum venerit ad dictum locum de Berga, significet dicto Petro de Fonolleto adventum suum et alia que super ipso negocio noverit intimanda. Et dictus Petrus de Fonolleto similiter debet dicto Bertrando significare arditum (*sic*) suum et alia que circa hujusmodi negocia sibi debere fieri videantur, ad hoc ut certificati ad invicem et vicissim possint facilius impedire aditum dicti comitis et eidem resistere ac etiam dampna dare. Hec itaque serenitati regie providimus intimare ut provideat et mandet quid amplius super hiis voluerit nos facturos. Preterea jam fecimus et mandavimus per universa et singula loca terre vestre preconitzari exercitus et parari. Datum Barchinone II nonas februarii, anno Domini M°CCC° primo.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 1303.)

145

SIÈGE DE MONTFALCO, 29 MARS 1302

Trêves conclues par Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, au nom de Gaston Ier, comte de Foix, avec Jacques II, roi d'Aragon.

Nos en Ramon Folch, per la gracia de Deu vescomte de Cardona, a bona fe e sens engan, donam treves a vos molt alt senyor en Jacme, per la gracia de Deu rey d'Arago, de Valencia, de Murcia e comte de Barcelona, e als valedors vostres per lo noble baro en Gasto, comte de Foix, e per sos valedors, d'açi a la festa de sent Johan de juny primer vinent e d'aquella festa a un ayn primer esdevenidor et continuament complit, les quals donam a vos dit senyor rey per lo noble en Gasto, comte damunt dit, segons los usatges de Barcelona e costumes de Cathalunya. Empero sil dit noble en Gasto, per si o per son procurador specialment e suficienment establit a dar e a pendre treves, dara les dites treves a vos dit senyor rey, segons que nos les donam, que nos, com dades les vos age, no siam tenguts de les dites treves. En les quals treves damunt dites sia entes lo feyt de Payllars, si el noble n'Arnau d'Espanya ho

volra e, si per aventura nou volia, quel dit noble en Gasto puxa valer al dit n'Arnau d'Espanya contra lo noble n'Uch de Mataplana, comte de Payllars, e sos valedors. Empero, si el dit noble en Gasto no volra valer al dit n'Arnau d'Espanya en la guerra de Payllars, quel dit noble en Gasto et tota la sua terra e tot ço del seu sia en les treves damunt dites. E, si la guerra tornava per raho del feyt de Payllars e el dit noble en Gasto liu volra valer, que la guerra fos en aquell estament en que era el temps del noble en Roger Bernat, comte de Foix et vescomte de Castellbo, ça enrrere.

En semblant manera nos en Jacme, per la gracia de Deu rey damunt dit, per nos et per los valedors nostres, a bona fe e sens engan e segons costumes de Cathalunya e usatges de Barcelona, donam treves a vos dit noble en Ramon Folch, reebent per lo noble en Gasto, comte de Foix, e per sos valedors, d'açi a la dita festa de sent Johan e de la dita festa a un ayn, en les quals treves sia entes lo feyt de Payllars, sil dit noble comte de Payllars ho vol, e, si la guerra tornava per raho del feyt de Payllars, que nos puxam valer al dit noble compte de Payllars contral dit n'Arnau d'Espanya e contral dit noble en Gasto e sos valedors. E en aquest cas nos puxam fer mal als castells e lochs e homens del dit Gasto et els bens d'aquell qui son d'Urgellet et el vescomtat de Castellbo. E, si la dita guerra tornava per raho de Payllars, que la guerra fos en aquell estament en que era el temps del noble en Roger Bernat, ça enrrere, comte damunt dit. Empero, si nos darem les dites treves, que ara a vos donam, al dit en Gasto o al seu procurador damunt dit, que nos, com dades les aguessem, segons que dit es, no siam tenguts a vos de les dites treves. E encara que, si per aquell feyt de Payllars movia la guerra, que vos dit noble en Ramon Folch ne siats cominal en aixi que non vayllats n'en nogats a la una part ne a l'altra. E en testimoni de les dites treves feem posar, cascun de nos, nostres segells en aquesta present carta. Datum in obsidione castri de Montefalchone, quarto kalendas aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo secundo. — Sigillata : B.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datees de Jacques II, nº 1719.)

146

APIERA, 18 NOVEMBRE 1302

Procuration donnée par Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, à son frère Hugues, archidiacre de Barcelone, pour discuter la question du service de cour que Jacques II veut imposer au comte de Foix, à titre de vicomte de Castelbon, et pour demander au dit roi la résiliation du traité qui l'a mis en possession des terres de Guillelme de Moncade en Catalogne.

Noverint universi quod nos Raymundus Fulchonis, Dei gracia vicecomes Cardone, facimus, ordinamus et constituimus certum et specialem procuratorem nostrum vos venerabilem Hugonem de Cardona, archidiaconum Barchinone, fratrem nostrum, ad tractandum cum illustrissimo domino rege Aragonum, tam nomine nostro quam nomine et vice nobilis domine comitisse Fuxensis et nobilis Gastonis, comitis Fuxensis, filii ejus, super jure quod competit predictis domine comitisse et comiti Fuxensi seu asserunt competere in terris seu honore nobilis domine Guillelme de Montechateno; et super eo quod dominus rex petit a nobili comite Fuxensi de veniendo ad curiam suam, ratione vicecomitatus Castriboni; et ad suplicandum et humiliter petendum a dicto domino rege ut non teneat nec observet escambium seu emptionem per ipsum factam cum dicta domina Guillelma de Montechateno de terris et honore ipsius; immo quod ipsum contractum celebratum super predictis debeat rescindere; et ad conveniendum, nomine nostro et predictorum domine comitisse et nobilis comitis Fuxensis, cum dicto domino rege et ad consenciendum et ad approbandum omnia capitula et singula habita et habenda et ordinata seu ordinanda super tractatu ipsorum negociorum et contingentibus ipsum tractatum et negocia; promitentes, bona fide, vobis, et notario infrascripto, legitime stipulanti pro dicto domino rege, et omnibus quorum interest, sub obligacione omnium bonorum nostrorum, quod omnia et singula que per vos super pre-

dictis vel aliquo predictorum tractata, ordinata, concessa et approbata fuerint rata et firma habebimus et rata et firma concedi et approbari faciemus a dictis domina comitissa et nobili comite Fuxensi, et in aliquo non contraveniemus nec contravenire permitemus aliqua ratione. Actum est hoc in villa Apiarie XIIII° kalendas decembris, anno Domini M°CCC° secundo. Sig+num Raymundi Fulchonis, vicecomitis Cardone, predicti, qui hec omnia laudamus, concedimus et firmamus. Testes hujus rei sunt : reverendus dominus Poncius, Dei gracia Vicensis episcopus, nobilis Geraldus de Cervelione et Berengarius, Dei gracia Celsone prepositus. Ego Guillelmus Raymundi de Oliveria, notarius publicus in tota Cathalonia, hec scripsi et clausi et meo sig(s. m.)no signavi.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques II, n° 1818.)

147

APIERA, 18 NOVEMBRE 1302

Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, s'engage à observer les conventions que Géraud de Cervello, son procureur, doit faire avec Jacques II, roi d'Aragon, au sujet de la résiliation du traité conclu par le dit roi avec Guillelme de Moncade.

Noverint universi quod, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, nobilis vir Raymundus Fulchonis, Dei gratia vicecomes Cardone, promisit per se et suos, per firmam et legalem stipulacionem, nobili Geraldo de Cervilione et michi notario infrascripto, legitime stipulanti nomine quorum interest, quod id quod dictus nobilis Geraldus de Cervilione, procurator constitutus a dicto nobili R. Fulchonis ad hoc faciendum, promitet cum juramento et homagio illustrissimo domino regi Aragonum, nomine ipsius nobilis R. Fulchonis, videlicet quod si dominus rex noluerit tenere seu observare escambium et empcionem factam per ipsum dominum regem de terris et honore domine Guillelme de Montechateno seu voluerit rescindere ipsum contractum, de jure vel voluntate seu quocumque

alio modo ac etiam moveat vel moverit seu movebit questiones vel demandas contra dictam dominam Guillelmam de Montechateno seu terras vel bona ipsius vel aliter procedat contra eam, de jure vel de facto, quod ipse nobilis Raymundus Fulchonis non veniet contra ipsum dominum regem vel processum ipsius nec ipsam emparabit vel manutenebit vel delfendet contra dominum regem et suos, idem nobilis Raymundus Fulchonis ratum et firmum habebit et ea omnia et singula observabit et nunquam contraveniet per se vel interpositam personam. Et de hiis observandis et complendis fecit dictus nobilis R. Fulchonis, cum prestacione juramenti, dicto nobili Geraldo de Cervelione homagium manuale. Et si aliquo tempore contra predictam promissionem, juramentum et homagium, dictus nobilis Raymundus Fulchonis veniret, prestita per dictum nobilem Geraldum de Cervelione, nomine ipsius nobilis Raymundi Fulchonis, ipsi domino regi, quod idem nobilis R. Fulchonis esset perjurus et bausator ad consuetudinem Cathalonie et traditor ad forum Aragonie, et quod non posset se excondire per parem vel contra similem per batalliam vel alio modo; immo ex solo (*sic*) hostensione hujus presentis instrumenti esset convictus de predictis [1]. Et renunciavit omni juri et usatico Barchinone, usui et consuetudini Cathalonie ac etiam privilegio ex quibus contra predicta vel aliquod predictorum veniret, posset seu se in aliquo excusare. Actum est hoc in villa Apiarie, XIIII° kalendas decembris, anno Domini M°CCC° secundo, presentibus testibus : reverendo domino Poncio, Dei gratia Vicensi episcopo, Hugone de Cardona, archidiacono Barchinone, et Berengario, Dei gratia Celsone preposito. Ego Guillelmus Raymundi de Oliveria, notarius publicus in tota Cathalonia, predictis omnibus interfui et, de mandato predicti nobilis Geraldi de Cervelione, hec scripsi et in publicam formam redegi, die et anno predictis, et meo si(s. man.)gno signavi.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques II, n° 1820.)

1. Dans le texte il y a fautivement : *pedictis*.

148

BARCELONE, 24 NOVEMBRE 1302

Jacques II, roi d'Aragon, charge G. de Castelvieil, viguier de Barcelone, de requérir de Guillelme de Moncade l'exécution de sa promesse d'entrer dans l'ordre d'Uclès.

Noverint universi quod nos Jacobus, et cetera, facimus et ordinamus certum et specialem procuratorem et nuncium nostrum vos dilectum nostrum G. de Castroveteri, vicarium Barchinone et Vallensis, ad comparendum, pro nobis et nomine, coram nobili dompna Gª de Montecathano, et ad proponendum et requirendum et protestandum eidem domine, nomine nostro sub forma sequenti :

Noverint universi quod ego G. de Castroveteri, vicarius Barchinone et Vallensis, procurator et nuncius illustrissimi domini Jacobi, Dei gracia regis Aragonum, Valencie et Murcie ac comitis Barchinone, ad infrascripta proponenda et dicenda specialiter constitutus, dico et propono coram vobis, nobili domina Gª de Montecathano, nomine et vice domini regis predicti, quod, in contractu jamdudum habito et facto inter dictum dominum regem et vos, racione cujus contractus tenetis civitatem Gerunde et villas Minorise, Bisuldoni et alia loca necnon jurisdicciones et redditus alios, et summam peccunie non modicam accepistis ab ipso domino rege, dictum, actum et condictum extitit ac etiam ordinatum, ad corroboracionem et majorem firmitatem juris ipsius domini regis et predicti contractus, quod vos infra breve tempus ordinem Uclensem intraretis ac habitum religionis ejusdem assumeretis et hoc vos ipsi domino regi fide vestra facere promisistis. Et, postmodum idem dominus rex ad supradicta facienda vos moneri fecerit et etiam monuerit, vos tamen ea minime adimplere curastis, quamvis biennium et ultra jam a tempore dicti contractus et promissionis elapsum existat. Unde, attendentes idem dominus rex ex hoc sibi posse prejudicium generari, me dictum G. de Castroveteri, ad monendum et requirendum vos ut predicta effectui mancipetis, procuratorem et nuncium specialem

constituit, cum publico instrumento quod vobis per presentem notarium requiro ac precipio exhiberi. Quare, nomine dicti domini regis et pro ipso, vos predictam dominam moneo et requiro ut habitum dicte religionis assumatis et religionem ipsam intretis, secundum quod promisistis predicto domino regi, ad confirmacionem et corroboracionem contractus predicti et juris per ipsum contractum acquisiti predicto domino regi; et hoc faciatis usque ad festum Epiphanie Domini proxime venturum; quod si non feceritis vel facere non curaveritis vel neglexeritis protestor, nomine ipsius domini regis et pro eo, quod ipse non teneatur vobis extunc ad observationem eorum que vobis ipse dominus rex in ipso contractu facienda promisit. Immo, quia, culpa vestri que non impletis nec implere curatis quod debetis facere et etiam promisistis, tempore supradicto elapso, dictus dominus rex recuperare intendit et recuperabit quicquid, racione dicti contractus, de bonis dicti domini regis tenetis et quicquid recepistis de eo et de bonis suis, racione contractus predicti. Quia tamen vos, ut idem dominus rex intellexit, aliquociens asseruistis et etiam protestaciones fecistis quod dictus dominus rex que vobis promiserat non implevit, peto et requiro a vobis quod michi dicatis et detis in scriptis, modo vel infra quindecim dies a presenti die computandos in antea, proponatis et hostendatis aut proponi seu hostendi faciatis, coram dicto domino rege, eas raciones vel causas in quibus creditis et asseritis dictum dominum regem vobis, racione dicti contractus, teneri, que ex parte sua debeant adimpleri; quia paratus est dictus dominus rex et ego, pro ipso, paratum me offero, loco et tempore opportuno, adimplere quicquid pro parte ipsius domini regis in ipso contractu adimplendum existit, licet nulla subsit causa quare vos dictam religionem ingredi non debeatis, prout promisistis, et habitum assumere supradictum. Protestatur tamen dominus rex predictus et ego, nomine suo procuratorio, quod ipse dominus rex non intendit renunciare, propter presentem protestacionem, juri quod acquisitum est dicto domino regi in bonis vestris. Et de hiis, ad conservationem juris dicti domini regis, mando fieri per predictum presentem notarium publicum instrumentum. —

Et ad dicendum, proponendum et protestandum, si qua alia circa predicta vobis ad utilitatem nostram et conservationem juris nostri expedienda videbuntur et ad faciendum etiam de premissis fieri publicum instrumentum vel publica instrumenta, habendo de presenti ratum et firmum quicquid in predictis et circa predicta per vos actum, gestum fuerit seu etiam procuratum. In cujus rei testimonium presentis procuratorii paginam sigilli nostri pendentis munimine jussimus roborari. Datum Barchinone octavo kalendas decembris, anno Domini M°CCC° secundo.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 200, f° 251.)

149

TORTOSE, 8 JANVIER 1303 (n. st.)

Jacques II, roi d'Aragon, convient avec Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, de rompre le traité qu'il avait fait avec Guillelme de Moncade et de reconnaître les droits éventuels de la comtesse de Foix et du comte, son fils, sur les terres de la dite Guillelme.

Noverint universi quod hec sunt conveniencie, ordinaciones et pacta inita inter illustrissimum dominum Jacobum, Dei gracia regem Aragonum, Valencie et Murcie ac comitem Barchinone, ex una parte, et nobilem Raimundum Fulchonis, vicecomitem Cardone, ex altera, super negotio infrascripto :

Fuit siquidem primo ordinatum et conventum inter eos quod, eo quia nobilis dompna Guillelma de Montechatano non observavit neque complevit dicto domino regi ea que observare et complere tenebatur, juxta pacta et promissiones initas inter ipsum dominum regem et eandem nobilem domnam Guillelmam, quod dominus rex recedat omnino a contractu celebrato inter ipsum et nobilem prefatam, sive idem contractus sit venditio sive donatio sive escambium sive permutacio seu quocumque alio nomine censeatur seu censeri possit, de castris, locis et terris ipsius nobilis, ita quod dictus dominus rex prefatum contractum rescindat seu rescisum hostendat.

Item, cum nobilis domina Margarita, comitissa Fuxiensis, et Gastonetus, comes Fuxiensis, filius suus, dicant se habere jus in castris, locis et terris predictis, quod illud jus dominus rex per donacionem, vendicionem vel escambium non recipiat neque habeat ipse vel sui, immo, in jure quod dicti comitissa et comes habent in castris, locis et terris supradictis, sint eisdem comitisse et comiti favorabiles et adjutores dictus dominus rex et sui; et quod, donec illud jus fuerit declaratum, dominus rex vel sui non recipiant vel habeant predicta loca, castra et terras per donacionem, vendicionem vel escambium ullo modo, nisi staret per partem dictorum comitisse et comitis vel suorum quominus idem jus declaretur imfra annum postquam forent requisiti per dominum regem vel suos, vivente dicta dompna Guillelma et volente declarari dictum jus vel, ea mortua, domino rege vel suis solummodo requirentibus istud; ita etiam quod, si per partem dictorum comitisse et comitis manifeste non staret nolendo procedere quominus dictum jus, infra annum declararetur, ut est predictum, quod, licet cognicio dicti juris et declaracio diferretur quantocumque tempore, quod, pendente ipsa cognicione, dominus rex non possit adquirere, ut est dictum.

Item, quod si omnia castra, loca et terre predicta concessa domino regi per dictam dominam Guillelmam pervenerint ad prefatos dominam comitissam et comitem et ea habuerint seu tenuerint, quod illa castra et loca et alia que nunc sunt feuda teneantur similiter in feudum per ipsos a dicto domino rege et suis, cum illo servicio quod debet (*sic*) et est fieri consuetum; alia vero loca que sunt alodia et non feuda extunc teneantur per dictos comitissam et comitem ad feudum honoratum, sine servicio, a dicto domino rege et suis. Si autem non omnia castra, terre et loca predicta pervenirent ad prefatos comitissam et comitem set certa pars de ipsis vel aliqua ex eisdem sive quota pars eorundem, illa similiter loca, in hoc casu, que fuerint feuda, sint et remaneant feuda, cum debito servicio et consueto. Si tamen ipsa loca non haberent certum seu consuetum servicium, pro eo quia forte tota terra dicte dompne Guillelme de Montechateno, que est feudum, facit unum et certum servicium, in hoc

casu loca predicta de ipso feudo faciant in dicto servicio pro rata contingente eadem loca; alia vero teneantur ad feudum honoratum a dicto domino rege et suis, sicut in principio hujus capituli est predictum.

Item quod si, ratione alicujus questionis sive demande vel alicujus processus quas vel quem dominus rex intentaret seu faceret contra prefatam nobilem Guillelmam vel bona sua, adjudicarentur eidem domino regi, ratione confiscacionis seu alio modo, aliqua de castris, locis et terris predictis que in dicto contractu intervenerunt, quod incontinenti post mortem dicte dompne Guillelme, non obstantibus adjudicacione seu confiscacione predictis, dominus rex et sui, sine aliqua contradiccione et impedimento, tradant et deliberent eisdem comitisse et comiti omnia ipsa loca que pervenirent ad ipsum dominum regem, ratione premissa, ita quod ea que sunt feuda remaneant feuda, sicut nunc sunt, et que sunt alodia sint feuda, ut superius et inferius declaratur. Si vero loca vel terre aut castra predicta vel aliqua ex eisdem non adjudicarentur domino regi, rationibus supradictis, set certa quantitas quam super ipsis castris, locis et terris haberet, quod similiter, in hoc casu, dominus rex loca et castra que pervenissent ad eundem et que ipse teneret, traderet et deliberaret eisdem comitisse et comiti, post mortem dicte dompne Guillelme, non obstante adjudicacione quantitatis predicte, nisi dicta quantitas que peteretur per dominum regem, esset vel adjudicaretur ratione eorum que dicta nobilis dompna Guillelma habuit vel habuerit, ratione contractus quem fecit cum domino rege vel ratione sponsalicii sibi facti pro domino infante Petro quondam, pro quibus dominus rex posset loca et castra predicta retinere, donec sibi existeret satisfactum, sine prejudicio tamen ipsorum nobilium comitisse et comitis, si jus habent in ipsis, ita quod non possent per dominum regem, ex causis predictis, de jure licite retineri.

Item quod illa castra et loca et terras que et quas nobilis dompna Guillelma de Montechateno prefata retinuit et que non venerunt in contractu quem fecit cum domino rege ipse dominus rex per escambium, donacionem, vendicionem vel alium modum non recipiat vel

adquirat, sive sint alodium sive feudum; immo, in quantum poterit bono modo, prohibeat quod nec ab aliquibus civibus vel hominibus villarum vel locorum suorum emantur. Et, si predicta loca vel aliqua ex ipsis que in dicto contractu non venerunt pervenirent ad dictos comitissam et comitem, illa que sunt feuda remaneant feuda cum servicio debito et consueto, illa vero que sunt alodia sint et remaneant alodia, exceptis castris de Materone et de Orisio que, licet dicantur alodia, si tamen pervenirent ad dictos comitissam et comitem vel ad suos, teneantur extunc ad feudum honoratum pro ipso domino rege et suis.

Item fuit condictum et ordinatum quod nobilis Raymundus Fulchonis, vicecomes Cardone, et venerabilis Hugo de Cardona, archidiaconus Barchinone, frater ejus, cognoscant breviter, simpliciter, de plano, et sine aliqua figura judicii et prolongamento, si nobilis comes Fuxiensis et sui, tanquam vicecomites Castriboni, tenentur venire ad curiam domini regis, sicut alii nobiles Catalonie et, si predicta cognoverint fieri debere, quod dictus comes Fuxiensis, tanquam vicecomes Castriboni, et sui teneantur illud perpetuo observare; et quod ad premissa se obliget cum publico instrumento dictus comes Fuxiensis et suos tanquam vicecomites Castriboni.

Item prefatus nobilis Raymundus Fulchonis promisit, cum sacramento et homagio que prestitit memorato domino regi, quod ipse vel Bernardus Amati de Cardona, frater suus, nec sui aut officiales, homines vel subditi sui, palam vel occulte, non venient nec venire permittent contra dictum dominum regem, ratione deffensionis vel manutencione dicte domine Guillelme, occasione rescisionis dicti contractus vel alicujus questionis, peticionis seu demande atque processus quas vel quem idem dominus rex, de jure vel sola voluntate vel alio modo, moveat seu faciat, per se vel officiales suos, contra ipsam vel bona sua nec eam aliquo tempore manutenebunt vel defendent neque manuteneri vel defendi permittent contra dominum regem vel officiales suos de predictis.

Promisit etiam idem nobilis Raimundus Fulchonis memorato domino regi se facturum et curaturum cum effectu quod, ipso domino rege rescidente vel rescissum hostendente contractum pre-

dictum, quod prefati comitissa et comes, usque ad festum Pentecostes proximo venturum, laudabunt, concedent, firmabunt ac etiam approbabunt pure et simpliciter omnia et singula superius ordinata, tractata et conventa, in quantum contingunt et contingere possunt ipsos et quemlibet eorum, expresse et cum publico instrumento jurato, et quod dictus comes Fuxiensis, cum ad eum pervenerint loca et terre dicte dompne Guillelme, in totum vel in partem, sive sint alodia sive feuda, faciet inde homagium domino regi pro feudis et alodiis, secundum ordinaciones et convenciones superius expressatas et quod ea recipiet et tenebit in feudum, secundum quod est superius ordinatum. Que omnia in hoc capitulo expressata, si jamdicti comitissa et comes nollent facere et complere seu facere differrent necnon etiam si forsan dicti comitissa et comes vel sui, ullo unquam tempore, nollent vel contradicerent dare et tradere potestatem seu potestates dicto domino regi et suis de feudis predictis vel aliquibus ex eis que ad ipsos pervenirent, promisit dictus nobilis Raimundus Fulchonis, per se et suos quos ad hoc specialiter obligavit et teneri voluit obligatos, ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc, domino regi et suis quod, si iidem comitissa vel comes vel sui moverint questionem, demandam contra rationem vel guerram contra dominum regem vel suos vel ipse dominus rex vel sui contra ipsos vel suos, rationibus supradictis vel aliqua ex eis, quod ipse nobilis Raimundus Fulchonis et Bernardus Amati, frater suus, nec sui nec homines et subditi sui non juvabunt eosdem comitissam et comitem nec valitores suos nec etiam ausilium, valençiam seu defensionem, palam vel occulte, prestabunt eisdem.

Fuit etiam conventum et promissum per dictum Raimundum Fulchonis dicto domino regi quod, hinc ad festum Pasche proxime venturum, curaverit cum effectu quod dictus Bernardus Amati prestiterit juramentum et homagium dicto domino regi pro predictis complendis, in quantum ipsum Bernardum Amati contingunt, si dominus rex erit presens in Catalonia vel, si non erit presens, Bernardo de Fonollario, loco et vice domini regis recepturo, cui dominus rex comisit super hoc vices suas.

Et pro predictis omnibus et singulis attendendis et complendis.

tam per se et suos heredes quam per nobilem Bernardum Amati, fratrem suum, in quantum contingunt quemlibet eorundem, prefatus nobilis Raimundus Fulchonis fecit sacramentum et homagium ore et manibus, ad consuetudinem Catalonie, domino regi, ita quod, cum dictus Bernardus Amati prestiterit sacramentum et homagium domino regi pro predictis complendis, in quantum ipsum Bernardum Amati contingunt, quod ex tunc idem Raimundus Fulchonis non teneatur de sacramento et homagio prestituro pro ipso Bernardo Amati set pro suo solo remaneat obligatus. De quibus omnibus predictis et singulis, ad mandatum dicti domini regis et ad requisicionem dicti nobilis Raimundi Fulchonis et de voluntate utriusque eorum, facta sunt duo consimilia publica instrumenta, per litteras divisa, per notarium infrascriptum, in memoriam et testimonium premissorum, sigillis dicti domini regis et predicti Raimundi Fulchonis pendentibus sigillata. Acta sunt hec in civitate Dertuse, in castro prefati domini regis, VI° idus januarii, anno Domini M° trescentesimo secundo, presentibus testibus : venerabilibus in Christo patre Poncio, Vicensi episcopo, Hugone de Cardona, archidiacono Barchinone, Berengario, preposito Celsone, Johanne de Turrefacta, sacrista Ilerdensi, Gondiçalbo Garssie et Bernardo de Fonollario, prelibati domini regis consiliariis, Bernardo Boneti, vicecancellario, et Dalmacio de Palaciolo, milite. Sig(s. m.)num mei Bernardi de Avarsone, scriptoris domini regis predicti et regia auctoritate notarii publici, qui predictis omnibus interfui et hec scribi feci, cum litteris suprapossitis in nona linea, ubi dicitur : *sine servicio* et clausi, loco, die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques II, n° 1831.)

150

TORTOSE, 8 JANVIER 1303 (n. st.)

Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, et Hugues de Cardone, son frère, archidiacre de Barcelone, déclarent que le comte de Foix est tenu de prêter au roi d'Aragon le service de cour, à titre de vicomte de Castelbon.

Noverint universi quod, die et anno infrascriptis, in presencia excellentissimi principis domini Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Valencie et Murcie ac comitis Barchinone, in castro suo Dertusie personaliter constituti et in presencia testium subscriptorum, videlicet : venerabilis in Christo patris Poncii, episcopi Vicensis, Johannis de Turrefacta, sacriste Ilerdensis, Berengarii, prepositi Celsonensis, Gondissalbi Garcie et Bernardi de Fonollario, dicti domini regis consiliariorum, et Bernardi Boneti, vicecancellarii, ac Dalmacii de Palaciolo, militis, ac mei notarii infra nominati, nobilis vir Raimundus Fulchonis, vicecomes Cardone, et venerabilis Hugo de Cardona, archidiaconus Barchinone, frater ejus, inibi personaliter existentes, dixerunt et cognoverunt quod vicecomitatus Castriboni, quem nobilis Gasto, comes Fuxensis et vicecomes Bearni et Castriboni, jure hereditario possidet, est situs in Cathalonia et quod ideo, ex hoc, ipse Gasto et successores sui in dicto vicecomitatu tenentur et debent, ut vicecomites Castriboni, venire ad curiam seu curias dicti domini regis et suorum, tanquam comitis Barchinone, ratione ipsius vicecomitatus, cum fuerint evocati, sicut alii barones Cathalonie ad ipsas curiam seu curias venire tenentur et debent. Et de hiis, ad postulacionem et mandatum domini regis et de voluntate expressa memoratorum Raimundi Fulchonis et Hugonis de Cardona, factum est hoc presens publicum instrumentum, sigillis appendiciis dictorum vicecomitis Cardone et archidiaconi roboratum. Quod est actum loco supranominato ac presentibus omnibus supradictis, sexto idus januarii anno Domini millesimo

trescentesimo secundo. Sig(s. m.)num mei Bernardi de Avarsone, regia auctoritate notarii publici, qui predictis omnibus interfui et hec scribi feci et clausi, loco, die et anno prefixis, cum litteris tamen rasis et emendatis in octava linea, ubi dicitur : *supranominato.*

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques II, nº 1833.)

151

PERPIGNAN, 18 JANVIER 1303 (n. st.)

Jacques Ier, roi de Majorque, mande à Dalmau de Guarriga, son lieutenant dans le dit royaume, d'accorder à Guillaume Ebrin, citoyen de Majorque, le pouvoir d'administrer les domaines possédés par Guillelme de Moncade, dans la cité et l'île de ce nom.

Ja., Dei gratia rex Majoricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispessulani, dilecto suo Dalmacio de Guarriga, tenenti locum nostrum in regno Majoricarum, salutem et dilectionem. Cum intellexerimus quod per vos et per Guillelmum de Cumba et Gregorio Salambe, procuratores nostros, est tradita Guillelmo Ebrini, civi Majoricensi, bajulia honoris quam dompna Guillelma de Montecatheno tenebat in civitate et insula Majoricarum, super recipiendis et tenendis redditibus, exitibus et proventibus ac justiciis dicti honoris et hominum ejusdem, mandamus vobis quatinus dicto Guillelmo Ebrini detis auctoritatem, ex parte nostra, quod predicta possit regere, amministrare, percipere et tenere eo modo quo Jacobus de Deo, quondam, supradicta regebat, tenebat et amministrabat ac percipiebat et etiam quod possit laudare et firmare vendiciones, stabilimenta et alienaciones quascumque que fiant de honoribus et possessionibus predicti honoris. Nos enim volumus quod ea que per dictum G. Ebrini fient in predictis et sint rata et firma donec inde aliud fuerit ordinatum. Datum in Perpiniano, XVº kalendas februarii anno Domini MºCCCº secundo.

(*Copie du XIVº s.* Arch. de l'*Audiencia real* de Palma, reg. : *Reales ordenes de 1301 y 1309*, fº 23 vº.)

152

BARCELONE, 20 FÉVRIER 1303 (n. st.)

Les conseillers et prud'hommes de Barcelone promettent à Guillelme de Moncade d'intervenir auprès de Jacques II, roi d'Aragon, afin d'obtenir une solution favorable aux difficultés qui existent entre elle et le dit roi.

Nobili domine et quamplurimum venerande domine G^e, olim uxori illustris domini infantis P., recolende memorie, domine Montiscatheni et Castriveteris, consiliarii et probihomines civitatis Barchinone, salutem cum omni promptitudine servicii et honoris. Litteras vestras recepimus inter alia continentes quod dominus rex dederat vobis aliquas civitates, villas et castra, toto tempore vite vestre, et quod restituerat vel permutaverat vobis loca vobis obligata, ratione dotis et sponsalicii vestri, et quod de predictis omnibus in plena etatis possessione vel quasi, et quod nunc idem dominus rex cominabatur vobis auferre civitates, villas et castra predicta, et quod jam loca aliqua occupaverat violenter, non obstante quod vos parata eratis eidem domino regi de omnibus querimoniis quas de vobis haberet, ut deberetis, justicie facere complementum, et quod deprecabimini nos quatenus predicta hostendere domino regi deberemus, ipsum supliciter exorando quod vos in predictis, contra jus et justiciam vel contra constitutiones et usaticos Barchinone, non gravaret. Quibus vestris litteris taliter respondemus, amore et honore vestro, quod, cum dominus rex erit in partibus istis, quod, ea humilitate qua poterimus, suplicabimus sue regie magestati et devote suam benignitatem exorabimus quatenus sententiis predictis dignetur procedi facere, ut justicia et equitas suadebunt. Et hiis et aliis que comode facere possimus sumus parati et voluntarii ad vestrum servicium, comodum et honorem. Datum Barchinone, X° kalendas marcii anno Domini M°CCC° secundo.

(*Copie du XIVe s.* Arch. de l'*Ayuntamiento* de Barcelone, reg. des *Deliberaciones, 1301-1303*, f° 85 v°.)

153

VILLAFRANCA DE PANADÈS, 7 MARS 1303 (n. st.)

Jacques II, roi d'Aragon, et Guillelme de Moncade s'en remettent à l'arbitrage de Raymond, évêque de Valence, et de Bonat, abbé de Santa Creu, pour le règlement des contestations qui se sont élevées au sujet du traité conclu entre eux.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie et Murcie comesque Barchinone, ex una parte, et nos Guillelma uxor incliti domini infantis Petri, recolende memorie, dominaque Montischatani et Castriveteris, ex altera, compromitimus in vos venerabiles viros Raimundum, Dei gratia episcopum Valentinum, et fratrem Bonanatum, per eandem abbatem monasterii Sanctarum Crucum, tanquam in arbitros, arbitratores, laudatores et amicabiles compositores ac pronunciatores, a nobis comuniter electos, super omnibus petitionibus et demandis quas altera pars contra alteram proposuerit coram vobis, racione contractus seu super contractu olim inito inter nos ad invicem; per quem quidem contractum nos rex predictus dedimus dicte domine civitatem Gerunde et quedam castra, vicarias, villas et loca, ad vitam ipsius domine tantum, et etiam ducenta milia solidorum Barchinonensis monete de terno ac quedam alia; et similiter, per eundem contractum, nos dicta Guillelma dedimus dicto domino regi omnia castra, villas et loca que habebamus in Aragonia et Catalonia, exceptis quibusdam que nobis specialiter retinuimus, promitentes vobis dictis arbitris et nobis adinvicem, per firmam et sollempnem stipulacionem, quod quicquid vos ambo inter nos super predictis, arbitrando, laudando seu etiam componendo, dixeritis, statueritis seu arbitrati fueritis, ratum et firmum habebimus perpetuo; volentes etiam quod super premissis procedatur inter nos coram vobis, verbo seu etiam sine scriptis, prehabito tamen cum nobis per vos colloquio et tractatu. Et pro premissis complendis, observandis et firmiter attendendis,

obligamus utraque pars nobis adinvicem et vobis dictis arbitris seu arbitratoribus omnia bona nostra, tam habita quam habenda. Quod est actum apud Villamfrancham de Penitensi, nonas marcii, anno Domini millesimo trecentesimo secundo. Sig+num Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Valencie et Murcie comitisque Barchinone. Sig+num Guillelme, uxoris incliti domini infantis Petri, recolende memorie, domineque Montischatani et Castriveteris, predictorum, qui hec laudamus et firmamus. Testes hujus rei sunt : Bernardus de Scintillis, dominus castri seu domus de Terracia, Arbertus de Mediona, Bertrandus de Canellis, Arbertus de Verneto, Berengarius de Sancto Vincentio, milites, Raimundus de Toylano, Guillelmus de Vallessicca et Jacobus de Montejudaico, jurisperiti. Sig-(s. m.)num Petri de Vilardebono, publici, regia auctoritate, notarii Barchinone et per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonum, qui hec scripsit et clausit loco, die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques II, n° 1862.)

154

VILLAFRANCA DE PANADÈS, 7 MARS 1303 (n. st.)

Sentence arbitrale par laquelle Raymond, évêque de Valence, et Bonat, abbé de Santa Creu, annullent le traité intervenu entre Jacques II, roi d'Aragon, et Guillelme de Moncade et ordonnent que les parties rentrent en possession des lieux échangés entre elles, etc.

Noverint universi quod cum olim contractus fuisset initus inter illustrissimum dominum Jacobum, Dei gratia regem Aragonum, Valencie et Murcie comitemque Barchinone, ex una parte, et nobilem dominam Guillelmam, uxorem incliti domini infantis Petri, bone memorie, dominamque Montischatani et Castriveteris, ex altera, per quem quidem contractum dictus dominus rex donaverat dicte domine civitatem Guerunde et quedam alia loca, castra, villas et vicarias, ad vitam dicte domine tantum, et etiam ducenta milia

solidorum et alia ; et dicta domina, similiter per eundem contractum, donaverat dicto domino regi omnia castra, villas et loca que habebat in Aragonia et Cathalonia, exceptis quibusdam que dicta domina sibi retinuerat; que quidem omnia, tam donata quam retenta, asserebat ad se pertinere pro eo quod dicebat quod dominus Gasto, Dei gratia quondam vicecomes Bearni, dominus Montiscathani et Castriveteris, pater dicte Guillelme, sibi donaverat, donacione pura, perfecta et irrevocabili inter vivos, tempore nupciarum per dictam dominam contractarum cum inclito infante Sancio, bone memorie, filio illustris domini Alfonsi regis Castelle, dicto domino rege Castelle presente, quiquid (*sic*) idem dominus Gasto habebat et habere debebat in Aragonia, Cathalonia et regno Majoricarum et quod domina Costansçia et domina Margarita, sorores emancipate dicte domine Guillelme, et consensu dicti domini Gastonis et nobilis Rotgerii Bernardi, comitis Foxensis, mariti ejusdem domine Margarite, de earum mera et libera voluntate et ex certa sciencia, de jure earum cerciorate, remiserunt, diffiniverunt et quitaverunt dicte domine dictam donacionem sibi factam per dictum dominum Gastonem, patrem dicte domine Guillelme, eodem domino Gastone sedente pro tribunali et insinuante sicut vicecomite et domino terre Bearni, presente curia Bearni, prout de premissis omnibus ostendebant publica instrumenta inde confecta; et in dicto contractu facto inter dominum regem et ipsam dominam quedam condiciones et pacta fuissent hinc inde apposite ; et, super ipsis pactis et condicionibus hinc inde, ut allegabatur, non servatis, insurrexisset dubium et questio inter partes predictas ; et, propterea, dominus rex diceret et allegaret contractum predictum fore recissum, et exigeret seu exigere vellet a dicta domina fructus et redditus, proventus et esdevenimenta quos et que dicta domina receperat et recipi fecerat de civitatibus, castris, locis et vicariis predictis sibi concessis et datis per dominum regem, ad vitam suam tantum, et nichilominus ducenta milia solidorum que, ob causam predictam, dominus rex dederat dicte domine, in hunc modum scilicet : centum millia solidos (*sic*) in pecunia numerata et alios centum millia solidos, pro quibus vendiderat, cum instrumentis gracie, proprietatem nudam locorum seu castro-

rum de Villa Mayori et de Carotitulo; dicta domina asserente que petebantur non debere fieri, salva regia magestate; tandem dicte partes compromiserunt de predictis in reverendos et discretos dominos Raymundum, Dei gratia(m), episcopum Valentinum, et fratrem Bonanatum, per eandem abbatem monasterii Sanctarum Crucum, tanquam in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores et pronunciatores. Qui arbitra[tores]......... [1] tis et intellectis rationibus per utramque partem verbo seu sine scriptis propositis, dixerunt et pronunciaverunt, tractatu prehabito et colloquio cum dictis partibus, sub forma que sequitur :

Nos Raymundus, Dei gratia episcopus Valentinus, et frater Bonanatus, per eandem abbas mo[nasterii Sancta]rum Crucum, arbitri seu arbitratores et compositores predicti, laudando et declarando et arbitrando inter partes predictas, dicimus et pronunciamus quod dictus contractus pro recisso et infecto et evacuato penitus habeatur et reputetur, non ideo quod constet dicte domine deesse.......... [2] [d]ominium predictorum vel donandi aut alienandi potestas set quia condiciones et pacta predicta non fuerunt servata et etiam quia consensus dictarum parcium quod ipse contractus pro reciso et infecto haberetur voluntarius intervenit.

Pronunciamus etiam quod instrumenta de dicto contractu et instrumenta etiam facta super vendicione predictorum locorum de Villa Mayori et de Carotitulo hinc inde confecta rumpantur, et etiam note eorum taliter cancellentur, rumpantur, crementur vel dilanientur, quod ex ipsis reparacio fieri non valeat in futurum; immo tam ipsa instrumenta quam note eorum juribus careant et ex nunc omni robore firmitatis et nuncquam ex ipsis vel cum ipsis aut sine ipsis, racione dicti contractus, possit per dominum regem vel suos contra dictam dominam vel suos nec per ipsam dominam vel suos contra dominum regem vel suos ulla fieri peticio, aliquo tempore, seu demanda.

Pronunciamus etiam dictas partes et subditos earumdem, tam nobiles et milites quam homines civitatum et villarum ac alios quos-

1. Déchirure.
2. Mot effacé.

cumque absolvi debere, hinc inde, ab homagiis et sacramentis et quibuslibet obligacionibus, quibus hinc inde obligati sint vel fuissent hactenus pro predictis, et quod Castrumvetus de Rosanis, quod Guillelmus de Pulcroloco tenet ad fidelitatem utriusque partis, restituatur dicte domine.

Item pronunciamus quod dicta domina Guillelma retineat et habeat perpetuo, ad suas voluntates, dicta centum milia solidorum que dictus dominus rex, tempore dicti contractus, sibi dedit in pecunia numerata.

Pronunciamus etiam quod, pro omnibus fructibus, redditibus, exitibus, proventibus et esdevenimentis, per dictam dominam perceptis, de locis predictis, vicariis et aliis per dominum regem dicte domine datis, racione dicti contractus, solvat dicta domina domino regi centum mille solidorum, quos dicta domina teneatur solvere in hunc modum, scilicet : quod, in solutum dictorum centum mille solidorum, usque ad concurrentem quantitatem, tradat dicta domina dicto domino regi albaranum debiti quod dicta domina habet super collecta Cathalonie et quod in eo cedat ipsa domina eidem domino regi jura et acciones suas ; et residuum quod restabit de dictis centum mille solidos (*sic*), deducto dicto albarano, vel eo quod remanet ad solvendum de dicto albarano, solvat dicta domina, videlicet : a proximo venturo festo resureccionis Domini ad unum annum, viginti mille solidos, et in proximo tunc venturo festo resureccionis Domini, alios viginti mille solidos, et in tunc sequenti festo resurreccionis Domini, totum residuum centum mille solidorum.

Pronunciamus etiam quod dominus rex absolvat et diffiniat dicte domine, si quid ipsa domina plus recepit vel recipere potuit aut debuit de dictis fructibus, redditibus, proventibus et esdevenimentis ultra dictos centum mille solidos et etiam omnia ad que ipsa domina, quoad personam suam vel bajulorum suorum de his que fecerint vel commiserint, de mandato expreso ipsius domine, vel bona propria ipsius domine vel bajulorum predictorum, dumtacxat ipsi domino regi posset teneri racione culpe, doli vel necgligencie ac dampni dati vel deterioracionis in premissis per dictam dominam commissorum vel adhibitorum, si qua sunt.

Quo arbitrio, laudo seu composicione prolatis, tam dictus dominus rex quam dicta domina Guillelma laudaverunt, approbaverunt et confirmaverunt omnia et singula supradicta in hunc modum :

Nos itaque Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie et Murcie comesque Barchinone predicti, laudantes, approbantes, concedentes et confirmantes omnia et singula predicta, promitimus vobis nobili domine Guillelme predicte nos servare, attendere et complere omnia et singula predicta et adversus ea in aliquo non venire; promitimus etiam vobis dicte domine Gnillelme quod contra vos aut bona vestra non movebimus controversiam aliquam vel demandam, ratione eorum vel alicujus eorum que pronunciata sunt per arbitros supradictos, et nichilominus cum hoc publico instrumento, vicem etiam in hiis epistole gerenti, absolvimus et quitamus tam vos dictam dominam quam omnes et singulos nobiles, milites, homines villarum et alios subditos vestros, cujuscumque status vel condicionis existant, ab omni homagio, sacramento, fidelitate et aliis quibuscumque obligacionibus quibus racione contractus seu contractuum [1] predictorum nobis sunt vel fuerunt, modo aliquo, obligati, et eos etiam exinde quitios esse volumus et immunes.

Versa vice nos Guillelma predicta laudantes, approbantes, concedentes et confirmantes omnia et singula supradicta, gratis et ex certa sciencia convenimus et promitimus vobis excellentissimo domino regi predicto nos servare, attendere et complere omnia et singula supradicta et adversus ea vel eorum aliquid non venire. Promitimus etiam vobis quod contra vos aut bona vestra non movebimus controversiam aliquam vel demandam racione eorum vel alicujus eorum que pronunciata sunt per arbitros supradictos. Et nichilominus cum hoc publico instrumento, vicem etiam in hiis epistole gerenti, absolvimus et quitamus tam vos dictum dominum regem quam omnes et singulos nobiles, milites, homines villarum et alios subditos vestros et alios, cujuscumque status vel condicionis existant, ab omni homagio, sacramento, fidelitate et aliis quibus-

1. Le scribe a oublié un *u*.

cumque obligacionibus quibus, racione contractus seu contractuum predictorum, nobis sunt vel fuerunt modo aliquo obligati, et eos etiam exinde quitios esse volumus et inmunes. Que sunt acta apud Villamfrancham de Penitensi, nonis marcii, anno Domini millesimo trecentesimo secundo. Sig+num Raymundi, Dei gratia episcopi Valentini. Sig+num fratris Bonanati, per eandem abbatis monasterii Sanctarum Crucum, arbitrorum et arbitratorum predictorum, qui dictum arbitrium tulimus et hoc firmamus in manu et posse notarii infrascripti. Sig+num Jacobi, Dei gratia regis Aragonum, Valencie et Murcie comitisque Barchinone, qui predicta laudamus et firmamus. Sig+num Guillelme, uxoris incliti domini infantis Petri, recolende memorie, domineque Montischatani et Castriveteris, que predicta laudamus et firmamus.

Testes hujus rey sunt : Bernardus de Scintillis, dominus castri sive domus de Terraçia, Arbertus de Mediona, Bertrandus de Canellis, Arbertus de Verneto, Berengarius de Sancto Vincenco (*sic*), milites, Raymundus de Toylano, Guillelmus de Valle Scicha, et Jacobus de Monte Judayco, jurisperiti.

Sig(s. m.)num Petri de Vilardebono, publici regia auctoritate notarii Barchinonensis et per totam terram et dominationem illustrissimi domini regis Aragonum, qui, mandantibus domino rege et domina Guillelma et etiam arbitris seu arbitratoribus prenotatis, predictis interfuit et hec scribi fecit, cum litteris suppraposítis in linea quarta, ubi dicitur : *sibi* et in linea sexta decima, ubi dicitur : *contra dictam dominam vel suos*, et in septima decima, ubi dicitur : *rum*, et in linea vigesima prima, ubi dicitur : *tunc*, et cum rasis et emendatis in linea quinta, ubi dicitur : *domna*, et in quinta decima, ubi dicitur : *Carotitulo*, et clausit loco, die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. du château de Léran, fonds d'Armagnac, liasse 3e, n° 10 [1].)

1. Ancien numéro.

155

VILLAFRANCA DE PANADÈS, 7 MARS 1303 (n. st.)

Guillelme de Moncade, par suite de l'annulation du contrat intervenu entre elle et Jacques II, roi d'Aragon, délie du serment de fidélité tous ceux qui étaient engagés vis à vis d'elle, en vertu dudit contrat.

Noverint universi quod nos Guillerma, uxor incliti domini infantis Petri, recolende memorie, dominaque Montischatani et Castriveteris, attendentes quod contractus olim inter illustrissimum dominum Jacobum, Dei gracia regem Aragonum, Valencie et Murcie comitemque Barchinone, et nos initus, super quibusdam civitatibus, castris et locis ac quibusdam aliis que ipse dominus rex nobis dedit et super quibusdam que nos eidem domino regi dedimus, est omnino recisus, et ab eo utrimque dicessum, et pronunciatus pro reciso, infecto et evacuato, per arbitrium sive laudum venerabilium virorum domini Raimundi, Dei gracia episcopi Valentini, et domini fratris Bonanati, per eandem abbatis monasterii Sanctarum Crucum, arbitrorum et arbitratorum sive amicabilium compositorum ; quod quidem arbitrium et laudum tam nos quam dominus rex expresse approbavimus et laudavimus cum publico instrumento ; idcirco, per nos et nostros, absolvimus, diffinimus et quitamus, cum testimonio hujus publici instrumenti, vicem etiam epistole gerentis, omnes et singulos nobiles, milites, cives, homines villarum et alios, cujuscumque status seu condicionis existant, et quoslibet ac singulos ex eis et generaliter universos, sive universaliter pro universitatibus, sive specialiter et nominatim singuli pro se ipsis nobis obligati existant, ab omni sacramento, homagio, fidelitate et qualibet alia obligacione que dici possit quibus nobis vel nostris tenentur, vel ex quibus nos vel nostri ipsos vel suos impetire, demandare vel convenire possemus, ratione contractus predicti ; ita quod ex nunc nobis vel nostris, ea de causa, ipsi vel sui seu aliqui ex eisdem non teneantur nec demandari seu conveniri possint in judicio vel extra,

aliqua ratione, per batalliam vel alio modo. Immo, ex nunc, eos et suos et eorum singulos absolutos habemus de omnibus supradictis ac si facta non essent et quitios penitus apellamus. Preterea volumus et concedimus quod, si aliquod instrumentum vel instrumenta facta de sacramento, homagio, fidelitate vel alia quacumque obligacione qua tenerentur vel nobis obligati essent, pro predictis, de cetero apparerent, sint cassa, irrita et inania et habeantur penitus pro infectis; ita etiam quod non possint nobis vel nostris prodesse nec ipsi vel sui possint inde impetiri vel modo aliquo conveniri. In quorum testimonium jussimus fieri presens publicum instrumentum. Actum est hoc apud Villamfrancham de Penitensi, nonas marcii, anno Domini millesimo trecentesimo secundo. Signum Guillerme, uxoris incliti domini infantis Petri, recolende memorie, predicte, que hec laudamus et firmamus. Testes hujus rei sunt : Bernardus de Scintillis, dominus castri sive domus de Terracia, Arbertus de Mediona, Bertrandus de Canellis, Arbertus de Verneto, Berengarius de Sancto Vincencio, milites; Raimundus de Toylano, Guillermus de Vallesicca et Jacobus de Montejudayco, jurisperiti. Sig(s. m.)num Petri de Vilardebono, publici regia auctoritate notarii Barchinone et per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui hec scribi fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

(*Orig.* Arch. de l'*Ayuntamiento* de Girone, *Privilegios y cartas reales*, liasse 2ᵉ, années 1302-1333. — *Copie du XIVᵉ s.* Id. Livre vert, fᵒ 179.)

156

PAMIERS, 23 MAI 1303

Gaston Iᵉʳ, comte de Foix, ratifie les conventions passées entre Jacques II, roi d'Aragon, et Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, relativement à ses droits sur les terres de Guillelme de Moncade.

Anno Domini millesimo trecentesimo tercio, videlicet die jovis ante festum Pentecostis, noverint universi quod magnificus et potens vir dominus Gasto, Dei gracia comes Fuxensis, vicecomes Bearni et

Castriboni, attendens quod inter illustrem dominum Jacobum, regem Aragonie, Valencie et Murcie ac comitem Barchilone, ex parte una, et nobilem virum dominum Raimundum Fulconis, vicecomitem Cardone, ex altera, ordinationes, conventiones et pacta facta fuerant et inhita super infrascriptis negociis, personam et jura dicti domini comitis Fuxensis et domine Margarite, matris ejusdem, comitisse ac vicecomitisse locorum predictorum, concernentibus et tangentibus, ut inferius plenius sequitur :

Super eo videlicet quod dictus dominus rex Aragonie recedebat et recedere debebat omnino a contractu celebrato inter ipsum dominum regem et nobilem dominam Guillelmam de Montecatano super castris et villis ac terris ipsius nobilis domine, quod dicta nobilis domina non servaverat nec conpleverat ea que dicto domino regi observare et conplere tenebatur ;

Item et super eo quod dictus dominus rex, per donationem vel aliquem alium contractum, jus quod in castris, locis et terris predicte nobilis domine Guillelme dicta nobilis domina comitissa Fuxensis et comes, ejus filius predictus, habere se dicebant non reciperet nec haberet ipse vel sui, ymmo in jure quod nobilis comitissa et comes, ejus filius, habebant in predictis ipse dominus rex favorabilis et adjutor esset et quod, donec illud jus declaratum fuisset eisdem comitisse et comiti, ejus filio, dominus rex vel sui predicta aliquo contractu non reciperent vel haberent, nisi staret per partem dictorum comitisse et comitis vel suorum quominus infra certum tempus declararetur ;

Et super eo quod, si omnia castra et loca et terre predicta vel pars eorundem vel quedam ex eis ad predictos comitissam vel comitem, ejus filium, devenirent, quod in feudum honoratum ipsi et eorum successores tenerent et tenere deberent a dicto domino rege Aragonie, quamvis quedam ex eis olim fuerint alodia francha, et pro feudis servicium consuetum facere tenerentur ;

Item et super eo quod, si, ratione alicujus questionis, demande vel alio casu aliquo, predicta vel quedam ex eis domino regi adjudicarentur post mortem dicte nobilis domine Guillelme, ipse dominus rex et sui, sine aliqua contradiccione et inpedimento traderet

et deliberaret eisdem comitisse et comiti, ejus filio, predicta omnia que ad ipsum dominum regem pervenirent ratione predicta, non obstantibus adjudicacione seu confiscacione predictis, tenenda per eosdem comitissam et comitem, ejus filium, et eorum successores predicta omnia in feudum honoratum, ut est dictum, a dicto domino rege et ejus successoribus regibus; et idem etiam haberet fieri, si certa quantitas adjudicaretur eidem domino regi; et post mortem ejusdem nobilis domine Guillelme ea omnia restitueret idem dominus rex domine comitisse et comiti, ejus filio, predictis, nisi quantitas que peteretur vel adjudicata esset eidem domino regi, ratione contractus quem dicta nobilis domina Guillelma celebravit cum domino rege, eidem domino regi deberetur vel ratione sponsalicii sibi facti pro domino infante Petro quondam, pro quibus predicta idem dominus rex posset retinere, donec sibi existeret satisfactum, sine prejudicio tamen ipsorum nobilium comitisse et comitis predictorum et jurium eorundem, et quod idem dominus rex predicta non posset ex causis predictis licite retinere;

Item et super eo quod idem dominus rex, casu aliquo, sibi vel suis non reciperet vel aquireret castra et villas que dicta domina retinuit seu que non venerunt in contractu cum eodem domino rege; ymmo, in quantum posset, prohiberet quod ab aliquibus civibus vel hominibus villarum vel locorum ejusdem non emantur seu aquirantur; et, si eadem castra et loca ad comitissam et comitem, ejus filium, predictos, pervenerint, que feuda fuerant remanerent feuda, cum servicio debito et consueto, alodia remanerent et essent alodia, exceptis quibusdam castris que, licet dicantur alodia, cum ad eosdem comitissam seu comitem vel ad suos pervenerint, ex illo tunc in antea teneantur a domino rege in feudum honoratum;

Item et super eo quod nobiles domini R. Fulconis et Hugo de Cardona, archidiaconus Barchilone, super eo quod dominus rex dicit vicecomitatum (*sic*) Castriboni teneret venire, ut ceteri nobiles Catalonie, ad curiam Barchilone, cognoscant de jure predicto et, si cognoverint faciendum, quod ipse comes Fuxi cum instrumento jurato, ut vicecomes Castriboni, se obliget ad veniendum ad curiam antedictam Barchilone;

Item et super eo quod dictus nobilis vicecomes Cardone promisit se facturum et curaturum, cum effectu, quod predicti domina comitissa et comes, ejus filius, infra festum Pentechostes proximo venturum, predicta omnia et singula laudabunt, concedent, firmabunt ac etiam aprobabunt, pure et simpliciter, in quantum contingunt et contingere possunt ipsos et quemlibet eorum expresse et cum instrumento publico jurato;

Prout predicta et quamplurima alia in quodam publico instrumento, ut prima facie apparebat signato signo Bernardi de Avarsone, scriptoris predicti domini regis et regia auctoritate notarii publici, sigillatoque sigillis pendentibus illustrissimi domini regis, predicti, et vicecomitis Cardone, predicti, seriosius continentur; predictus magnificus vir dominus comes Fuxi, vicecomes Bearni et Castriboni, non inductus dolo, fraude seu machinatione alicujus ad supra et infrascripta nec per aliquem circumventus, set, ex certa sciencia et deliberatione condecenti prehabita, circunspectis et pensatis cum diligentia conventionibus, ordinationibus et pactis inhitis ac celebratis super jamdictis et aliis in dicto instrumento insertis, ea omnia, prout in dicto instrumento continentur et contingunt et contingere possunt eundem dominum comitem, eo meliori modo quo potuit et debuit, laudavit, concessit, firmavit ac etiam aprobavit, pure et simpliciter, hoc presenti publico instrumento in perpetuum valituro. Que predicta omnia et singula, prout superius sunt expressa et quathenus continentur et conprehenduntur in dicto instrumento, dictis sigillis sigillato, prout contingunt seu contingere possunt eundem dominum comitem, promisit idem dominus comes et super sancta IIII[or] Dei evangelia, corporaliter sua manu dextra tacta, sponte sua juravit se tenere et servare inviolabiliter et in perpetuum, absque contradiccione aliqua, aliquibus temporibus ullo modo. Actum est hoc in civitate Appiamiarum anno et die quibus supra, domino Philipo, Francorum rege, regnante, et domino B., Appiamiensi episcopo, in presencia et testimonio nobilium virorum dominorum Petri Arnaldi de Castroverduno, militis, Arnaldi Guillelmi, domini de Barbasano, Raymundi de Durbanno, Petri Mir, domicellorum, domini Guillelmi Arnaldi de Ponte, in legibus licenciatus (*sic*),

magistri Raymundi de Rosergue, jurisperiti, et mei Petri Joleni, notarii publici Appiamiarum et comitatus Fuxi, qui predictis omnibus interfui, jusus et requisitus per dictum dominum comitem, cartam istam recepi, scripsi et in hanc presentem publicam formam redegi signoque meo consueto signavi (s. man.).

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. de chartes datées de Jacques II, n° 1887.)

157

PERPIGNAN, 15 JUILLET 1304

Règlements conclus entre Jacques Ier, roi de Majorque, et Gaston Ier, comte de Foix, au sujet des justices de Cerdagne.

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispessulani, per nos et nostros damus et concedemus (*sic*) in feudum nobili viro Gastoni, eadem gratia comiti Fuxensi et vicecomiti Bearni et Castriboni, licet absenti, et vobis magistro Bernardo Pontonerii, ejus procuratori, presenti et procuratorio nomine ipsius recipienti, omnem jurisdiccionem et merum et mixtum imperium in valle et bajulia de Maranges et in bajulia Sancti Martini des Castels et in bajuliis de Urgio et de Bolquera et de Err, super omnibus criminibus et delictis commitendis in ipsis locis et intra jurisdiccionem eorum, exceptis illis criminibus que inducunt mortem civilem vel naturalem vel exilium aut truncationem membrorum, de quibus nos et nostri vicarii possint vel officiales nostri cognoscere et illa punire et inde cognoscant et puniant libere; et, si de dictis criminibus que inducunt mortem civilem vel naturalem vel exilium vel truncationem membrorum, comissis in dicta valle de Maranges, reciperetur peccunia per condempnationem vel compositionem, de illa peccunia detur medietas, per vicarium Ceritanie, dicto nobili comiti vel ejus bajulo et altera medietas sit nostra et nostrorum, deductis sumptibus et expensis ipsius vicarii et judicis et scriptorum et officialium factis ratione dictorum criminum; salvisque et expresse retentis

nobis et nostris successoribus, in omnibus dictis locis et eorum jurisdiccionibus, terminis et pertinenciis, secundis appellationibus; declarantes et statuentes quod villa de Cortauç sit de bajulia de Maranges; ville autem de Guarexer et de Alff et de Olobde sint de vicaria Ceritanie. Apud Orden autem fiat fatica, per bajulum de Beylveer, Raymundo de Pinos et suis vel eorum bajulis super civilibus querimoniis, sicut hactenus est fieri consuetum. Et apud Taltendre, de hominibus dicti nobilis comitis fiat fatica, super civilibus querimoniis, per bajulum de Beylveer, bajulo dicti comitis, sicut hactenus est fieri consuetum.

Item damus et concedimus faticam decem dierum hominibus bajulie de Urgio et Sancti Martini des Castels, de Maranges, de Err et de Bolquera et in illis hominibus de Edorrs, in quibus constabit quod dictus nobilis comes habet et habere debet jurisdiccionem. Super criminibus autem que non inducunt mortem vel truncationem membrorum, comissis per homines dicti nobilis comitis de Taltendre, cognoscat bajulus dicti comitis, salva et reservata nobis et nostris secunda appellatione, salvo etiam et expresse retento nobis et nostris successoribus quod, si bajuli vel officiales dicti nobilis comitis essent negligentes vel remissi in reddenda justicia super criminibus predictis, quorum cognitionem et punitionem in feudum damus et concedimus dicto nobili comiti, vicarius Ceritanie possit et debeat cognoscere et punire de ipsis criminibus, propter deffectum et in deffectum manifestum et apparentem dictorum bajulorum nobilis comitis predicti et hoc tantummodo in ipso casu in quo deffectus justicie fuerit inventus.

Item damus et concedimus in feudum dicto nobili comiti Fuxensi et suis jurisdiccionem super civilibus et levissimis criminibus in hominibus de Edorrs, in quibus dictus nobilis comes et sui probare poterunt quod Guillelmus Bernardi de Prullans habuerit ab antiquo aliquam jurisdiccionem, exceptis illis hominibus qui a dicto Guillelmo Bernardi et suis predecessoribus et successoribus habuerunt immunitatem.

Excipimus tamen de presenti donatione et concessione, et expresse nobis et nostris retinemus quod, cum contigerit homines

nostros et nostrorum successorum, presentes et futuros, de villis et locis nostris propriis delinquere infra predicta loca, villas et bajulias et terminos aut jurisdiccionem eorum in quibus jurisdiccionem damus et concedimus dicto nobili comiti, quod cognitio et punitio illorum delinquentium civiliter et criminaliter ad nostram et nostrorum curiam spectet dumtaxat, et, si homines dictorum locorum dicti nobilis comitis contraherent in villis et locis nostris, quod ibi conveniantur, si ibi invenientur.

Excipimus eciam de presenti donatione et concessione in feudum et expresse nobis et nostris retinemus quod, quandocumque et quocienscumque homines dicti nobilis comitis [et] alii quicumque et undecumque fuerint delinquerent aut comiterent, verbo vel facto, in locis predictis vel infra terminos vel jurisdiccionem eorum in quibus jurisdiccionem concedimus nobili comiti memorato contra nos vel nostram familiam aut officiales nostros, quod cognicio et punitio hujusmodi comissorum et delictorum, inmediate et sine aliquo intervallo, ad nos et nostras curias spectet et pertineat tam civiliter quam criminaliter, cujuscumque qualitatis fuerint comissa seu delicta predicta; mandantes vicariis, bajulis, judicibus et aliis officialibus nostris, tam presentibus quam futuris, quod hanc nostram donationem, et concessionem in feudum, salvis exceptionibus et retentionibus nostris predictis, observent firmiter et ab omnibus faciant inviolabiliter observari. In quorum omnium premissorum fidem et testimonium presentem cartam sigillo nostro pendenti jussimus communiri. Datum Perpiniani, idus julii, anno Domini millesimo trecentesimo quarto.

(*Orig.* Arch. nat., J 880, n° 3. — *Copie.* Bibl. nat., Decamps, vol. 60, f°s 366 — 367. — Doat, vol. 178, f°s 37 – 39 v°.)

158

25 mai 1305

Raimond d'Urban, procureur de Gaston Ier comte de Foix, proteste, devant les cortès générales assemblées à Barcelone, contre l'aliénation faite par Guillelme de Moncade d'une partie de ses terres en Catalogne.

Noverint universi quod, die martis octavo kalendas junii anno Domini millesimo trecentesimo quinto, in presencia mei Stephani de Podio, notarii publici Barchinone, et in presencia eciam Petri Comitis, legum professoris, Bertrandi de Seva, Bernardi Ermengaudi, Berengarii de Cortilio, jurisperitorum Barchinone, et Guillelmi Moratoni, testium hujus facti, et plurium aliorum, Raimundus de Urbano, procurator nobilis Gastonis, Dei gracia comitis Fuxenssis, vicecomitis Biarnii et Castriboni, constitutus personaliter in domo comuni consilii Barchinone, que est in domo fratrum predicatorum Barchinone, coram venerabilibus in Christo patribus Roderico, divina miseratione archiepiscopo Terrachone, Pontio episcopo Barchinone, Pontio episcopo Vicenssis (*sic*), Berengario de Argilagueriis, archidiacono Urgelleti, magistro Arnaldo de Solerio, procuratore domini episcopi Gerundenssis, Raimundo Amilii, Petro de Turricella, canonicis Barchinone, Petro Gruneri, canonico et precentore Barchinone, et eciam coram nobilibus Ermengaudo, Dei gracia comite Urgelli, Pontio Hugonis, comite Impuriarum, Ugone de Mataplana, comite Pallariensi, Raimundo Fulconis, vicecomite Cardone, Guillelmo de Angularia, Guillelmo d'Entença, Guillelmo de Montecathano, Pontio de Ribellis, Galcerando de Angularia, Guillelmo d'Erill et Bernardo de Crudiliis et eciam coram Dalmacio de Palaciolo, Berengario de Rajadello, Berengario de Sancto Vincentio, Petro de Barbarano, Bernardo de Palaciolo et Burdo Pallariensi, militibus, et Raimundo Ricardi, Petro de Montemolono, Romeo de Marimundo, Ferario de Minorisa, Guillelmo Petri Burgesii, Michaele Marqueti, Arnaldo de Serriano, Raimundo

de Ruvira, Guillelmo Petri d'Usay, Guillelmo de Colle, Berengario de Riaria, Jacobo Lulli, Berengario de Casis, Romeo Gerardi, Guillelmo Lulli, Arnaldo Lulli, Guillelmo de Laceria, Jacobo Carrionis, Bernardo Ricardi, Petro de Vilario, Guillelmo de Ruvira, Bernardo de Ulmo, Galcerando de Nag.....[1]. Petri Fivellarii, Petro Bussoti, Oliverio Pelliparii, Guillelmo de Serra, sindicis civitatis Barchinone, et Nicolaho de Sancto Clemente, Raimundo Soqueti, Raimundo de Penafreita, Dominico de Morello, sindicis civitatis Ilerde, et Petro Geraldi et Guillelmo Sunyerii, sindicis civitatis Gerunde, et Guillelmo de Solsona, Laurentio Cuna, sindicis civitatis Dertuse, et Guillelmo de Montetunil et Guillelmo de Moraria, sindicis civitatis Minorise, et Jacobo de Portella, Arnaldo de Messina, sindicis ville Cervarie, et Bernardo Termenes, Perpenyano Amargos, sindicis ville Montisalbi, et Guillelmo de Logerio, Bonato Nicolaho, sindicis Villefranche, et Arnaldo de Sala, Guillelmo de Mirailes, sindicis ville Tarregue, et Petro Julia, Johanne Ahomar, sindicis ville Turricelle de Montegrino, et quam pluribus aliis prelatis, clericis, nobilibus, militibus, civibus, villarum hominibus, et aliis congregatis ibidem, occasione presentis curie generalis indicte in dicta civitate Barchinone, generaliter catalanis, obtulit et presentavit et per me dictum notarium eis publice legi fecit quandam cedulam papiream sequentia continentem :

Coram vobis venerabilibus prelatis, nobilibus, militibus, civibus et omnibus aliis universis et singulis in presenti curia, que nunc celebratur Barchinone, existentibus, dico et propono ego Raimundus de Urbano, procurator nobilis Gastonis, Dei gracia comitis Fuxenssis, vicecomitis Biarnii et Castriboni, procuratorio nomine ipsius comitis, quod ex testamento nobilis quondam Gastonis, vicecomitis Biarnii et domini Montecathani et Castriveteris, baronie, castra et loca et terre que et quas dictus nobilis Gasto habebat in Catalonia et Aragonia subjacent restitutioni et spectant et spectare debent ad nobiles dominam Margaritam, comitissam Fuxensem, et ad Gastonem, filium ejus, comitem predictum, si nobilem dominam

1. Déchirure du parchemin.

Guillelmam de Monthecatano sine prole legitima decedere contigerit ex suo corpore procreata. Item dico, nomine quo supra, quod dicta nobilis domina Guillelma de Monthecatano, ex certa sciencia et consulte et grata ac spontanea voluntate, cum publico instrumento, laudavit, ratificavit et approbavit expresse testamentum predicti nobilis Gastonis, patris sui, et promisit, corporali prestito juramento, quod, per se vel alium, contra dictum testamentum non faceret vel veniret, clam vel palam, in toto vel in parte, set idem testamentum teneret fideliter et servaret, prout in testamento et instrumento jamdictis hec supradicta et alia latius continentur. Unde, cum ego Raimundus de Urbano, procurator predictus, intellexero dictam dominam Guillelmam jam processisse ad alienationem quorumdam castrorum et aliorum locorum predictarum baroniarum et adhuc vellet procedere ad aliqua alia de dictis baroniis alienanda, in prejudicium dictorum comitisse et comitis ejus filii, protestor, nomine quo supra, quod dictis alienationibus factis et faciendis non consentiunt dicta comitissa et comes, nec ego, nomine eorum, immo, in quantum possum nomine quo supra, requiro et moneo omnes universos et singulos, tam in presenti curia existentes quam etiam absentes, cujuscumque conditionis existant, quod predicta vel aliqua de predictis, in prejudicium predictorum comitisse et comitis, non emant vel emi faciant seu sub pignore recipiant vel aliquo alio titulo sibi adquirant, cum predicta ad predictos comitissam et comitem, ejus filium, pertinent et pertinere debeant post decessum predicte domine Guillelme, ut est dictum. Et, ne in posterum possit de ignorantia allegari, volo et jubeo ac etiam mando quod de predictis omnibus universis et singulis ad eternam rei memoriam fiat inde publicum instrumentum, quod est actum die et anno predictis, presentibus testibus supradictis. Sig(s. man.)num mei Stephani de Podio, notarii publici Barchinone, qui predictis interfui et hoc scribi feci et clausi, cum litteris appositis in linea XV[a], ubi dicitur : *predicti*, et rasis et emendatis in linea XIII[a], ubi dicitur : *domini*, die et anno quo supra.

(*Orig.* Arch. dép. des Basses-Pyrénées, E 401, sans numéro.)

159

SIÈGE DU CHATEAU DE QUER, 12 JUILLET 1306

Jacques Ier, roi de Majorque, demande à Jacques II, roi d'Aragon, d'empêcher les incursions faites sur ses terres par les gens du comte de Foix, à la suite de son refus de lever le siège du château de Quer.

Excellenti principi domino Jacobo, Dei gracia regi Aragonum et Valencie, Sardinie et Corsice comitique Barchinone ac sancte romane ecclesie vexillario, ammiratui et capitaneo generali, nepoti suo carissimo, Jacobus, per eandem rex Majoricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispesulani, salutem et prosperos ad vota successus. Serenitati vestre significamus quod, postquam literas nostras vobis ultimo misimus, noviter nobilis Gasto, comes Fuxi, nobis acundamentum, per quemdam militem suum, transmisit, occasione sumpta quia, requisiti per eum, de obsidione castri del Quer recedere noluimus; in quo castro ipse [jus] se habere fatetur et dicit se teneri valere domino ipsius castri contra omnes homines de mundo. Et nos ei respondimus quod, propter hoc eciam si verum esset, contra nos, qui juste adversus rebellem et justiciabilem [nostrum procedimus, existere] non debet pactum predictum; et in eodem instanti quidam jurisperitus, portans nobis literam de credencia nobilis Ri Fulconis, ex parte ipsius, dixit nobis quod in tantum tenebatur dicto comiti Fuxi quod habebat sibi valere. Et in crastinum dicti acundamenti, non servato modo neque consuetudine Catalonie, in quibusdam montanis terre nostre, vicinis terre dicti comitis, ejus gentes ceperunt aliquos homines et bestiaria terre nostre. Quapropter celsitudinem vestram rogamus quatenus....... vobis scripsimus, vestris oficialibus injungatis, qui sunt in opportuno finibus terre nostre, nocere volentes nobis et....... potencie vestre viribus....... prohibere et nobis et terre nostre opportunum axilium (*sic*) adhibere, quod, prout contingent negocia, vobis et vestris gentibus curabimus intimare. Datum in obsidione castri del Quer, quarto idus julii, anno Domini millesimo trecentesimo sexto.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 2745.)

160

PERPIGNAN, 6 NOVEMBRE 1306

Jacques Ier, roi de Majorque, donne pleins pouvoirs à Jacques II, roi d'Aragon, pour renouveler la trêve qui existe entre lui et Gaston Ier, comte de Foix.

Excellenti principi domino Ja., Dei gratia regi Aragonum et Valencie, Sardinie, Corsice illustri, comitique Barchinone ac sancte romane ecclesie vexillario, ammirantui et capitaneo generali, nepoti suo carissimo, Ja., per eandem rex Majoricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispessulani, salutem et votive prosperitatis aucmentum. Vestre sublimitatis regie recepimus literas quibus nos rogabatis quatinus concederemus vobis plenariam potestatem quod possetis treugam inter nos et comitem Fuxi prorogare vel noviter dare usque ad festum sancti Johannis de junio et hoc regraciaremini nobis multum. Ad que vestre regie celsitudini respondemus quod, volentes vobis gratificari in omnibus, placet nobis, et vestre magnificencie concedimus plenam et liberam potestatem quod inter nos et dictum comitem treugam prorogare aut dare noviter valeatis, prout vestre circumspeccioni visum fuerit faciendum. Datum Perpiniani octavo idus novembris, anno Domini millesimo trecentesimo sexto.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 2804.)

161

BONFALO, 8 DÉCEMBRE 1306

Jacques II, roi d'Aragon, ordonne à P. de Monel, son vice-chancelier, d'écrire à Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, pour lui demander d'amener le comte de Foix à consentir à la prorogation de la trêve qui existe entre lui et le roi de Majorque.

Ja., Dei gratia rex Aragonum, dilecto vicecancellario nostro P° de Monello, salutem et dilectionem. Vos ignorare non credimus

qualiter nos, per nostras litteras, scripsimus nobili comiti Fuxiensi quod ipse concederet nobis potestatem dandi treugam inter illustrem regem Majoricarum, patruum nostrum, et comitem ipsum hinc ad instans festum beati Johannis Babtiste menssis junii duraturam; [et] super hoc ad dictum comitem et nobiles Raimundum Fulchonis et comitem Urgellensem misimus Berengarium de Cardona, hostiarium nostrum, ut scitis. [Nu]nc vero nobilis Raimundus Fulchonis, predictus, super isto negocio suam nobis misit litteram, cum quodam curssore comitis Fuxiensis, [pre]dicti, quam [vobis mi]timus presentibus interclusam, inter cetera continentem quod, quamvis treugue prejudicarent honori comitis Fuxiensis, idem nobilis Raimundus Fulchonis obtinuerat a senescallo Fuxi, qui a domino suo inde potestatem habebat, quod concederet nobis potestatem dandi treugam predictam, hinc ad festum Pasche Resurrectionis dominice proxime venturum. Unde nos, attentis hiis et aliis que continebantur in littera supradicta, mandamus vobis quatinus, ex parte nostra, faciatis dicto nobili Raimundo Fulchonis litteram responssalem super hujusmodi negocio, quod nos suam recepimus litteram ipsiusque tenorem pleno collegimus intellectum, nec videtur nobis quod treugua predicta usque ad festum Pasche posset prodesse, quia, sicut dictus nobilis Raimundus Fulchonis novit bene, nos in dicto festo vel circa festum ipsum habemus in Cathalonia generalem curiam celebrare nec possemus, propterea, circa pacis et compositionis tractatum et reformationem inter dictos regem et comitem intendere, propter occuppationem negociorum que habemus in dicta curia expedire; et etiam quod, ratione yemis, dicti rex et comes citra dictum festum Pasche se non possent ad invicem dampna dare. Nec credimus quod prefatus rex Majoricarum, hec sciens et cognoscens, concederet dictam treuguam ad dictum festum Pasche, nisi prorogaretur ad festum beati Johannis predictum; et ideo quod [nos] memoratum nobilem Raimundum Fulchonis rogamus quod procuret et faciat quod habeamus potestatem a dicto nobili comite Fuxiensi vel suo senescallo, si ab eo inde potestatem habuerit, dandi treugam inter prefatos regem et comitem usque ad dictum festum sancti Johannis Babtiste vel treugam ipsam jam datam proro-

gandi usque ad idem festum, prout dicto nobili comiti Fuxiensi, Raimundo Fulchonis et comiti Urgellensi, predictis, per dictum Berengarium de Cardona, duximus intimandum. Et nos, celebrata curia supradicta, extunc poterimus melius et utilius circa reformationem pacis et concordie inter dictos regem et comitem Fuxi tractare et sedare ortam discordiam inter eos, si tempus dicte treugue usque ad festum sancti Johannis menssis junii prorogatur. Datum in Bonifalone, sub sigillo nostro secreto, VI° idus decembris anno Domini millesimo CCC° sexto.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 2815.)

162

VALENCE, 30 DÉCEMBRE 1306

Trêves conclues entre Jacques Ier, roi de Majorque, et Gaston Ier, comte de Foix, par l'entremise de Jacques II, roi d'Aragon.

Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsie comesque Barchinone ac sancte romane Ecclesie vexillator, amirantus et capitanus (*sic*) generalis, nobili et dilecto Guastoni, comiti Fuxensi et vicecomiti et (*sic*) Castriboni, vel ejus senescallo Fuxi, salutem et dilectionem. Vestra nobilitas bene novit qualiter, exorta in estate preterita dissentionis materia inter illustrem principem regem Majoricarum, karissimum patruum nostrum, ex una parte, et vos dictum comitem, ex altera, ob quam guerram discrimina insurgebant, nos, ad sedandum hoc, taliter interposuimus sollicitudinis nostre partes quod inter dictum regem et vos per nuncium nostrum specialiter destinatum, tractatu prehabito, treugua super hiis data fuit a dicto rege et a nobis, per alterum alteri, usque ad instans festum Nativitatis Domini duratura ; in cujus temporis intermedio de reformacione pacis procurare intendebamus, taliter quod hujusmodi dissentio tranquillitate pacis evacuata viribus subjaceret. Sane cum prepediti, tam infirmitate proprii corporis quam aliis causis que nos circa premissa intendere minime permiserunt, super rei

hujus felici exitu nequiverimus providere, nunc, de consenssu predicti regis et vestro, inter vos et eum treuguam damus a dicto festo Nativitatis dominice usque ad festum Pasche subsequenter venturum, quam vos observetis et faciatis a vestris valitoribus et subditis observari. Medio autem tempore, dante Domino, sic agetur quod, inter dictum regem et vos refformata concordia atque pace, ipse et vos guerrarum discrimina delinquetis, situri quod similem literam memorato regi duxerimus per personam portitorem. Datum Valencie, III kalendas januarii anno Domini M°CCC° sexto.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 2592.)

163

PERPIGNAN, 1er JANVIER 1307 (n. st.)

Jacques Ier, roi de Majorque, informe Jacques II, roi d'Aragon, qu'il ratifie la trêve que celui-ci a conclue, en son nom, avec le comte de Foix.

Excellenti principi domino Ja., Dei gratia regi Aragonum et Valencie, Sardinie, Corsice comitique Barchinone ac sancte romane Ecclesie vexillario, ammiratui et capitaneo generali, nepoti suo carissimo, Ja., per eandem rex Majoricarum, comes Rossilionis et Ceritanie et dominus Montispessulani, salutem et prosperorum successuum ubertatem. Literas vestre celsitudinis regie de credencia comissa Berengario de Cardona, portario vestro, earum portitori, per eum recepimus et ea que, virtute dicte credencie, proposuit intelleximus diligenter; et ex quo vestra regia sublimitas ordinavit, acceptavimus treugam quam dare voluistis usque ad proxime instans festum Pasche inter nos et comitem Fuxensem. Et hoc dicto vestro portario, ob honorem vestrum et quia semper intendimus annuere votis vestris, duximus concedendum. Datum Perpiniani, kalendas januarii anno Domini millesimo trecentesimo sexto.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 2610.)

164

PAMIERS, 11 JANVIER 1307 (n. st.)

Instructions données, de la part du comte de Foix, à Bérenger de Cardone, messager de Jacques II, roi d'Aragon, sur l'étendue de la trêve qui doit intervenir entre ledit comte et Jacques Ier, roi de Majorque.

Memoriale sit Berengario de Cardona, portario illustris domini regis Aragonum, quod dicat domino regi memorato et egregio viro domino Raimundo Fulconis, vicecomiti Cardone, quod si treuga fiat inter illustrem dominum regem Majoricarum et nobilem comitem Fuxi, quod non solum fiat de guerra ipsorum dominorum regis Majoricarum et comitis Fuxi, ymmo etiam de poestatibus (*sic*) et aliis quibuscumque petitionibus et contrastibus eorum usque ad presentem diem habitis et habendis. Actum et datum Appamiis, die mercurii post festum Epiphanie Domini, anno ejusdem M°CCC° sexto. Et ego R. Gi de Mescaresio, procurator dicti comitis Fuxi, in predictis sigillum meum appono.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 2616.)

165

CASTELVIEIL DE ROSANÈS, 2 AOUT 1307

Guillelme de Moncade demande à Jacques II, roi d'Aragon, son appui, ou du moins sa neutralité, en faveur de ses neveux, le comte d'Armagnac, et Gaston, vicomte de Fézensaguet, dans la guerre qu'ils vont soutenir contre Gaston Ier, comte de Foix, et Raymond-Foulques, vicomte de Cardone.

Excellentissimo domino ac potenti domino Jacobo, Dei gracia regi Aragonum, Valencie, Sardinie, Corsice comitique Barchinone, ac sacrosancte romane Ecclesie ammirato ac capitaneo generali, sua

humilis Guillelma, olim uxor incliti domini infantis Petri, recolende memorie, ac Montischatani et Castriveteris domina, cum devota recomendacione se ipsam ad ejus beneplacita et mandata. De dominacione ac celsitudine vestra quamplurimum confidentes in hiis que nobis cordi existunt, ad excellenciam vestram recurrimus confidenter. Hinc est quod, cum prelium sit firmatum inter nobiles Armaniacensem comitem et Gastonem, ejus fratrem, karissimos nepotes nostros, ex una parte, et nobilem Gastonem, Fuxensem comitem, et Raymundum Fulchonem, ex altera, in quo quidem prelio, ad opus dictorum comitis Armaniacensis et Gastonis, ejus fratris, municionis et apparatus, si dominacioni vestre placuerit, necessaria habeamus, celsitudinem vestram presentibus exoramus quatenus [opus] vestrum supradictum nobis acomodare dignemini in predictis; in hoc enim, domine, nobis, domine, valde gratum ac placidum servicium facietis; vel saltim placeat [vobis], domine, honore nostro et precibus quod neutri partium acomodetis eundem. Videtur enim, domine, nobis quod in predictis preces nostre, pluribus de causis, quemadmodum partis alterius, apud clemenciam vestram debeant exaudiri. Mandet nobis regia sublimitas quicquid voluerit nos facturas. Date in Castroveteri de Rosanis IIII° nonas augusti, anno Domini M°CCC° septimo.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 2997.)

166

CIRRIEDETZ, 18 AOUT 1307

Arnaud d'Espagne, vicomte de Couserans, s'excuse auprès de Jacques II, roi d'Aragon, de ne pouvoir remettre à son arbitrage le règlement de ses difficultés avec Hugues de Mataplana et le prie d'ordonner aux commissaires déjà nommés de procéder dans l'instruction de la cause.

Illustrissimo domino nostro principi domino nostro Jacobo, digna eterne individue Trinitatis gratia, Aragonum regi, Valentie, Sar-

dine (*sic*) ac Scorcice comitique Barchilone ac sancte romane Ecclesie vexillario, amirato et capitaneo generali, Arnaldus de Yspania, vicecomes Consoranensis, ejus humilis vasallus, nos ipsos pro viribus paratos regie magestati vestre hobedire perpetuo cum honore. Noverit vestra regalis clementia quod, prehabito diligenti tractatu et consilio cum domino comite Fuxi ac cum Rogerio, filio [nost]ro, et aliis conjunctis et amicis nostris, de quorum consilio nostrum non inmerito dirivatur, vestre requeste nobis, domine, facte quod, per formam compromisi, negocium seu contrastum de Palhariis per vos, jure vel [v]oluntate simpliciter et de plano, absque strepitu judicii, cognoscendum et diffiniendum poneremus in [m]anum vestram et cognitionem regie vestre celsitudini, cum honore et reverhencia (*sic*) debita duximus taliter respondendum quod, de hujusmodi contrastu, nos semper fuimus stare parati juri coram vobis et vestro examine et quod nobis et Ugoni de Mataplana super hoc fuerint per vestram clemenciam [d]ati judices, videlicet : dominum Ylardensis (*sic*) episcopum et sacristam ejusdem loci, coram quibus parati fuimus stare juri dicto Ugoni et procedere juxta juris formam, dicto Ugone procedere recusante et nullam partem contra nos super predictis se facere velle dicente et aserente coram comisariis vestris, domine, antedictos (*sic*). Verum, cum vestra celsitudo me longe noverit quod, secundum juris tramites, compromissum fieri non posset per unam partem, imo, ad hoc ut valeret ad instar judiciorum, actor et reus intervenire debent qui de hoc de quo contendunt compromitere debent seu possunt, ideo, [domi]ne, de consilio amicorum nostrorum, dicimus quod in vos compromitere non possumus super predictis, salva vestri gratia semper et honore, presertim cum pars nulla appareat que contra nos questionem defferat in premissis; si vero appareret, in compromitendo et alias vestra regia magestas cognosceret quod confidenciam de vestra justicia, quam nunquam defficere vidimus nec etiam audivimus, nos merito haberemus. Quare, domine, si placet, vestra pia et vestra regalis celsitudo nos super hiis habere dignetur excusatos, cum tale compromissum, parte adversa non aparente, factum de jure non teneret, ut est dictum; mandandes (*sic*), si placet, comisariis super hoc per vos d[atis] ut

in dicta causa procedant, prout dictaverit ordo juris; nos enim sumus parati procedere coram eisdem in ipsa c[ausa], prout fuerit.......... Super hiis et aliis nobis, domine, si placet, mandantes vestre beneplacitum voluntatis cum fiducia optinendi, valeat vestra regalis celsitudo per successus prosperos et tempora longiora. Datum in castro Cirriedetz die veneris post festum Asumptionis virginis gloriose, anno Domini M°CCC°VII°.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 2981.)

167

SEO D'URGEL, 2 DÉCEMBRE [1308]

Bérenger de Argilager, archidiacre de l'église d'Urgel, informe Jacques II, roi d'Aragon, qu'à la suite des démarches du comte de Foix, le pape s'est réservé la nomination de l'évêque de la dite église, et le prie d'intervenir auprès de la cour romaine pour empêcher le choix d'un étranger et de toute personne suspecte.

Illustrissimo ac excellentissimo principi domino Jacobo, Dei gracia Aragonum, Valencie, Sardinie et Corcice regi ac comiti Barchinone, Berengarius de Argilageriis, archidiaconus in ecclesia Urgellensi, ejus humilis et devotus subjectus, cum recomendacione se ipsum. Vestre celsitudini presentibus intimetur quod dominus Papa reservavit sue collacioni ac vice ecclesiam Urgellensem, prout in transumto litterarum apostolicarum, quod mito presentibus interclusum, videbit vestra mayestas regia contineri. Sane cum reservacio prelibata facta fuerit ad preces et instanciam nobilis comitis Fuexensis qui, licet ipse et progenitores sui fuerint ejusdem ecclesie persecutores validi, nichilominus aspirat multipliciter ad habendam jurisdictionem et dominium aliquod in terra et hominibus ecclesie Urgellensis; et dicatur comuniter et verisimiliter presumatur quod dominus Papa, ad votum ejusdem comitis, provideat de persona et hoc summe periculosum existat nedum ipsi ecclesie, que sub tuicione vestri culminis habet regi, sed eciam terre vestre que ibi suos

habet confines, mayestatem vestram regiam duco humiliter deprecandam ut prefatis periculis dignemini occurere festinanter, scribendo summo Pontifici et cardinalibus, de quibus credideritis expedire, quod non provideat dicte ecclesie de persona extere nacionis nec ponat ibi aliquem qui possit esse vobis et terre vestre suspectus. Et, si videtur vestre clemencie, crederem expedire quod scriberetis eidem quod provideret dicte ecclesie de venerabili Mayoricensi sacrista, qui esset persona utilis ecclesie et vobis accepta et grata et eidem summo Pontifici satisfaciens. Conservet Dominus vestram regiam mayestatem per tempora longiora. Datum in Sede Urgellensi IIII nonas decembris [1].

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 3415.)

168

MONT-DE-MARSAN, 17 OCTOBRE 1309

Marguerite, comtesse de Foix, donne sa procuration à Ermengaud X, comte d'Urgel, et à Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, pour revendiquer les terres de Catalogne qui ont appartenu à sa sœur Guillelme de Moncade.

Noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod nobilis et potens domina domina Margarita, comitissa Fuxi, vicecomitissa Bearnii et Castriboni, heres, ut asseruit, nobilis viri domini Gastonis, patris sui, vicecomitis Bearnii, domini Montis Kathani et Castriveteris condam, bone memorie, in mei notarii testiumque subscriptorum presentia personaliter constituta, cum eidem pertineat, ut asseruit, jus successionum in bonis nobilis domine domine Guillelme, condam domine Montis Kathani et Castriveteris et de Osone, bone memorie, cum universis juribus et pertinentiis locorum predictorum, gratis et ex certa scientia, fecit, constituit ac eciam ordinavit veros, certos, speciales et generales procuratores

1. Une main moderne a mis en marge l'année 1308.

suos nobilem virum dominum Ermengodum (*sic*), Dei gratia comitem Urgellensem, et nobilem virum dominum Raimundum Fulconem, eadem gratia vicecomitem de Cardona, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, ad petendum, exigendum, recipiendum et tenendum, nomine ipsius, omnia et singula loca supradicta cum universis et singulis juribus et pertinentiis eorumdem que ad ipsam pertinent et pertinere debent, juxta institutiones et substitutiones et formam ultimi testamenti seu ultime voluntatis dicti domini Gastonis, condam, patris ejusdem, prout in dicto testamento, ut asseruit, plenius continetur; dans et concedens dictis procuratoribus suis et eorum cuilibet plenam et liberam potestatem ac speciale mandatum supplicandi et requirendi, nomine ejusdem domine, serenissimum principem dominum Jacobum, regem Aragonie Dei gratia, seu ejus locum tenentem, senescallum seu senescallos et alios ad quos pertinet seu pertinere potest, nomine dicti domini regis, seu quemlibet eorum, nomine ipsius domine, requirendi et recipiendi et tenendi dicta loca cum suis pertinentiis, presentandi et faciendi homagium seu homagia et fidelitatis juramentum predictis seu eorum alteri, ratione locorum predictorum, prout juris et consuetudinis est in et pro talibus actenus fieri consuetum; necnon petendi et recipiendi homagia et fidelitatis juramenta a nobilibus, baronibus, militibus, domicellis, locum tenentibus, comitatibus (*sic*) et aliis quibuscumque in dictis locis seu pertinentiis ipsorum constitutis, juramenta fidelitatis et alia fieri consueta a predictis seu eorum predecessoribus, prout domino seu domine est fieri consuetum; faciendi etiam supradictis nobilibus, baronibus, militibus, comitatibus cunctisque aliis in dictis locis seu eorum pertinentiis constitutis, juramenta in animam ejusdem domine; procuratorem seu procuratores ad premissa et singula substituendi, revocandi eundem vel eosdem, quocienscumque et quandocumque eis vel eorum alteri visum fuerit expedire; et omnia alia universa et singula faciendi que per dominum seu dominam successorem est in talibus fieri consuetum; et omnia alia universa et singula faciendi et recipiendi que, super premissis et premissa tangentibus, veri et legitimi procuratores possunt et debent facere seu que potest et

debet facere verus ac legitimus procurator et que ipsamet faceret vel facere posset, si personaliter presens esset; ratum, gratum et acceptum habens et perpetuo habitura quicquid per dictos procuratores suos vel eorum alterum vel per substitutum seu substitutos ab eis vel eorum altero super premissis et premissa tangentibus petitum, receptum, juratum, actum, gestum fuerit seu eciam quolibet modo ordinatum; relevans eciam dictos procuratores omnes et eorum quemlibet et substitutum seu substitutos ab eis vel eorum altero ab omni onere satisdandi, se et bona sua pro ipsis et eorum quolibet ad hoc principaliter obligando, sub renunciatione qualibet et cautela. Actum fuit hoc in villa Montis Marciani die veneris ante festum beati Luche evangeliste, anno Domini M°CCC° nono, regnante Edduardo rege Anglie, duce Aquitanie, dominante Constancia, vicecomitissa Marciani, Bernardo, episcopo Adurense. Testes sunt hujus rei : dominus Fortanerius d'Esguarrebaque, miles, Arnaldus de Burdegala, burgensis de Morlanis, Johannes de Furno, canonicus Olorensis, Arnaldus de Media Carreria, burgensis Montis Marciani, et ego Arnaldus de Farbaus, publicus notarius Montis Marciani, qui de predictis, ad requisitionem dicte domine Margarite, hoc presens publicum instrumentum confeci, scripsi et in publicam formam redigi signoque meo assueto, in testimonium premissorum, idem signavi (s. man.).

Et, ad fidem faciendam quod dictus Arnaldus de Farbaus sit notarius publicus Montis Marciani et ut ejus instrumentis per ipsum confectis fides plenaria habeatur et ut presens instrumentum sit signo suo assueto signatum, ad requisitionem dicte domine Margarite, nos major, consules et jurati dicti Montis Marciani sigillum consilii dicti Marciani presenti instrumento, in testimonium premissorum, duximus apponendum. Datum et actum ut supra.

(*Orig.* Arch. dép. des Basses-Pyrénées, E 401, sans numéro.)

169

CASTELVIEIL DE ROSANÈS, 4 NOVEMBRE 1309

Gaston, vicomte de Fézensaguet, informe Jacques II, roi d'Aragon, qu'il lui envoie Bernard de Centelles et Roger de Castelcir, ses procureurs, afin de recevoir de lui l'investiture des terres de Guillelme de Moncade, et le prie de lui faire restituer les châteaux que les exécuteurs testamentaires de la dite Guillelme ont remis entre les mains de l'infant Jacques.

Serenissimo ac magnifico principi domino et potenti domino Jacobo, Dei gracia Aragonum, Valencie, Sardinie, Corsice regi illustri, comitique Barchinone ac sancte romane Ecclesie vexillario, ammirato et capitaneo generali, suus humilis Gasto, Dei sola paciencia vicecomes Fazenceguelli et Brulhesii ac Montiscathani et Castriveteris dominus, cum devota recomendacione, se ipsum ad ejus beneplacita et mandata. Regie celsitudini presentibus intimamus quod, cum ad nostrum devenisset auditum nobilem dominam Guillelmam de Montechatano, bone memorie, karissimam materteram nostram, fuisse viam universe carnis ingressam, nosque in baroniis Montiscathani et Castriveteris instituisse heredem, fuit voluntatis et intencionis nostre, et de consilio amicorum nostrorum etiam habuimus ut, causa habendi et possidendi castra, loca et bona que fuerunt nobilis domine supradicte, ad loca eadem veniremus; confidentes firmiter quod in omnibus que, tam racione dictorum castrorum et terrarum quam aliis quibuscumque de causis, in vestro dominio et jurisdictione expedire et facere haberemus, inveniremus et consequeremur graciam, justiciam et jus nostrum; et, in quantum deceret regiam magestatem, haberemus favorem vestre benivole voluntatis. Propter que, omnibus predictis ducti et sufulti, ad partes Catalonie immediatissime devenimus; et in civitate Barchinone, in qua erant incliti domini infantes vestri filii, nos honorifice receperunt; de quo, domine, dominacioni vestre assurgimus ad graciarum multimodas

actiones. Ceterum, presencium tenore, vestra noscat dominacio reverenda quod nos obtulimus illustrissimo domino Jacobo, primogenito ac vestro procuratori in Cathalonia generali, quod eramus parati sibi, vestro nomine, facere homagium pro hiis que a vobis tenemus seu tenere debemus in feudum, secundum consuetudines Cathalonie et usaticos Barchinone, [ea] reverencia qua decuit, suplicando quod restitueret nobis potestates castrorum quas receperat a manumissoribus nobilis supradicte. Qui quidem inclitus dominus infans, habita deliberacione, respondit quod de predictis volebat regiam consulere magestatem et responsum ab eadem expectare. Verum, domine, cum ob predicta nos constituerimus et ordinaverimus nostros procuratores nobilem Bernardum de Scintillis, dominum castri de Scintillis, et venerabilem Rogerium de Castrociro, militem, qui dominacioni vestre, pro nobis et nomine nostro, faciant et prestent homagium pro hiis que a dominacione vestra tenere debemus in feudum; et a dominacione et celsitudine regie magestatis investituram petant et recipiant de predictis ; idcirco sublimitati regie, presentibus, humiliter suplicamus quatenus, recipiendo nos in hominem vestrum et vassallum necnon perpetuum servitorem, a dictis nostris procuratoribus dictum homagium, si placuerit, acceptetis ; et insuper mandare per vestras dignemini litteras dicto illustrissimo infanti, procuratori vestro, quod nobis dictas velit restituere potestates. Regia celsitudo habeat nos et terram nostram in sua protectione et gracia commendatos ; nos enim sumus parati nunc et semper ad ejus beneplacita et mandata et a suis mandatis minime deviare. Mandet ipsa regia celsitudo, quam Omnipotens sua pietate manuteneat, protegat et defendat ac faciat de bono in melius prosperari, quicquid voluerit nos facturos. Datum in Castroveteri de Rosanis pridie nonas novembris anno Domini M°CCC°IX°.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 3619.)

170

BARCELONE, 18 DÉCEMBRE 1309

Lettres de créance données par Gaston Ier, comte de Foix, à Guillaume-Arnaud de Béarn et à Arnaud de Balanço, chanoine d'Oloron, pour Jacques II, roi d'Aragon.

Al molt alt e molt poderos e honrat seynor en Jacme, per la gracia de Deu rey d'Arago e de Valencia, de Serdeyna e de Corsega e comte de Barcelona e de la santa esglea de Roma gamfenoner, almirayl e capitan general, en Gasto, per la gracia de Deu comte de Fox, vezcomte de Bearn e Castelbo, deguda reverencia, seynor, ab tota honor e ab apareyllament de servii en totes coses. A la vostra molt alta seynoria, seynor, per la present fem saber que, sobre alcunes coses que per letres nous podem trametre a dir, vos trametem los feels e amats nostres procuradors en Gm Arnau de Bearn e n'Arnau de Balanço, canonge d'Oloro, portadors de la present, los quals, seynor, vos pregam curosament que creegats de tot ço queus diran de nostra part. E, si negunes coses volets, seynor, que façam per vos, manats ho, cor nos som apareyllats de complir la vostra voluntat en totes coses. Datum a Barcelona diyous XVIII dies anats del mes de decembre, anno Domini M°CCC° nono.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 3608.)

171

BARCELONE, 21 DÉCEMBRE 1309

Jacques, infant d'Aragon, informe le roi son père que Gaston Ier, comte de Foix, Ermengaud X, comte d'Urgel, et Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, vont lui envoyer une ambassade solennelle au sujet de la succession de Guillelme de Moncade et le prie d'attendre, pour prendre une décision, l'arrivée de son messager spécial.

Excellentissimo ac magnifico principi et domino domino Jacobo, Dei gracia regi Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice, comitique

Barchinone ac sancte romane Ecclesie vexillario, ammirato et capitaneo generali, patri suo karissimo, infans Jacobus, ejusdem humilis primogenitus ac in regnis et terris ejusdem procurator generalis, devota pedum et manuum hoscula cum omni filialis subjeccionis debita reverencia et honore. Pridem celsitudini regie, per nostras litteras, significasse recolimus nobiles comites Fuxensem et Urgellensem ac Raimundum Fulchonis, vicecomitem Cardone, occasione controversie que inter dictum comitem Fuxensem et Gastonem, vicecomitem Fazensaguelli et Brulesii, pro terra nobilis dompne Guillelme de Montecathano, quondam, ad invicem vertitur, suos ad curiam nostram accelerare progressus. Nunc vero paternitati regie, presencium tenore, defferimus prefatos nobiles apud civitatem Barchinone in nostra presencia convenisse, et propositis racionibus pluribus super jure quod habere se asserit dictus comes Fuxensis in terra predicta, et pluribus inter nos et eos tractatibus habitis et facta responsione nostra eisdem super omnibus que nobis et nostro consilio exponere voluerunt; tandem prefati nobiles, jamdicta de causa, suos intendunt paterne magnificentie sollempnes nuncios destinare. Sane, quia, negociorum hujusmodi exigente natura, de omnibus per eos racionibus propositis et tractatibus habitis ac aliis etiam que nedum circumstancias set totam condicionem hujus facti contingunt, excellentiam regiam per personam idoneam nos preparemus latius informare, cum ea comode nequeant scripture comitti, et ut, vive vocis oraculo pocius quam scriptura, paternus ad hoc animus excitetur ut premissis omnibus caucius et tucius provideat in futurum, ideo presentes vobis interim providimus dirigendas ut, si predictorum nobilium nuncii antequam noster paternam presenciam adeant, usque ad nuncii nostri adventum, pro habenda super hiis certitudine pleniori, paterne celsitudini placeat sepefatis nunciis vestrum differe responsum. Ceterum, cum nichil apetibilius affectare possimus quam cum de sospitate parentum nostrorum nova desiderabilia nostris affectibus refferuntur, paternitati regie humiliter suplicamus ut, cum ad id se facultas contulerit, nos inde faciatis per vestras litteras certiores. Preterea magnificencie regie ad gaudium nunciamus quod, omnibus regnis et terris vestris persistentibus quoad presens

in statu pacifico et tranquillo, nos, fratres et sorores nostros (*sic*) plena, Deo dante, corporum sanitate potimur. Datum Barchinone XII° kalendas januarii, anno Domini millesimo CCC° nono.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 3606.)

172

VALENCE, 21—25 FÉVRIER 1310 (n. st.)

Protestation et réquisition adressées à Jacques II, roi d'Aragon, par Arnaud-Guillaume de Béarn, procureur de Constance, vicomtesse de Marsan, et de Marguerite, comtesse de Foix, au sujet des droits des dites vicomtesse et comtesse sur la succession de Guillelme de Moncade ; avec la réponse du dit roi.

Noverint universi, quod die sabbati scilicet, nono kalendas marcii, anno Domini M°CCC° nono, in presencia notarii et testium infrascriptorum, venerabilis Arnaldus Guillelmi de Bearnio, domicellus, procurator nobilium dominarum Constancie, vicecomitisse Marciani, ac domine Margarite, comitisse Fuxensis vicecomitisseque Bearnii ac Castriboni, filiarum nobilis viri domini Gastonis, bone memorie, quondam vicecomitis Bearnii dominique Montischateni et Castriveteris de Rosanis, secundum quod de ipsa procuracione constat per quamdam cartam pergameneam que dicebatur esse publicum instrumentum confectum, scriptum et in publicam formam redactum per Arnaldum de Farbaus, publicum notarium, ut dicitur, Montis Marciani, die lunes ante festum beati Luche, evangeliste, anno Domini M°CCC° nono ; et que etiam carta erat sigillata sigillo cereo pendenti rotundo, in altera parte cujus erat impressura clavis et hec circumferencia litterarum : ✠ *Sigillum consilii Montis Marciani* ; et in altera parte erat impressura cujusdam scuti, cum signo de quarteros et in circumferencia ejus erant scripta hec : ✠ *Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum* ; quodque sigillum, prout continebatur in ipsa carta, erat ibi impositum ad faciendum fidem quod dictus Arnaldus de Ferbaus sit notarius publicus Montis Marciani et quod

ipsum instrumentum sit suo signo signatum et per eum confectum, vice et nomine predictarum dominarum et cujuslibet earum, obtulit in scriptis in papiro coram illustrissimo domino Jacobo, Dei gratia rege Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice, comiteque Barchinone, ac sancte romane Ecclesie vexillario, amiranto et capitanno generali et in ejus pressencia in regali suo civitatis Valencie personaliter constituto, que sequitur (*sic*) :

Coram vobis serenissimo principe domino Jacobo, Dei gratia rege Aragonum et Valencie, et comite Barchinone, constitutus personaliter ego Arnaldus Guillelmi de Bearnio, domicellus, procuratot nobilium dominarum domine Constancie, vicecomitisse Marciani er domine Margarite, comitisse Fuxensis vicecomitisseque Bearnii et Castriboni, filiarum primogenitarum nobilis viri domini Gastonis, bone memorie, quondam vicecomitis Bearnii dominique baroniarum Montischateni et Castriveteris de Rosanis in Cathalonia, vice et nomine predictarum dominarum et cujuslibet earumdem, prout ad eas vel ad earum alteram insimul vel divisim potest competere quoquomodo, protestor quod, per illa que dicam seu dicturus sum, per me vel per alium mei nomine, non intendo dicere, facere, seu proponere, nomine predictarum dominarum seu alicujus earum, aliquid seu aliqua quod possit seu posset prejudicare, in genere nec in specie, negocio in quo seu ad quod sum constitutus procurator ; et, specialiter, quod, nomine procuratorio seu alias, non intendo dicere, proponere aliquid seu aliqua que contra voluntatem ultimam seu testamentum predicti domini Gastonis veniret seu venirent vel possent venire modo aliquo, sive causa ; immo, quo supra nomine si aliqua dicerem, volo et protestor expresse quod omnia dicantur, intelligantur et interpretentur et meliori modo quo poterunt pro conservacione juris testamenti predicti domini Gastonis ; et, si aliqua dicerem seu proponerem que contractum sapere viderentur, illa volo pro non dictis haberi, et nunc per tunc et tunc per nunc illa expresse revoco et volo pro revocatis haberi, vice et nomine quibus supra. Quam protestationem volo pro repetita haberi nunc et in qualibet parte negocii vice et nomine predictarum dominarum et cujuslibet earumdem. Qua protestacione facta, supplico et instanter requiro,

nomine et vice predictarum dominarum et cujuslibet earumdem, prout ad eas spectat seu spectare potest insimul vel divisim, vigore testamenti predicti Gastonis seu alias quoquomodo, vos predictum illustrissimum dominum regem quod, cum domina Guillelma, soror quondam predictarum dominarum, quarum sum procurator, et filia predicti domini Gastonis quondam, mortua sit et esset instituta heres in affario seu baronia de Montechateno que est in Cathalonia per predictum dominum, patrem earumdem ; et jure seu virtute testamenti prefati domini Gastonis predicta baronia cum omnibus suis juribus et pertinenciis ad prefatas dominas, quarum sum ut premittitur procurator, insimul vel divisim pertinere noscatur ; et vos, predicte domine, rex illustris a tempore mortis citra predicte domine Guillelme ad manum vestram teneatis seu teneri faciatis predictam baroniam Montischateni una cum locis et castris ad predictam baroniam spectantibus, cui domine Guillelme prefate domine debent succedere modo et nomine quibus supra, quatenus me Arnaldum Guillelmi, predictum, vice et nomine predictarum dominarum seu alterius earum, ad quam de jure seu consuetudine melius prefate domine Guillelme successio noscitur pertinere, de predicta baronia Montischateni tamquam dominus feudi necnon et aliorum feudalium, si qua per vos teneantur, nuncque ad predictas dominas eodem jure pertinere noscantur, investiatis et investire curetis et in possessionem corporalem prefate baronie et omnium jurium et pertinentiarum ejusdem ponatis seu poni faciatis, qualibet difficultate remota. Presentoque vobis, predicto domino regi, vice et nomine predictarum dominarum seu alterius earum cui magis jure testamentario seu alias competat predicte domine Guillelme successio seu competere possit modo aliquo, racione vel causa, facere homagium racione baronie predicte et pertinenciarum ad ipsam et prestare fidelitatis juramentum, cum omnibus articulis qui juramento predicto possunt de jure vel alias comprehendi, prout natura rei feudalis exigit seu exposcit vel est alias, in casu simili, fieri consuetum. Ad quod, instanter et instantissime, nomine quo supra, peto, supplico et requiro per vos sepedictum dominum regem admitti ; et incontinenti offero facere me paratum. Protestor insu-

per quod paratus sum, si de successione predicta in aliquo dubitetis, informare vos predictum dominum regem, tam per testamentum predicti domini Gastonis quam per testes et instrumenta et alia munimenta locis et temporibus oportunis per vos super hoc deputandis. Et de predictis peto michi, quo supra nomine, fieri publicum instrumentum per vos, etc.

Quibus protestatis per venerabilem Arnaldum Guillelmi de Bearnio, procuratorem predictum, dominus rex incontinenti dixit se velle deliberare super facienda responsione predictis. Et de premissis dictus Arnaldus Guillelmi, nomine quo supra, petiit sibi fieri, per subscriptum notarium, publicum instrumentum. Quod est actum loco, die et anno predictis; presentibus testibus : nobili Poncio Hugonis, comite Impuriarum, Gondissalbo Garcie, Artaldo de Lauro, Berengario de Manso, archidiachono in ecclesia Urgellensi, Petro Bohil, magistro racionali, Petro Marci, thesaurario, consiliariis dicti domini regis, et Petro de Rabinato, milite.

Postea die martis sequenti que fuit VI° kalendas marcii dictus dominus rex mandavit dicto subscripto notario ut illam responsionem, quam venerabilis Bernardus de Abadia, vicecancellarius curie sue, die crastina sequenti in scriptis faceret et ei traderet, quod ipsam reponeret in fine protestacionis predicte. Qui Bernardus de Abadia, vicecancellarius predictus, tradidit eidem notario dicto crastino in scriptis, vice et nomine dicti domini regis, in hospicio videlicet decani Valencie, ubi dictus venerabilis Bernardus de Abadia hospitabatur, in presencia testium infrascriptorum, pro responsione predictorum hec que sequuntur :

Protestacionibus, requisicionibus et aliis supra propositis et petitis per discretum Arnaldum Guillelmi de Bearnio, asserentem se procuratorem nobilium dompnarum Constancie, vicecomitisse Marciani et Margarite, comitisse Fuxensis vicecomitisseque Bearnii et Castriboni, respondit magnificus ac inclitus dominus Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, dicens quod illustris infans Jacobus, primogenitus suus ac procurator in Aragonia et Cathalonia generalis, mortua nobili domina Guillelma, olim Castriveteris et Montischateni domina, nomine procuratorio dicti domini regis, potestates castro-

rum et fortitudinum que sunt in baronia Montischateni, queque pro ipso domino rege tenentur in feudum, petiit sibi tradi per Berengarium de Orisio, militem, executorem ultimi testamenti dicte nobilis Guillelme de Montechateno et tenentem dicta castra et fortitudines ex disposicione nobilis memorate. Qui quidem Berengarius potestates predictas tradidit et deliberavit pro majori parte dicto infanti seu aliis ejus vice recipientibus. Et postea comparens coram dicto infante et ejus consilio nobilis Gasto, vicecomes Facensagelli et Brulesii, asseruit se heredem institutum universalem per nobilem Guillelmam de Montechateno, antefatam, et specialiter in dicta baronia Montischateni et ejus terminis que per dictam nobilem possidebatur tempore sue mortis, quod constare dicebat. Et de premissis se fidem facturum facere offerebat, per testamentum dicte nobilis domine Guillelme, quod asserebat non cancellatum nec abolitum neque ex quacumque parte sui viciatum, immo sine omni vituperatione, ut asseruit, apparebat deposicionibus legitimi numeri testium vallatum ac etiam premunitum; et offerens se facturum homagium et alia ad que vassallus teneatur pro feudis suo vero domino, petiit potestates castrorum et fortitudinum que sunt in dicta baronia Montischateni, et que, ut premittitur, recepte fuerant per dictum infantem post mortem dicte nobilis Guillelme, sibi restitui atque tradi et se investiri de feudis predictis. Propter quod jamdictus dominus rex volens, sic expedit, per viam justicie incedere in premissis, deliberavit, partibus presentibus quas presens negocium tangit vel per contumaciam absentibus, per viam judicii explorare que partes in dicta baronia et ejus pertinenciis jura habeant potiora, ut demum, cause meritis parcium assercione propositis ac etiam declaratis et limine justicie discussis, illi investitura et possessio adquiratur qui, ex legitimis modis, se in jure ostenderit pociorem; et ab illo est paratus idem dominus rex, pro dictis feudis, homagium et fidelitatis recipere juramentum et ad alia ipsum admittere ad que sit de jure vel de consuetudine admittendus. Et super predictis est paratus idem dominus rex utrique parti celerem justiciam exhibere.

Qua responsione dicto notario tradita, idem Bernardus de Abacia mandavit, vice et nomine dicti domini regis, eidem notario quod

predictam responsionem (*sic*) reponeretur in fine protestacionis supramisse facte eidem domino regi per procuratorem nobilium dominarum predictarum et aliud fieri dicto domino regi simile instrumentum, per alphabetum divisum. Quod est actum diebus et anno proxime dictis; presentibus testibus : Bernardo de Sarradello et Simone Stranei, de domo domini regis, et Luppo Sancii de Novellis.

Sig+num Mathei Botella, scriptoris domini regis predicti, et notarii publici per totam terram et dominacionem ipsius domini regis, qui predictis interfuit et ea scribi fecit et clausit, cum litteris rasis et emendatis in linea prima, ubi dicitur : *Bear*, et in secunda linea, ubi dicitur : *nii*, ac diebus et anno quibus supra.

Noverint universi quod die sabbati, scilicet nono kalendas marcii, anno Domini M°CCC° nono, in presencia notarii et testium infrascriptorum, venerabilis Arnaldus Guillelmi de Bearnio, domicellus, procurator, ut asseruit, nobilium dominarum Constancie, vicecomitisse Marciani, et domine Margarite, comitisse Fuxensis vicecomitisseque Bearnii ac Castriboni, filiarum nobilis viri Gastonis, bone memorie, quondam vicecomitis Bearnii dominique Montischateni et Castriveteris de Rosanis, vice et nomine predictarum dominarum et cujuslibet earum, obtulit in scriptis in papiro coram illustrissimo domino Jacobo, Dei gracia rege Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice comiteque Barchinone ac sancte romane Ecclesie vexillario, amiranto et capitaneo generali et in ejus presencia in regali suo civitatis Valencie personaliter constituto, que sequuntur :

Vobis, illustrissimo principi domino Jacobo, Dei gratia regi Aragonum, Valencie ac comiti Barchinone, pro instruccione et informacione quod baronie Castriveteris de Rosanis et Montischateni in Cathalonia, per mortem domine Guillelme, jure successionis, devolvantur et devolvi debeant ad dominam Constanciam, vicecomitissam Marciani, sororemque suam primogenitam et post eam ad dominam Margaritam, comitissam Fuxensem et vicecomitissam Bearnii et Castriboni, secundo genitam, filias quondam inclite recordacionis domini Gastonis, vicecomitis Bearnii et domini baroniarum predictarum, ego Arnaldus Guillelmi de Bearnio, procurator et procura-

torio nomine predictarum dominarum Constancie, Margarite et cujuslibet earum, prout ad eas spectat seu spectare potest melius jus succedendi in dictis baroniis insimul vel divisim, repetitaque protestacione coram vobis alias per me facta super conservacionem juris testamenti predicti domini Gastonis, quam hic nomine quo supra volo pro repetita haberi; et protestato, specialiter, quod predictis dominabus et earum cuilibet remaneat salvum jus et michi, quo supra nomine, informandi et instruendi vos predictum regem plenius super istis tocies quocies visum fuerit expedire, do et trado raciones que sequuntur :

Prima videlicet est talis : nam, inter cetera, inclite recordacionis dominus Gasto, dominus quondam baroniarum predictarum in suo testamento ordinavit quod, si dicta domina Guillelma decederet sine prole, integraliter ad dictam dominam Constanciam baronia de Montechateno reverteretur seu rediret et baronia Castriveteris integraliter reverteretur ad dominam Matam, filiam tercio genitam predicti domini Gastonis, precipiendo in eodem testamento eidem domine Mate quod ipsam totam terram Marciani et jus qualitercumque competens eidem domine Mate in seu pro dicta terra Marciani quitaret et absolveret perpetuo, vivo dicto testatore, dicte domine Constancie pro omni voluntate ejus perpetuo de dicta terra Marciani facienda; et, in casu quod dictam quitacionem faceret, vivo dicto testatore, ordinabat dictus testator quod, post mortem dicte domine Guillelme, si ei non superessent liberi, tempore mortis ejus, totum affarium Cathalonie videlicet baroniarum Montischateni et Castriveteris devolveretur et devolvi haberet integraliter ad dictam dominam Matam, ex vi substitucionis predicte; verum, si dicta domina Mata dictam quitacionem, vivo dicto testatore, non faceret de predicta terra Marciani dicte domine Constancie, inter cetera, dictus testator dictam substitucionem revocavit, privando, in casu predicto, dictam dominam Matam substitucione predicta, et in dictam dominam Constanciam dictam substitucionem totaliter transferendo, prout in testamento predicti domini Gastonis predicta omnia clare liquet. Cumque dicta domina Mata dictam terram Marciani minime quitaverit dicte domine Constancie, in vita dicti testatoris,

nec eciam post mortem, et, propterea, dicta substitucione totaliter privata fuerit et translata in dictam dominam Constanciam, vigore predicte ordinacionis dicti testatoris; idcirco dicendum dictam dominam Constanciam jus habere in dictis baroniis et ad eandem dictas baronias debere pertinere ex vigore dicte ordinacionis dicti testamenti, exclusa ab eisdem baroniis dicta domina Matha et ejus liberis.

Item secundo, quia dictus dominus Gasto in dicto suo testamento, inter cetera, ordinavit quod omnes ejus filie haberent approbare et ratificare dictum suum testamentum, etiam cum juratoria caucione, quod si non facerent, eam vel eas que hoc facere recusarent carere sua porcione in testamento relicta et etiam substitucionibus omnibus ac relictis, excepta solum porcione legittima qua eam vel eas contentam vel contentas esse voluit atque jussit, prout ea in eodem testamento plenius continentur; cumque dicta Mata, requisita loco et tempore congruis per personas ydoneas, videlicet per exequtores dicti testamenti, dictis dominabus consencientibus et ratum habentibus dictum testamentum ut cum ipsa laudaret, approbaret et ratificaret, quantum erat in ea, dicti testatoris testamentum seu ultimam voluntatem et cum juratoria caucione, secundum quod ordinaverat et mandaverat dictus testator, ipsa, tamquam inobediencie filia, hoc facere recusavit et etiam contradixit, causa aliqua non expressa, de quo stat publicum instrumentum; ex quo clare apparet dictam Matam et ejus liberos fore privatos totali institucione et substitucione, usque ad legittimam que in baronia de Bralasio sibi extitit assignata, et eam vel eas non posse nec debere plus petere vigore seu ordinacione testamenti predicti domini Gastonis.

Item, quod ex persona domine Guillelme jus non competat alieni in dictis baroniis clare liquet, quia predicta domina Guillelma testamentum predictum dicti domini Gastonis et ordinata in eo approbavit et ratificavit et sacramento suo roboravit, prout hoc patet per publicum instrumentum. Cum ergo predictus testator ordinaverit in casibus in quibus dicta Mata esset inobediens, ut fuit, secundum quod superius continetur, et domina Guillelma decederet sine liberis legittime ex suo corpore procreatis, sicut fecit, dictas baronias

debere devolvi integraliter et esse devolutas jure substitucionis ad dictam dominam Constanciam et, postea per gradus, ad dominam Margaritam, patet alium seu alios jus non habere nec habere debere in baroniis supradictis, exceptis domina Constancia et domina Margarita. Quarum est duplex ratio : prima quia apparetur voluntati licite testatoris ; secunda quia simpliciter et sine reservacione juris legittime sue dicta domina Guillelma testamentum patris ratificavit et suo sacramento roboravit, in quo continebatur quod, ipsa sine liberis decedente, dicte baronie integraliter reverterentur ad substitutam seu substitutas, juxta formam in testamento contentam ; ex quo constat quod ipsa, post testamenti approbationem simpliciter factam, non potuit alicui dare jus in baroniis supradictis, cum ipsa sibi nullum retinuisset, approbando testamentum, et condicione existente quod ipsa sine liberis decederet, sicut fecit, maxime quod omne juramentum, non vi nec dolo prestitum, servandum est, ubi non vergitur in dispendium salutis eterne. Ex quo luce clarius elucescit quod, mortua domina Guillelma, jus succedendi, jure testamenti, integraliter ad dictam dominam Constanciam et per gradus ad dominam Margaritam in dictis baroniis Castriveteris et Montischateni noscitur pertinere et quod per vos, dominum regem, procuratoris domine Constancie homagium est recipiendum super facto baronie Montischateni, de quo agitur in presenti, maxime quia mandatum habeat super hoc sufficiens et etiam specialiter. Et pro majori informacione trado clausulas testamenti ad hoc specialiter facientes et transscriptum testamenti, quantum ad hoc necessarium, sigillatum duobus sigillis autenticis, videlicet : sigillis Lascurensis et Olorensis episcoporum et redactum in formam publicam per manum Johannis, notarii Olorensis, et offero me paratum hostendere originale, si necesse fuerit, suis loco et tempore oportunis, cum, propter viarum discrimina, ausus non fuerim aportare.

Item, ad probandum dominam Matam fore requisitam et nolle approbare testamentum predicti domini Gastonis, patris sui, et dominam Guillelmam approbasse et jurasse, produco duo instrumenta vera et publica, confecta per manum magistri Bruni, notarii publici de Morlanis, et sigillata sigillo communitatis ejusdem ville.

Quibus oblatis et traditis coram dicto domino rege per procuratorem dominarum predictarum, dictus dominus rex incontinenti dixit se velle deliberare super facienda responsione predictis. Et de premissis dictus Arnaldus Guillelmi, nomine quo supra, petiit sibi fieri, per subscriptum notarium, publicum instrumentum. Quod est actum, loco, die et anno predictis, presentibus testibus : nobili Poncio Hugonis, comite Impuriarum, Gondissalbo Garcie, Artaldo de Lauro, Berengario de Manso, archidiachono in ecclesia Urgellensi, Petro Bohil, magistro racionali, Petro Marci, thesaurario, consiliariis predicti domini regis, et Petro de Rabinato, milite.

Postque die martis sequenti, que fuit VIª kalendas marcii, dictus dominus rex mandavit dicto subscripto notario ut illam responsionem quam venerabilis Bernardus de Abadia, vicecancellarius curie sue, die crastina sequenti in scriptis faceret predictis et ei traderet quod ipsam reponeret in fine protestacionis predicte. Qui Bernardus de Abadia, vicecancellarius predictus, tradidit eidem notario dicto crastino in scriptis, vice et nomine dicti domini regis, in hospicio videlicet decani Valencie, ubi dictus venerabilis Bernardus de Abadia hospitabatur, in presencia testium subscriptorum, pro responsione predictorum, hec que sequuntur :

Protestacionibus, requisicionibus et aliis supra propositis et petitis per discretum Arnaldum Guillelmi de Bearnio, asserentem se procuratorem nobilium dompnarum Constancie, vicecomitisse Marciani, et Margarite, comitisse Fuxensis, vicecomitisseque Bearnii et Castriboni, respondet magnificus ac inclitus dominus Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, dicens quod illustris infans Jacobus, primogenitus suus ac procurator in Aragonia et Cathalonia generalis, mortua nobili dompna Guillelma, olim Castriveteris et Montischateni domina, nomine procuratorio dicti domini regis, potestates castrorum et fortitudinum que sunt in baronia Montischateni queque pro ipso domino rege tenentur in feudum, petiit sibi tradi per Berengarium de Orisio, militem, executorem ultimi testamenti dicte nobilis Guillelme de Montechateno et tenentem dicta castra et fortitudines, ex disposicione nobilis memorate. Qui quidem Berengarius potestates predictas tradidit et deliberavit pro majori parte dicto

infanti seu aliis ejus vice recipientibus. Et postea comparens coram dicto infante et ejus consilio nobilis Gasto, vicecomes Fazensagelli et Brulesii, asseruit se heredem institutum universalem per nobilem Guillelmam de Montechateno, antefatam, et specialiter in dicta baronia Montischateni et ejus pertinenciis que per dictam nobilem possidebatur tempore sue mortis, quod constare dicebat; et de premissis se fidem facturum facere offerebat, per testamentum dicte nobilis dompne Guillelme, quod asserebat non cancellatum, non abolitum neque ex quacumque parte sui viciatum, immo sine omni vituperacione, ut asseruit, apparebat, deposicionibus legittimi numeri testium vallatum ac etiam premunitum, et offerens se facturum homagium et alia ad que vassallus teneatur pro feudis suo vero domino, peciit potestates castrorum et fortitudinum que sunt in dicta baronia Montischateni et que, ut premittitur, recepte fuerint per dictum infantem, post mortem dicte nobilis Guillelme, sibi restitui atque tradi et se investiri de feudis predictis. Propter quod jamdictus dominus rex volens, sicut expedit, per viam justicie incedere in premissis, deliberavit, partibus presentibus quas presens negocium tangit et per contumaciam absentibus, per viam judicii explorare que pars in dicta baronia et ejus pertinenciis jura habeat pociora, ut demum, cause meritis parcium assercione propositis ac etiam declaratis et limine justicie discussis, illi investitura et possessio adquiratur qui ex legittimis modis se in jure hostenderit pociorem; et ab illo est paratus idem dominus rex pro dictis feudis homagium et fidelitatis recipere juramentum et ad alia ipsum admittere ad que sit de jure vel consuetudine admittendus. Et super predictis est paratus idem dominus rex utrique parti celerem justiciam exibere.

Qua responsione dicto notario tradita idem Bernardus de Abadia mandavit, vice et nomine dicti domini regis, eidem notario quod predicta responsio reponeretur in fine premissorum, coram dicto domino regi oblatorum per procuratorem nobilium dominarum predictarum, et aliud fieri dicto domino regi simile instrumentum per alphabetum divisum. Quod est actum diebus et anno proxime dictis; presentibus testibus : Bernardo de Serradello et Simone Stranei, de domo domini regis, et Luppo Sancii de Novellis.

Sig+num Mathei Botella, scriptoris domini regis predicti et notarii publici per totam terram et dominacionem ipsius domini regis, qui predictis interfuit et ea scribi fecit et clausit, cum litteris rasis et emendatis in linea XI, ubi dicitur : *totaliter*, diebus et anno quibus supra.

(*Copie du XIV*ᵉ *s.* Bibl. de *La Real Academia de la Historia* de Madrid, coll. Salazar, A² f°s 191-202 v°.)

173

MONT-DE-MARSAN, 11 MAI 1310

Donation entre vifs faite par Constance, vicomtesse de Marsan, en faveur de Gaston Ier*, comte de Foix, son neveu, de tous ses droits sur les baronies de Moncade et de Castelvieil.*

(f° 1) In nomine Domini nostri Jhesu Christi, amen.

Coneguda cosa sia que la noble dona madona na Costanza, vezcomtessa de Marsan, filla ça arreira (?)[1] del noble senyor mossenyer en Gaston, vezcoms de Bearn, senyor de Muneadre e de Casted Vielh, no costreta ne forssada ne descebuda ne enguanada ne ad aysso amenada per algun mal geinh, mas de sa francha, agradable e deliura voluntad, e de sa certa sciencia e de tot son dret certifficada, a donad e autreyad e cessad, guitad, layssad, gurpid e renliquid (*sic*) e desemperad, per si e per tots sos hers e successors, presens e abieders, e per tot son orden, per tos temps, en vertadera, pura, simple, perfieyta e perdorable donacion e cession feyta entrels vius, non fincta ne cuberta, ne per alguna desagrabletad o inmansitat ne per neguna autre causa en algun temps revocadera en alguna manere, mas per tos temps valedera, al noble e hondrad senyor, mossenyer en Gaston, comte de Foyxs, son nabod aqui medis present, la present donacion prendent e recebent, per si e per tots sos hers e successors, presents e abieders, e per tot son orden, per totas les propries volentatdz del medis senher comte e dels sos

1. Cf. la copie de Doat.

far e complir, tots los drets, devers, dreytures, senhorias, juridiccions, homiadges e razons e accions specials e generals e totes e sengles los altres causes, de qualque maneyra e condicion sia (*sic*) e esser pusquen e degen e on que sien, que la medissa madona Costanza ave e aver deve e demanar pode en qualque maneyra[1], per razon de heretadge o de torneria o de layse o de donacion o de succession paternal o maternal o en qualque altra maneyra, en los logs de Moncadre e de Castell Vielh e en qualsque altres logs, vieles, castedz en Catalonha, ab totes lors pertiençes e en la terra de Ozone, en lo reyesme d'Aragon, ab totas sa (*sic*) pertienzas, aytant cum ses tenan per tots logs de totas parts, ses tot retenament que la dita madona na Costança feyt nos (f° 1 v°) hi a de re, en neguna maneyra, en tot ne en partida. La qual donacion de tots los dits logs e terra e de totas e sengles las dites causes ab tots lors drets e pertienzes l'avant dita madona na Costanza disso que era fazia al dit mossenher lo comte, son nabod, per razon de parentesch, ayzi cum asson nabod, en recompensacion de molts bons e agradables serviciis que reconogue e disso l'avant dita madone na Costanze quel dit mossenher lo comte, son nabod, l'avia feyts, de maneyra que s'en tengo per be pagade. Dels quals logs e terra e senhories e homiadges e de totes e sengles les causes dessus dites, ab tots lors drets e pertienzes e razons e accions, la dita madone na Costanza, de son bon grad, s'es desazida e desvestida deu tot e que n'a sazid e envestid de tot l'avandid mossenher lo comte, son nabod aqui medis present, e ne l'a mess e pauzad en son log e feit e stablid deu tot vertader e certivan senhor, possessor e actor cum en sa meyssa e en sa proprii causa, ayzi quel dit mossenher lo comte ne pusque far tot quant la meyssa madona Costanza far ne podia, en qualque manere, avant aquesta present donacion e cession avant dita. Et volgo plus e autrey ha la madisse madone na Costanze e espressament commanda e ab auctoridad d'aquesta present carte que l'escumunitad dels dits logs de Muntcadre et de Casted Vielh e de los pertiençes e en cadaun de lor e

1. Dans le texte : *maneyna*.

tots e sengles les altres sos vassalls e sosmes de Cathaloha, so es assaber : barons, caverhs, donzeils, religios e burgeus e tota maneyra de gent, qualque fosse a luy tengude, sien tenguts de far e fassen ades los homiatges al dit mossenher lo comte el fassen ades sagrament de fialtad de esser bons e fidels e leyals sosmes al medis mossenher (f° 2ro) lo comte et de gardar son cors e sos membres e sas causas de tots greus e damnadges el son profeyt e honor; e procurar els sos greus e damnadges squivar, axi cum bons e fidels vassals e sosmes son tengudz de far a lor senhor natural; lo qual mossenher lo comte, avant dit, la dite madone na Costanze volo e mande, en tant quant a luy toca e aparte e tocar e apartener pod e deu, que agen e tenguen, d'aqueste hora en la, per lor senhor natural de tot quant que a la medisse madone Costanze eren tenguds avant aquesta present donacion e cession avant dita; e que lo medis mossenher lo comte d'aysso dessus dit, a luy donad per la dite madone Costanze, ne pusque far tot quant la medisse madone na Costanze far ne podia avant aquesta present donacion e cession avant dita. La qual donacion volo la medisse madone Costanze que aja valor et sia ferm e stable per tos temps, sens tota contrariedad de neguna maneyra; el aquel dit segrement de fizautad sera feyt al dit mossenher lo comte en la maneyra sobredite. La dita madona na Costanze vol e mande, ab aquesta present carta, que tots e sengles aqueds qui lo dit segrement de fizaltad en la maneyra sobredita auran feyt e los successors sien absolts e quitis per tos temps, de quera hora en la, de tot sagrament de que fossen estatdz tengutdz a la dite madone Costanze e de tot homiadge e senhoria e subjeccion que la dite madone na Costanze agosse ne aver degosse sobre lor ne sobre les causes, en qualque maneyre. E prometo e autreya la dite madone na Costanze, per ferme e per leyal e per solempnial stipulacion e ses tota excepcion metre de contre, e jura la medisse madone na Costanze, sobre los sants evangelis de Diu e sobre la cruded, tocadedz corporal (f° 2 v°) mens de sa ma destra, que la dita donacio e cessio e totes e sengles les causes en aquesta present carta contengudes e scriutes guardara e observara e aura e tendra bones e fermes e stables, per si e per tots los seus et per tots sos

hers e successors, presents e aviaders, e per tot son orde, per tos temps, senes far ne venir ne anar encontre per si ne per autruy, ab geyn ne sens geyn, en tot ne en partida, en re, en algun loch ne en algun temps, en neguna manera; renuncians sobre azo la dita madona, na Costanza, de son bon grat e de certa sciencia, en vertut del dit segrament, specialment e expressa (*sic*), ad aquera ley que dizs que donacio pot esser revocada per desagradebletat ed aquera ley que ditzs que donacio pot esser revocada per ymansitat ed aquera ley que ditzs que donacio sobrepujant summa de D sols o de D diers d'or no vau, si per actes no es insinuada e per decret de jutge confermada; et a totes autres leys feytes e affar e a tots garens, fors, custumes, usatges, stablimens, drets scrits e no scriuts, canonichs e civils, fets e affar, promulgats e a promulgar e a tots privilegiis empetrats e empetradors e a totes ajudes, rahons, accions, deffencions, allegacions e accepcions de dret e de fet, specials e generals e a totes e sengles altres causas per lasquals o ab lesquals contre totes o alguna de les causes desus dites poguesse en alguna manera venir ne anar, en tot ne em partida, en re, ne pogues dir ne allegar qu'estada era decebuda en l'altrey de les causes desus dites, en tot ne em partida, en re. E, per major fermetat de totes e sengles les causes sobredites, volo e autreya et mana la dita madona na Costanza que en aquesta present carta fos mes e pausat empendent son propri sagell, loqual (f° 3ro) sagell, pausat e no pausat, durant o no durant, enter o brissat o marmat, la present carta e totes e sengles les causes contengudes en la madissa carta agossen e aguen plenera fermetat e valor perpetua, sens tot corrumpiment e sens tota contrarietat e diversita (*sic*) de neguna maneyra. Actum fuit hoc apud Montem Marciani, undecima die introitus mensis mayi, anno Domini M°CCC°X°, regnante Eddwardo regle (*sic*) Anglie, duce Aquitanie, dominante predicta Costancia, vicecomitissa Marciani, Bernardo, episcopo Adurensi. Testes sunt : dominus A^{us} de Mota, dominus G^{us} A^{i} d'Eysill, dominus Bernat de Sancto Reverio, milites, dominus G. de Andonis, domicellus, R. de Mediacarreria, P^{us} de Podio, burgensis Montis Marciani. Et ego Arnaldus de Farbaus, publicus notarius Montis Marciani, qui omnibus et

singulis predictis interfuit (*sic*), ad requisicionem dicti domini comitis Fuxi et de voluntate et assensu dicte domine Costancie, de predictis hoc presens publicum instrumentum confeci, scripsi et in publicam formam redegii (*sic*) signoque meo assueto, in testimonium premissorum, idem signavi.

(*Copie*. Arch. nat., J 880, n° 4. — Bibl. nat., Decamps, vol. 60, f°s 376-378. — Doat, vol. 179, f°s 94-98 v°.)

174

MARTORELL, 15 JUILLET 1310

Gaston, vicomte de Fézensaguet, informe Blanche, reine d'Aragon, que l'invasion de ses terres par Gaston Ier, comte de Foix, et Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, l'empêche de se rendre à sa cour et la prie de vouloir bien l'excuser.

Serenissime ac excellentissime domine, domine Blanche, Dei gratia regine Aragonum, suus humilis Gasto, vicecomes Fezensaguelli et Brulhesii, Montischatani et Castriveteris dominus, se ipsum promptum ad ejus beneplacita et mandata. Serie presencium vestre regie celsitudini innotescat quod, venientibus nobis de partibus Vasconie et proponentibus ad vos necnon et ad regiam magestatem, sine aliquo intervallo, arripere iter nostrum, missus a procuratore nostro, quem in Cathalonia habebamus, celeriter nuncius retulit quod nobilis comes Fuxensis, R. Fulchonis nec nonnulli alii nobiles Cathalonie devastabant villas et loca nostra que habemus in partibus Cathalonie, cum peditum et militum maxima comitiva, talando, expugnando et quedam etiam loca incendio subponentes, nobis et gentibus nostris necnon et terre dampnum multipliciter inferrebant; et quod procurator noster, ut male comitatus, eisdem resistere aliquatinus non valebat; et sic, nisi imminenti periculo maturum remedium preberemus, incurreremus, quod absit, dampnum maximum et jacturam. Quibus perceptis, ut avidi nostris et gencium nostrarum tantis et tam periculosis ac miserabilibus negociis sub-

venire, dimisso priori proposito, apud villam nostram Martorelli, cujus possessiones dicti nobiles talabant et cremabant et etiam villam quodammodo obsessam tenebant, properavimus gressus nostros. Et, quod sic prepediti ad vestram sublimitatem nec ad regiam celsitudinem [quo][1] ad presens non ivimus, eisdem semper intendentes pro viribus famulari, reverencia qua decet et qua possumus, humiliter suplicamus quatinus, si placuerit, nos habeat in hiis totaliter excusatos; nichilominus nos et terram nostram in sui tuitione et deffensione recipere dedignantes, scientes tamen, Domino annuente, quod, istis viriliter expeditis, regiam celsitudinem et vestram sublimitatem videbimus et in brevi parati facere quicquid jusserit nos facturos. Mandet vestra regia sublimitas nunc et semper quicquid voluerit nos facturos. Datum in villa Martorelli, idus julii anno Domini MCCC°X°.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 3908.)

175

VILLAFRANCA, 15 JUILLET 1310

Relation de Bernard de Fonoyllar sur la guerre faite en Catalogne par Gaston Ier, comte de Foix, et Raymond-Foulques, vicomte de Cardone.

A la vostra altea, sennyor, fa saber en Bernat dez Fonoyllar que, puis la letra que yous tramec, la qual fo feta a Terraça fo feta (*sic*), nos som creguts dardit quel comte de Foix s'en es anat e ha ordonat qu'en R. Folch qu'estia ab C homens a cavall a Apiera e donals VIen solidos lo comte e hals fetes estimes (?) dels cavalls que perduts han, e ha fet sagrament e homenatge lo comte an Ramon Folch que, miiant agost, sia tornat de ça ab molta moneda e quels pagara tot ço quels deja; e dien nos que amenara compannya, mas non som certs. Ells, sennyor, dien que vos fets part contra ells et queus

1. Cf. le n° 3913 qui est une lettre adressée par le même au roi d'Aragon dans les termes exactement semblables.

mesclaran en la guerra e que mes val sia de tot. Esters, sennyor, pus hac la vostra carta, yo he manades totes les hosts ab pa a IIII meses. E als fevaters, senyor, avia yo dat dia que fossen a Moolla, per entrar a Vich; e puis sabi quel castell fo pres desmanels; e que sien apparellats tota hora que per vos, sennyor, ne sien requests. E vos, sennyor, dat als fevaters aquell dia queus placia. Quant a la covenença del bisbe de Vich, la qual, sennyor, vos aviem feta saber, e de la qual, sennyor, nos avets feta resposta, vos faz saber que no he en als pogut enantar, per ço quel comte de Fox te poderosament la una vila e l'altra, encara quel bisbe vos trames a dir que noy podia als fer que non era poderos ni ho trobava de consell de son capitol; mas si vos, sennyor, venits de cami a Vich poderosament, la qual cosa vos podets et devets fer, segons l'usatge, aurets ne vostre enteniment et farets ço que fer devrets per justicia. Yo, sennyor, m'en vaig ves Leyda per fer lo vostre manament, segons la informacio del prior dels prehicadors e de frare G. Ermengau et per saber l'estament del comte d'Urgell. E segons que aurem fet sius farem saber. Coman me, sennyor, en vostra gracia et manat a mi ço que placia. Datum Villefranche, idus julii anno Domini M°CCC°X°.

(*Orig.* Arch. d'Aragon, coll. des *Cartas reales*, n° 3910.)

176

TARRAGONE, 4 SEPTEMBRE 1310

Lettres de rémission accordées par Jacques II, roi d'Aragon, aux habitants de Tarrega pour avoir fourni, contrairement à ses ordres, des vivres aux hommes de Raymond-Foulques, vicomte de Cardone, et des autres alliés de Gaston Ier, comte de Foix, pendant leur guerre avec Gaston d'Armagnac.

Nos Ja., et cetera, de speciali gratia remittimus et relaxamus vobis universis et singulis hominibus habitatoribus Tarrege omnem peticionem et demandam, civilem et criminalem, quam vel quas nos

seu aliquis, nomine seu pro parte nostra, contra vos seu bona vestra possemus facere, infligere seu movere, pro eo quia, ut dicitur, vos seu aliqui vestrum contra prohibicionem nostri Bernardi de Fenollario, gerentis vices procuratoris in Cathalonia pro inclito infante Ja., primogenito ac generali procuratore nostro, seu aliorum officialium nostrorum, vendidistis seu tradidistis hominibus seu valitoribus nobilium R[i] Fulconis, vicecomitis Cardone, G[i] de Angularia necnon aliorum valitorum nobilis viri Gastonis, comitis Fuxensis, anno presenti, in gerra quam faciebant dicti nobiles nobili Gastoni de Ereminiacho (*sic*), victualia, sic quod, ratione seu occasione predictorum, sive culpabiles fueritis sive non, non possitis per nos seu officiales nostros peti seu demandari; mandantes per presentem cartam dicto gerenti vices ac delegato seu asignato per ipsum, ad inquirendum de predictis, necnon universis et singulis officialibus et subditis nostris quod predictam gratiam vobis observent et faciant ab aliis inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. Datum Terrachone, II nonas septembris, anno Domini M°CCC°X°.

(*Copie*. Arch. d'Aragon, reg. 207, f° 150.)

177

ORTHEZ, 27 SEPTEMBRE 1310

Procuration donnée par Gaston I[er], comte de Foix, à Bernard de Burco et à maître Garcie Arnaud d'Orthez pour administrer, vendre et aliéner de toutes manières les biens de feu Gaston de Béarn situés dans l'île de Majorque.

Noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod nobilis vir et potens dominus Gasto, Dei gratia comes Fuxi, vicecomes Bearnii et Castriboni, filius quondam et heres, ut asseruit, nobilis viri domini Rodgerii Bernardi, Dei gratia comitis Fuxi quondam, bone memorie, in presentia mei notarii testiumque subscriptorum personaliter constitutus, gratis, bono animo et ex

certa scientia fecit, constituit seu etiam ordinavit vos, certos, speciales et generales procuratores suos, videlicet : dominum Bernardum de Burco, militem, et magistrum Garsiam Ar[i] de Ortesio, canonicum et confirmarium in ecclesia Tarbiensi, ostensores seu ostensorem istius presentis publici instrumenti et quemlibet eorum, in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, super vendendis, detrahendis et stabiliendis et alienandis omnibus bonis, honoribus, possessionibus, juribus, jurisdictionibus, censualibus, agrariis, proventibus, exitibus et aliis juribus universis que habet et habere debet et ad eum spectant et expectare videntur in insula et regno Majoricarum, ratione nobilis viri domini Gastonis quondam, avi sui, pro complenda voluntate dicti domini Gastonis, avi sui, prout in ultimo testamento ejusdem et in quodam instrumento publico alio continetur; dans et concedens dictis procuratoribus suis et eorum alteri, super predictis omnibus et ea tangentibus, plenam et liberam ac generalem potestatem et administrationem, ita quod, nomine et vice predicti domini, dicta bona, censualia, honores, possessiones, agraria et jura omnia alia supradicta possint vendere, distrahere, alienare ac etiam stabilire, ad certum tempus vel ad perpetuum, cuicumque sive quibuscumque personis voluerint et invenerint, pro eo precio sive quantitate peccunie quo sive qua eis vel eorum alteri videbitur faciendum; et possint emptorem vel emptores, acquisitorem vel acquisitores predictorum in possessionem inducere et eisdem bona sua pro evictione obligare et instrumenta vel instrumentum eisdem, loco ejusdem domini, facere et firmare et precium recipere et apocam facere de soluto, post ejus precii receptionem, et quamcumque vendicionem, alienationem ac stabilitionem fecerint insimul vel separatim eam vel eas de presenti laudat, approbat, confirmat ac etiam ratificat; possint etiam dicta jura et bona predicta petere, procurare, deffendere et administrare, in judicio et extra judicium, in curia et extra etiam ubicumque; cessionem etiam fecit dictus dominus predictis procuratoribus et eorum alteri de omnibus locis et juribus, bonis suis predictis; et quod possint etiam, super predictis et circa predicta, omnia alia generaliter facere que ipsemet faceret seu facere posset si persona-

liter presens esset; habens de presenti r[atum et] firmum quicquid super predictis et ea tangentibus duxerint faciendum et quod nullo tempore revocabitur ab eodem vel ab aliquo, nomine ejusdem domini Gastonis, sub obligatione omnium bonorum suorum; que quidem bona dictis procuratoribus et eorum cuilibet et mei notario infrascripto stipullanti et recipienti, vice et nomine omnium quorum interest et intererit, pro predictis obligavit sub omni renunciatione et cautela. Actum fuit apud Ortesium quarto die exitus mensis septembris anno Domini M°CCC°X°, nobili domina Margarita in Bearnio dominante, vacante sede Lascurrensi.

Testes sunt hujus rei : Guilhemotus Dandorags, Ar^us^ W^us^ de Bearnio, Ar^us^ Raimundus de Marsano, Aymericus de Barbazano, domicelli. Et ego Bernardus de Mancieg, publicus notarius in Ripperia Lascurrensi, qui de predictis, ad requisitionem dicti domini Gastonis, hoc presens publicum instrumentum confeci, scripsi et in publicam formam redegi signoque meo assueto signavi (s. man.).

Et ad fidem faciendam quod dictus Bernardus de Mancieg sit notarius publicus in Ripperia Lascurrensi et ut ejus instrumentis per ipsum confectis fides plenaria habeatur et ut presens instrumentum publicum sit signo suo assueto signatum et per manum suam confectum et ad requisitionem dicti domini Gastonis, nos major, consules et jurati ville Ortesii sigillum consilii ville Ortesii presenti instrumento, in testimonium premissorum, duximus apponendum.

Datum et actum ut supra.

(*Orig.* Arch. du *Real patrimonio* de Palma, liasse de 279 parchemins du XIVe s., 2e dizaine.)

178

3 NOVEMBRE 1310

Vente faite à Jacques Ier, roi de Majorque, par les procureurs de Constance, vicomtesse de Marsan, de Marguerite, comtesse de Foix, et de Gaston Ier, comte de Foix, de tous les biens de feu Gaston de Béarn dans l'île de Majorque.

Noverint universi quod, in presencia illustrissimi domini Jacobi, Dei gracia regis Majoricarum et cetera, prudentes Bernardus de Buros [1], milites (*sic*), et magister Garcia A^i de Ortesio, canonicus ecclesie Tarbaensis (*sic*), procuratores nobilium et potentium domine Constancie, Dei gracia vicecomitisse Marssiane (*sic*), filie et heredis universalis nobilis viri domini Gastonis, bone memorie, vicecomitis Bearni et domini Montiscateni et Castriveteris, procuratoresque domine Margarite, eadem gratia comitisse Fuxi et vicecomitisse Bearnii et Castriboni, filii [2] dicte domine Margarite, procuratores eciam reverendi in Christo patris domini G. A., divina providencia episcopi Olorensis, ac nobilis Arnaldi de Denguinno, militis, exequtorum testamenti seu ultime voluntatis in Bearno dicti nobilis quondam vicecomitis Bearni et domini Montiscatheni et Castriveteris, de dictis suis procurationibus fidem facientes per instrumenta que vera et publica prima facie videbantur, videlicet : de procuratione dicte domine Constancie, per duo instrumenta sigillata sigillo cereo pendenti consilii ville Marseani (*sic*), facta die veneris post festum exaltationis sancte Crucis, anno presenti intitulato M^cCCC^o decimo, scriptaque et signata per A. de Farbaus, publicum notarium Montis Marsiani. Et de procuratione dicte domine Margarite liquet constare per alia duo publica instrumenta, facta apud Ortesium V^a die exitus mensis septembris, anno presenti, scriptaque et signata per Ber-

---

1. Dans l'acte original porté au numéro précédent, le nom de ce chevalier est *Bernard de Burco*.
2. Le nom de Gaston, comte de Foix, a été oublié.

nardum de Mansies, publicum notarium in Ripparia Larscorrenti (*sic*), et sigillata sigillo cereo pendenti consilii Ortesii. De procuratione etiam dicti nobilis Gastonis, comitis Fulxensis, constare videtur plene per alia duo instrumenta apparentia vera[1] et publica, sigillata sigillo cereo pendenti ville Ortesii ibidemque facta quarta die exitus mensis septembris anno presentis (*sic*) scriptaque et signata per dictum Bernardum de Mansies, publicum notarium. De procuratione etiam prefati episcopi Olorensis fidem fecerunt per alia duo publica instrumenta que vera et publica videbantur, facta apud Salvamterram, scripta(m) et subsignata(m) per Johannem de Narbam, publicum notarium Olorensem, die sabbati ante festum beati Mathei apostoli, anno presenti. De procuratione autem dicti A. de Denguino fidem fecerunt per alia duo publica instrumenta que vera et publica apparebant, sigillata sigillo cereo pendenti consilii ville de Palo, facta apud Meylo, tertio kalendas octobris anno presenti, scripta et signata per A. de Marchafava, publicum notarium de Palo. Que omnia predicta instrumenta exibuerunt una cum transcripto testamenti predicti nobilis Gastonis, bone memorie, vicecomitis Bearni et domini Montiscatheni et Castriveteris, et cum instrumento quod idem nobilis Gasto, bone memorie, vicecomes Bearni, constituit et ordinavit procuratores suos Luchum Bergundi de Burdegala et Berengarium d'Oris, quemlibet in solidum, procuratores suos super vendendis et distrahendis, stabiliendis et alienandis omnibus bonis, honoribus, possessionibus, juribus et jurisdiccionibus, censualibus, agrariis, proventibus, exitibus et aliis juribus universis que ibidem nobilis Gasto, bone memorie, habebat et habere debebat et ad eum spectabant et spectare videbantur in regno Majoricarum, de quorum precio idem nobilis Gasto, bone memorie, cum[2] proxima dicta instrumenta procuracionis necnon et in ultimo testamento suo jussit solvi debita que debebat dicto Lucho Bergundi et quod superesset tradi executoribus sui testamenti de Bearno distribuendum, cum, per tenorem dictorum instrumentorum procura-

1. Dans le texte *vero*.
2. *Per* oublié sans doute.

toriorum dictorum Bernardi de Burcos et magistri Garcie A., ipsi potestatem habeant requirendi prefatum dominum regem Majoricarum ut bona et jura predicta, que ad manum suam occupata tenentur, reduci faciat et permittat ad manum executorum predictorum testamenti domini Gastonis quondam, pro adimplenda ultima voluntate et ordinacione sua; et vendendi ipsa bona et jura, oficio dictarum procuracionum fungentes, suplicarunt predicto domino regi Majoricarum et eum requisiverunt instanter quod dicta bona et jura absolvi faceret et reduci ad manum dictorum exequtorum.

Prefatus autem dominus rex, intellecta suplicatione(m) et requisicione predicta dictorum procuratorum, eis respondit quod bona et jura predicta tenebantur et consueverunt teneri pro eo et suis antecessoribus in feudum, et constabat ipsum feudum sibi fore comissum et ad in perpetuum, eo quia, a tempore citra quo dictus dominus Gasto decessit, nullus ab eo petiit seu recipit (*sic*) investituram dicti feudi nec sibi fuit facta recognicio dicti feudi nec homagium sibi prestitum nec alia debita pro ipso feudo. Tandem dictis Bernardo de Burgos (*sic*) et magistro Garcia A., procuratoribus predictis, requirentibus et instanter suplicantibus predicto domino regi Majoricarum, ex parte dictorum dominorum suorum a quibus sunt procuratores destinati in hac parte, ipse dominus rex conteplacione (*sic*) dicti nobilis Gastonis, quondam, et pro salute ejus anime necnon et amore et honore dictarum dominarum Costancie et Margarite et predicti nobilis comitis Fulxiensis volensque se habere graciose in predictis et ex causa amicabilis composicionis seu transactionis, processit et voluit dare pro dictis bonis et juribus sex millia librarum regalium Majoricensium minutorum, monete perpetue, distribuenda in solucione debitorum que dictus dominus Gasto, quondam, debebat predicto Luppo Bergundi et pro aliis debitis ipsius nobilis Gastonis, pro salute sue anime, per dictos exequtores sue anime (*sic*), prout ipse nobilis in suo ultimo testamento et alia publica instrumenta (*sic*) voluit et mandavit.

Quare Bernardus de Buros, miles, et magister Garcia A[i], procuratores predicti, oblacionem dictorum VI millium librarum gratam et acceptam habentes, ipsorum VI millium librarum precio, aucto-

ritate procuracionum suarum et nomine prenominatorum, a quibus sunt procuratores in hac parte constituti, et per eos et suos successores, vendiderunt, tradiderunt seu quasi predicto domino regi et suis perpetuo predicta bona et jura, videlicet : census denariorum, gallinarum, cere, piperis et aliorum et agraria, decimas et taschas et aliarum ratione merita, directa, dominia, laudimia, faticas et foriscapia, feuda et jura feudorum et jurisdicciones et alia omnia bona et jura, redditus, exitus et proventus, quicumque sint et quocumque nomine nuncupentur, quos dictus nobilis Gasto quondam habebat et recipiebat et habere et recipere debebat, dum vivebat, et ejus heredes et successores habent et habere debent et ad eos spectant et spectare seu pertinere debent et possunt, quocumque titulo, causa seu modo, in civitate Majoricarum et terminis seu territoriis ejusdem et in villa et valle de Soller et tota parrochia ejusdem et in parrochia de Olonero [1] et in parrochia de Roberins [2] et in parrochia de Roberins (*sic*) et in parrochia de Senceylers et aliis locis et parrochiis insule et regni Majoricarum, prout melius et clarius et utilius dici, scribi et interpretari potest ad bonum et utilitatem dicti domini regis et suorum successorum. De dictis autem sex millibus librarum precii supradicti predicti procuratores se per paccatos tenuerunt et ideo renunciaverunt excepcioni non numerate pecunie et non recepte et doli ; eciam remiserunt eidem domino regi et suis, auctoritatibus et nominibus quibus supra, si quid plus modo valet hec vendicio vel amodo valuerit precio antedicto, extrahentes predicta omnia et singula de posse, jure, dominio predictorum, quorum procuratores sunt, et suorum successorum, auctoritatibus [3] quibus supra, eademque omnia et singula in jus, dominium et posse prefati domini regis Majoricarum et suorum successorum mitentes, tradentes et transferentes, cum omnibus juribus, locis, vocibus, racionibus et accionibus realibus et personalibus, utilibus, mixtis et directis, ordinariis et extraordinariis, quantumcumque in predictis

---

1. Ce devrait être Olerono : Alaron.
2. Probablement Robines.
3. Dans le texte : *auctoritibus*.

omnibus et singulis predictis, quorum procuratores destinati sunt in hac parte, competunt et competere debent aut possunt, jure aliquo, causa seu etiam racione, et, constituentes etiam, auctoritatibus quibus supra, dictum dominum regem et suos dominos et procuratores in rem suam propriam, cum hoc presenti publico instrumento, perpetuo valituro, in corporalem possessionem et tenedonem vel quasi, dictum dominum regem et suos inmiserunt et injuscerunt (*sic*), ad habendum, tenendum, et in pace perpetuo possidendum, dandum, vendendum, impignorandum, stabiliendum et alio modo alienandum et faciendum inde omnes voluntates dicti domini regis et suorum successorum. Promiserunt eciam dicti procuratores predicto domino regi stipulanti se curatores et factores cum efectu quod dicte VI mille librarum convertentur in solutionem debitorum que per dictum nobilem Gastonem, quondam, debebantur dicto Lupo Bergundi seu debentur suis heredibus; et reliquum tradetur dictis exequtoribus Bearni, pro complenda ordinacione dicti domini Gastonis; et quod dicto domino regi vel ejus procuratoribus tradetur instrumentum apoche quam facient heredes dicti Luppi Bergundi, ex eo quod debebatur eis et debetur per dictum nobilem Gastonem; necnon et aliud instrumentum quod heredes ejusdem Luppi Bergundi cedent predicto domino regi et suis jura et acciones eis competentes et que competebant dicto Luppo Bergundi, quondam, in predictis bonis et juribus supra venditis; et ex ipsis accionibus possint dictus dominus rex et sui se defendere et tueri in predictis sibi venditis; item quod predicta domina Costancia et predicti domini episcopus Olorensis et A. de Denguino, executores predicti, recognoscent cum publico instrumento se habuisse illud quod supererit ex predictis VI millibus librarum, preter satisfaccionem inde factam heredibus dicti Luppi Bergundi et quod predicti omnes, a quibus sunt procuratores destinati in hac parte, ratificabunt omnia et singula supradicta et quod dicta domina Margarita, comitiva (*sic*) Fulxiensis, et dictus nobilis comes Fulxiensis, ejus filius, pro eviccione predictorum venditorum, obligabunt se et bona sua predicto domino regi et suis et de his omnibus et singulis fient bona et publica instrumenta et tradentur predicto domino regi vel ejus procuratoribus.

Et, pro predictis eciam omnibus et pro eviccione legitima et legali guirencia et omni dampno et interesse, predicti procuratores obligaverunt domino regi bona omnia quorum procuratores sunt destinati in hac parte, quantumque sint et ubicumque; et quantum ad hoc renunciamus, quorum predictorum procuratores sumus, excepcioni dupplicis decepcionis et accioni recissorie et legi que subvenit deceptis ultra dimidiam justi pretii et omnibus aliis juribus, constitucionibus et privilegiis quibus contra predicta nos vel supradicti, quorum procuratores sumus, in his juvare possemus vel tueri.

III° nonas novembris anno Domini M°CCC°X°. Testes : Berengarius de Sancto Johanne, P. de Pulcrocastro, Romeus de Sagra, milites, Fraciscus Dalmatii, judex dicti domini regis, Laurencius Plasencia, scriptor dicti domini regis, Johannes Hominis Dei, A. Burguesii et R. de Seva.

(*Copie du XIV*^e^ *s.* Arch. du *Real Patrimonio* de Palma, reg. intitulé [1] : *Compras del senyor Rey ab anno* 1299 *ad* 1329, f°s 46 v° et ss.)

179

ARZENS, 4 JANVIER 1311 (n. st.)

Gaston Ier, *comte de Foix, remet à Bertrand Jourdain de l'Isle, pour Gaston, vicomte de Fézensaguet, les châteaux de Capcieux, Arzens, Alairac, Preixan, Fontian, etc., conformément à l'acte d'échange intervenu entre ledit comte et ledit vicomte, lequel est inséré dans la présente pièce.*

Noverint universi quod nos Gasto, Dei gracia comes Fuxi, vicecomes Bearni et Castriboni, attendentes inter cetera magnificas et nobiles dominas dominam Constanciam, Dei gracia vicecomitissam Marciani, amitam nostram, ac dominam Margaritam, eadem gracia comitissam Fuxensem, vicecomitissam Bearni et Castriboni, matrem nostram, per Arnaldum Guillelmum de Bearnio, specialem procuratorem earumdem, et nos, ex una parte, et nobilem virum

1. Ce registre n'est point numéroté.

Gastonem de Armaniaco, vicecomitem Fezensaguelli et Brulhesii, ex altera, convenisse eidem Gastoni super composicione facta inter nos et ipsum de questione seu contrastu et discentione que erat inter nos, ex parte una, et ipsum, ex altera, racione terre Catalonie que fuit domini Gastonis, bone memorie, et domini Bearni, avi nostri materni, patrisque dictarum dominarum, et specialiter racione locorum et baroniarum de Castroveteri de Roanis (*sic*), de Montecathano, dare eidem Gastoni de Armanhaco, causa concordie seu composicionis questionis predicte, castrum seu locum de Capcivis, cum subplemento usque ad mille libras turonensium parvorum redditus in terra nostra Carcassesii, quam habemus in Carcassesio, cum alta et bassa justicia necnon in terra nostra comitatus Fuxi, si predicta terra nostra Carcassesii cum dicto loco de Capcivis non sufficerent ad complementum..... dictarum mille librarum turonensium annui redditus, prout in literis nostris, comitis Fuxi predicti, et domini Gastonis de Armanhaco, vicecomitis Fezensaguelli et Brulhesii, nostrisque et dicti Gastonis de Armanhaco sigillatis sigillis, seriosius continetur, quarum tenor talis est :

Diluns, vigilia de santa Maria de setempbre, anno Domini millesimo trecentesimo decimo, foren, apres alcuns trattamens, totes las coses essengles daval scrites enpreses, covengudes, promeses, acordades ques farien, a bona fe e sens tot mal engan, n'Arnaut G. de Bearn, procurador de las noblas donas na Costansa, vescometesa de Marsa, e na Margarida, comtesa de Foix et vescomtesa de Bearn e de Castelbo, e lo noble en Gasto, comte de Foix, vescomte de Bearn e de Castelbo, per si e per cascu d'els e per lurs hereus e successor, d'una part, e lo noble en Gasto d'Armanhac, vescomte de Fesensgel e de Bruylles, per si e per sos hereus e successors, de l'altra, so es a saber quel dit A. G., procurador de las ditas nobles dones, per nom de procuratio d'aquelas, de la qual procuratio aye a far certitut ab carta e que sia sufficient, e lo dit noble comte, per nom propri, donarau al dit noble en Gasto d'Armanhac et als seus, per totz temps, a totas lor voluntatz, sens totz retinement dels e de cascu altre, Capcivis, ab totz sos dreis e pertenencies e ab tota juridicio, alta et baya et ab cavalers e ab homes,

pleneramentet poderosa, et ab totas rendas et esdevenimens et ab tot zo que senhor de Capcius hy ha agut ne hy deu ho ha costumat d'aver. Donaran encara al dit noble en Gasto d'Armanhac e als seus, per tots temps, a totas leurs (*sic*) voluntatz e sens alcu reteniment, renda a compliment de mille livres de torneses petits, abs zo de Capcios, en castels et en lochs en Carcasses, ab senoyria alta e baxa e ab tota juridiccio et ab tots lurs drets; e si so de Carcasses no baste, que ab zo de Capcius li puxen donar les dites mille livres, zo qu'en falegue li donen es comptat de Foix et el loxhs (*sic*) et en castels, ab tots lors dretz e juridiccions et senoyeria (*sic*) alta et baxa. Los als[1] lochs et castels et rendes, axi cum damunt es dit, ab zo de Capcios deyen et ayen a donar al dit noble en Gasto d'Armanhac hoc a son procurador, d'aquest present dia tro al XV dia part la festa de Nadal primer vinent, sens persones que no aye els ditz castels et lochs. Enpero, si lo dit procurador de les dites nobles dones ho aquelas noblas donas ho lo dit noble comte ho lors lurs daven al dit noble en Gasto d'Armanyach ho als seus la terra de Gavarda, sos[2] tot reteniment, ab tos sos drets e juridiccions, senhoyrias altes et baxes et ab cavalers et ab homes, d'azi a tres ans primer vinens, quel dit noble en Gasto d'Armanyach els seus reten et sien tenguts de redre al dit noble compte ho als seus la renda els castels als lochs que datz li aurian en Çarcasses, a compliment de mille livres de renda ab so de Capcius, axi cum damunt es dit, ho el comtat de Foix, si so de Carcasses no y bastave, axi cum ja es dit, e ses tota triga e enbarch; e quel dit noble en Gasto fara son poder leyalment que la nobla dona na Matha, maire sua, do al dit noble comte lo drech que enten aver en Gavarda. Encara quel dit procurador de las dites nobles dones ho aquels (*sic*) nobles dones ho lo dit noble comte ho lous lurs donen quatuor M livres en deniers de torneses petitz ho lo convalent en deniers ho en moneda d'aur ho d'argent al dit noble en Gasto d'Armanyach ho als seus, en aytal manera que de los dites quatuor mille livres pach

---

1. Pour *quals*.
2. Pour *ses*.

lo dit procurador ho las dites nobles dones ho lo dit noble comte ho altre per els al dit noble en Gasto d'Armanyach ho als seus mille livres, com lo dit noble en Gasto d'Armanyach ho los seus ho altre per el aye livrat al dit noble comte ho a altre per el lo castel de Castelvylh et tots los altres castels e viles e lochs et dretz pertanyens et qae deven pertanyer a las baronias de Muncada et de Castelvyll, aquels so es a saber quel dit noble comte en Gasto d'Armanyach te o d'aqui avant tendra, e do encara al dit noble comte tots dreyts que el aye ho deye aver en les dites baronias, axi en castels, viles et lochs, cavalers et homes e senhorias et juridiccions altes et baxes e generalment tots drets que a las dites baronies ho a hel per raho d'aquelas pertenen ho poden ho deven pertanyer, per qualque altra raho. E las romanens tria mille livres paguen lo dit procurador ho les dites nobles dones ho lo dit noble comte ho lors lurs al dit noble en Gasto ho als seus dins tres ans comtadors continuament, apres que las dites mille livres seyan pagadas, axi com dit es, zo es assaber en cascun an dels dits tres ans, mille livres. Encara quel dit procurador ho lo dit noble comte ho los lurs livren an Bertran Jorda de la Ylla, senhor de Leonach, reembent (*sic*) per nom del dit noble en Gasto d'Armanyach ho a altre procurador d'el, a azo sufficient, los ditz castels et lochs et rendas e Capcius, en la forma damunt dicha, que munten a mille livres de renda ab so de Capcius, e quels li ayen lyovrat, axi com demunt es dit, d'azi al XV dia part la dita festa de Nadal; e quels dits lochs, castels e rendas e Capcius recebe et tingue lo dit en Bertran, per nom del dit noble en Gasto d'Armanyach; e, com lo dit noble en Gasto d'Armanyach aye livrat, per si o per son procurador, al dit noble comte lo dit castel de Castelvyll, axi com desus es dit, quel dit Bertran sye tengut de rendre, seus tot reseument, al dit noble en Gasto tot zo que a el sera estat livrat per la part del dit noble comte. E si, dins los ditz tres ans, lo dit procurador o las ditas noblas donas ho lo dit noble comte avien donada al dit noble en Gasto d'Armanhac la terra de Gavarda, axi cum damunt es dit, sens contrast de negu, sie tengut de redre lo dit noble en Gasto los lochs et castels et rendas que dat li serien estats, ayshi com damunt

es contengut. exceptat lo lochs de Capcius que a hel deu remanir tots temps, axi com dit es. E encontinent, com lo dit en Bertran Jorda ho altre procurador del dit noble en Gasto tendra las coses damunt dites, tramete letra ab son sagel sagelada et ab messatge creedor al dit noble en Gasto d'Armanyach ho a son procurador, quel dit en Bertran a recebut e te, per nom del et del seus, castels e lochs, ab senyoria alta et baxa et ab mer et mixt inperi et ab tota juridiccio, valens mille livres de rende ab so de Capcius.

E. azo feyt. lo dit noble en Gasto ho son procurador ho les seus do e livre, pleneramení e poderosa, al dit noble comte ho a son procurador, per nom d'el, lo dit castel de Castelville e tots altres castels, viles e locs, ab cavalers et ab homes et ab juridiccions e senhorias altes e baxes et ab tots drets pertinyens ho que devent o han acostumat de pertany (sic), per qualque raho ho dret, a las dites baronies de Muntcada et de Castelvill, aquels, so es asaber, quel dit noble en Gasto d'Armanyach te o d'aqui avant tendra. Encara do lo dit noble en Gasto d'Armanyach, per si e per los seus, al dit noble comte e als seus totz dreys e accions a hel pertinyens ho que poden pertiny (sic), en qualque manera, axi per testament de la nobla dona Guilelma de Moncada, tam per altra qualque sye raho, en les dites baronies de Moncada et de Castelvill e en los drets a aquels pertanyens et en vilas, locs, castels, terres, senhories et juridiccions altes et baxes et en cavalers et en homes. Encara li do et li livre tots testamens de la dita nobla dona na Guillelma e cartes e privilegis et escripturas, qualsques (sic) syen, que aye de las ditas baronias e que aver puxe o que fazen o fer puxen per aquels baroniers (sic) ho per los dretz d'aquellas. E que en azo faze lo dit noble en Gasto tot son poder leyalment e sens engan e a tot profiet e millorament del dit noble comte e dels seus. Encara que tot zo que la nobla dona Guillelma vene ho dona en cartes, e no en testamens ho testament, an Bernat de Senteylls ho a la dona sa moller, los sye aprovat e confermat per lo dit noble comte e per nobla comtessa, mare sua. Encara que lo dit noble comte fara fermar e jurar aquestas coses a la nobla comtessa de Foyz, mare sua, e a la nobla comtessa Foy (sic), molher sua. Encara quel dit noble comte ho fara

fermar al (*sic*) tudors, los cals fara donar als fils e filhes seus. E lo dit noble en Gasto d'Armanyach promes que ho fara fermar e jurar a la nobla dona molher sua e a (*sic*) fara fermar als tudors que fara donar a sos fils e filles ; e que cascu dels aura feyt fer azo d'ayzi al dit XV dia part Nadal. E per totas las cosas e senglas demunt dites a servar e a complir, axi com desus son escritas, feu le noble en Gasto d'Armanyach, per si e per los seus, sagrament als sans de Deu quatre evangelis e homenatge de boca e de mans, a costum de Catalunnia, al dit noble comte, axi que, si en res hy venie contra, que fos agut encontinent, per sola mostra d'aquesta carta, per bare, per trahydor, a costum de Cathalnya (*sic*) et a fur d'Arago, e que no s'en pogues escusar ho escondir en nenguna terra ho cort, de casque senyoria fos, per par ni per contrasemble ni per negun linatge darins, ans renuncie al usatge de Barcelona que diu que reptat de bahia se puxe escondre, et a qualque usansa o costum de Cathalunya que diu que per carta negus no sye provat de bahye. E si ultra azo s'en volie escusar o escondir, que s'en agues a combatre, el ol seus, ab lo dit noble comte ho ab los seus, axi quel dit noble en Gasto o los seus sia sols, e lo dit noble comte ho los seus sia ab I cavaler, calques vuylle, ho s'en agues a combatre a dos cavalers de la part del dit noble comte e dels seus. En semblant manera, forma e condicio damunt dites, en totes coses e per totes, feren sagrament e homenatge lo dit noble comte al dit noble en Gasto, per si e per los seus, zo es assaber que s'en agues a combatre ab el ho ab los seus axi quel dit noble comte ho los seus fos sols, el dit noble en Gasto ab I cavaler, qualques volgues, ho s'en agues a combatre ab dos cavalers de la part del dit noble en Gasto d'Armanyach ho dels seus. Encara en Bernat de Centeylles, senyor de Centeylles, e Mich (*sic*) de Pardeylla, en Johan d'Armanhac juraren e feeren homenatge de boca e de mans al dit noble comte que, si lo dit noble en Gasto d'Armanyach ho los seus venien en res contra las coses demunt dites, que els no valrian al dit noble en Gasto d'Armanhac ne als seus, ans farian lor poder leyalment que les dites coses se complicen. En semblant manera

jurarent (*sic*) e feerent homenatge Arnaut G. de Bearn, Eymerich de Barbaza, Arnaut R. de Marsa al dit noble en Gasto d'Armanyach que, si lo dit noble comte ho los seus hi venie contra en res, que no li valrian, ans lor poder farian leyalment que les coses dites se complicen es servasen. Encara jura e feu homenatge lo dit noble en Gasto d'Armanhac al dit noble comte que fara fer sagrament et homenatge an Auger de Barbaza al dit noble comte, en aytal manera e forma cum l'a feyt lo dit en Bernat de Centeylles. Encara lo noble en R. Folc jura e feu homenatge al dit noble en Gasto d'Armanhac que, si li (*sic*) dit noble comte venie contra las cozes desus dites en res e lo dit noble en Gasto les servave que el no li valgues[1], per si ni per altre, al dit noble comte e als seus de qualque guerra o demanda se mogues per las dites coses ho per les dites baronies ho alguna part d'aquellas, ans valgues al dit noble en Gasto et als seus, ab si et ab totz (*sic*) son poder; et azo feu de voluntat del dit comte e per prechs del. E de aquestas cozes totas e senglas sien feytas aytantes cartes eytals com sien mester a cascuna de las parts e a lor profiech, servan so que desus es escritz e ques fasen a conoguda de savis. E maneren e volgren tots los damunt ditz que fossen las davant ditas coses posades en carta ho en escrit per tal que myells poguessen aparer e qu'en fossen feytes dues cartes partides per letres e qu'en tengues la una lo dit noble comte de Foy e l'altra lo dit noble en Gasto d'Armanhac e que en cascuna fossen pousats los sagels pendents del (*sic*) ditz nobles e fosen hic posat, axi com daval apar. Feytes foren las cozes damunt dites ella ciutat de Terragona, lo dia e l'an desus dits.

Nosque comes predictus, constitutus personaliter apud Arzinchum, in area Petri Senherii, bajuli de Arzincho, que est juxta dictam villam, presentibus : domino Petro de Rupe, milite, domino Joanne Auberti, milite, Bernardo Salavinarum, Ramundo Cati, Bertrando Cati, Bernardo de Bellomonte, Bernardo de Rupe, Ramundo Ariberti, domicellis et condominis de Arzincho, et quibusdam aliis nobilibus : Bartholomeo Galardi, Petro Canacrii, Guillelmo Daserii, Micahele Ferreolli, Bernardo Pellicerii, Petro Furnerii de Arzin-

1. Dans le texte il y a : *volgues*.

cho, consulibus dicti loci, et universitate seu majore parte ejusdem, ad vocem preconis de mandato nostro congregatis, legi facimus publice predictas litteras concordie, sigillatas sigillis nostri et dicti Gastonis de Armanhaco, vicecomitis predicti, ut dictum est; in quibus quidem litteris et in vulgari expositis, in presencia dictorum nobilium et universitatis et quarumdam aliarum bonarum personarum, notarii et testium infrascriptorum; nosque comes predictus predicta, quatenus eramus astricti ad predicta complenda, complere volentes et cupientes bona fide, presente eciam nobili viro Bertrando Jordani de Insula, milite, domino de Lennaco, volentes eciam complere quod nobis faciendum et dominabus predictis et nostrum cuilibet, juxta formam et terminos convencionum predictarum in ipsa principali litera contentorum, incumbit, eidem Gastoni, absentia ipsius non obstante, ex certa sciencia, pro nobis nostrisque heredibus et successoribus presentibus et futuris, damus et concedimus eidem Gastoni de Armanhaco, vicecomiti Fezensaguelli et Brulhesii, licet absenti, et Bernardo Trevas de Carcassona, notario domini regis infrascripto, recipienti et stipulanti tanquam persone publice, vice, nomine dicti domini vicecomitis ejusque heredum et successorum, prout potes et debes, ad utilitatem ipsius, et nos eidem vicecomiti facere debemus et tenemur, juxta pacta et conventiones, condiciones, modos et formas positas et scriptas, factas et contentas inter nos et dictum procuratorem dictarum dominarum, ex parte una, et dictum vicecomitem Fezensaguelli et Brulhesii, ex altera, in predictis litteris ipsius composicionis seu concordie, per alphabetum divisis, exinde confectis, nostro et dicti vicecomitis Fezensaguelli et Brulhesii sigillis in ea pendentibus sigillatis et corroboratis, exhibitis ibidem et hostensis sigillatis, ut prima facie apparebat, castrum et locum de Capcivis cum omnibus juribus, redditibus, pertinenciis, cum alta et bassa justicia et juridiccione omnimoda et potestativo, cum feudis et miliciis, militibus et hominibus et cum toto hoc quod dominus de Capcivis habet et habere debet et consuevit in loco de Capcivis et ejus pertinenciis ac territoriis universis pro suo competenti valore; et, ad complementum sive pro supplemento redditus mille librarum turonensium parvo-

rum, quatenus sit necesse usque ad summam predictam, redditus nostrorum castrorum de Arzincho, quatenus ad terras pertinet de Alayracho et de Prexano Carcassesii et castra ipsa cum suis juribus et pertinenciis et territoriis universis, cum alta et bassa justicia et juridiccione omnimoda et explecta eorumdem; item villas et redditus, loca seu castra de Colia, de Belloloco, de Montelanderio, de Montealto, de Cerone comitatus nostri Fuxensis, cum alta et bassa justicia et juridiccione omnimoda et eodem modo cum omnibus juribus et pertinenciis suis ac dominiis et juridiccionibus quibuscumque, prout et quatenus loca ipsa et castra ad nos et dictas dominas pertinere noscantur et nos ea tenemus, possidemus seu quasi ac visi sumus tenere et possidere, prout tamen et quatenus sit necesse ad supplendum redditus mille librarum turonensium predictos, exceptis villis de Lupia, de Botano, de Fajaco, de Henolio, de Sancto Saturnino, de Sarauta, de Sancto Quentino, cum non sint de pertinenciis dictorum locorum superius proxime nominatorum, licet de bajulia eorum aliquibus temporibus fuisse dicantur; constituentes nos tenere et possidere, precario nomine, et vice nobilis viri domini Bertrandi Jordani de Insula, militis, domini de Lennacho ibidem presentis, ad hoc specialiter per nos et dictum vicecomitem Fezensaguelli et Brulhesii communiter et communi concensu deputati, in ipsis litteris principalibus ipsius composicionis seu concordie, castra et loca predicta que per nos, nomine quo supra, donata sunt vicecomiti Fezensaguelli et Brulhesii predicto et tibi notario infrascripto, ut supra et quo supra nomine stipulanti et recipienti, recipienda, tenenda et possidenda per ipsum dominum Bertrandum, vice et nomine vicecomitis Fezensaguelli et Brulhesii antedicti, et tradimus eciam in presenti, cum hoc presenti instrumento, castra et redditus predicta, prout superius per nos donata sunt; nosque exuimus et vos investimus de eisdem, restituenda seu tradenda per vos, domine Bertrande de Insula, vicecomiti predicto, juxta modum et formam, pacta et convenciones in ipsis litteris ipsarum convencionum concordie scripta et contenta, volentes quod, si quid deest quod esse debeat, quod illud pro concesso, adjecto et posito habeatur in donacione predicta et si plus vel aliquid factum vel positum

est quam esse debeat, illud, secundum pacta predicta vel pacta ipsa requirunt vel modus vel forma ipsorum factorum, pro non posito et non adjecto penitus haberi volumus; promitentes ipsi vicecomiti Fezensaguelli et Brulhesii, licet absenti, tibi notario infrascripto, ut supra stipulanti et recipienti nomine et vice dicti vicecomitis Fezensaguelli et Brulhesii, quod nos non fecimus nec faciemus nec per nos aut per alium fieri nunquam consenciemus quominus prefata donacio, per nos superius facta, locorum, castrorum et redditus predictorum rata, firma ac secura perpetuo vicecomiti supradicto ejusque heredibus et successoribus ac inviolabilis subcistat (*sic*), quodque donacionem ipsam, prout superius per nos facta est, de locis, castris et redditibus predictis a prefatis dominabus amita, matre, et Johanna, uxore nostra, et qualibet earumdem aut a procuratore seu procuratoribus ipsarum habentibus ad hec mandatum sufficiens, nostris propriis sumptibus, aprobari, ratificari quathenus ipsas tangit, laudari et confirmari faciemus, bona fide; renunciantes, ex certa scientia, pro nobis nostrisque heredibus et successoribus quo supra nomine dictarum dominarum ac earum cujuslibet, omni juri et racioni quibus contra donacionem predictam, in judicio vel extra, per nos aut per alium, nos aut domine ipse possemus facere vel venire, quibus supra nominibus renunciamus expresse, sic quod donacionem predictam ac universa et singula supradicta tenere et servare et in nullo unquam contrafacere vel venire, nisi quatenus pacta ipsa in literis ipsarum convencionum contenta permittent, et secundum ea liceret, quibus supra nominibus et nostro, ac pro nobis nostrisque heredibus et successoribus ad sancta Dei evvangelia a nobis corporaliter tacta sponte juramus.

Quibus peractis et incontinenti, presentibus dictis nobilibus condominis de Arzincho, consulibus et universitate dicti loci seu majore parte ejusdem, voce preconia vocatis et congregatis coram ipso domino comite in dicta area dicti Petri Senherii, ut supradictum est, presente eciam nobili viro domino Bertrando Jordani de Insula, milite, domino de Lennaco, et eciam quibusdam aliis bonis viris, tam laycis quam clericis, prefatus dominus Gasto, comes Fuxi, vicecomes Bearni et Castriboni, in conspectu ipsius castri constitutus, omnium

predictorum nobilium et aliorum, dictum castrum de Arzincho, quatenus ad ipsum dominum comitem et ad ipsam dominam pertinent (*sic*) et ejus possessionem, cum juridiccione alta et bassa et ejus pertinenciis universis, tradidit seu quasi, cum hoc publico instrumento, corporaliter, dicto domino Bertrando Jordani de Insula, recipienti et stipulanti vice et nomine viccecomitis Fezensaguelli et Brulhesii supradicti, tenendum et possidendum, ipsius vicecomitis Fezensaguelli et Brulhesii nomine, et reddendum eidem, juxta condiciones et pacta superius contenta et prout in ipsa originali litera continetur; mandans ipse dominus comes predictis nobilibus condominis de Arzincho necnon consulibus et universitati dicti loci, presentibus vel absentibus, et eorum cuilibet, et expresse precipiens quod dicto domino Bertrando Jordani, de quibus porcionibus et redditibus predicti castri jurium et pertinenciarum ejusdem respondeant et satisfaciant, prout ipsi domino comiti facere consueverunt et tenebantur, et gentibus suis eidemque pareant et intendant, sicut ipsi domino comiti hacthenus facere consueverant et facere tenebantur, quamdiu castrum de Arzincho tenebit et possidebit supradictum; et postea dicto Gastoni, cum per ipsum dominum Bertrandum Jordani traditum fuerit eidem. Et omnes judices, bajulum et servientes et alios officiales quoscumque, qui pro dicto domino comite juridiccionem aliquam in dicto loco exercere consueverunt, revocavit ipse dominus comes et penitus amovit; idemque dominus comes, in signum tradite possessionis et translate in ipsum dominum Bertrandum, quo supra nomine, dictum castrum exivit et vacuam possecionem (*sic*) et liberam dicti castri et pertinenciarum suarum, cum alta et bassa justicia seu juridiccione et pertinenciarum ejusdem, eidem domino Bertrando dimisit in pace, pacifice et quiete.

Ad que predicti nobiles et condomini de Arzincho necnon et consules, tam pro se quam nomine universitatis ejusdem loci de Arzincho, dixerunt et responderunt se paratos esse super predictis, salvis eorum juribus et honoribus, consuetudinibus, statutis et libertatibus, in quibus fuerunt cum dicto domino comite et ipse cum eis et ejus predecessoribus ab antiquo, dicto domino Bertrando intendere et parere, prout debebant et tenebantur, et de juribus debitis et

consuetis ipsius domini comitis, quathenus ad ipsos pertinebit, respondere; protestato per dictos nobiles condominos quod ipsi terciam partem meri et mixti inperii, alte et basse justicie et juridiccionis omnimode ac exercicio et explectis eorumdem, exceptis heresibus, habebant et possidebant seu quasi et pro indiviso castri predicti et pertinenciarum suarum cum domino comite supradicto. Acta fuerunt hec apud Arzinchum, anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo decimo, die lune post festum circumsicionis Domini, in presencia et testimonio domini Aymerici de Turribus, militis, Adzemarii de Monte Spano, domicelli, Petri de Ornesano, domini de Ornesano, Bernardi Jordani de Insula, domicelli, domini Bernardi de Ruppe, rectoris ecclesie de Arzincho, domini Guillelmi Garrici, legum doctoris, magistri Bernardi Cadena, notarii curie domini vicarii Tholose, magistri Petri Gauleni, notarii de Appamiis, et plurium aliorum; et magistri Bernardi Trevas de Carcassona, notarii publici auctoritate regia, qui requisitus hanc cartam recepit; vice cujus et mandato, ego Durandus Adzemarii, publicus Tholose notarius, eamdem scripsi. Ego idem Bernardus Trevas, notarius publicus antedictus, subscribo et signo, domino Philipo rege Francorum regnante (s. m.).

(*Orig.* Arch. du château de Léran. Fonds d'Armagnac, liasse 3e, no 40 [1].)

180

TOULOUSE, 8 JANVIER 1311

Arnaud de Pont, procureur de Gaston Ier, comte de Foix, et Gaston, vicomte de Fézensaguet, s'adressent leurs réclamations réciproques concernant l'exécution du traité intervenu au sujet des terres de Guillelme de Moncade en Catalogne.

Noverint universi, presentis instrumenti publici seriem inspecturi, quod nobilis vir Gasto de Armaniaco, vicecomes Fezensaguelli et Brulhezii, in presencia venerabilis et discreti viri domini

1. Ancien numérotage.

Guillelmi Arnaldi de Ponte, militis, procuratorisque magnifici viri domini Gastonis, Dei gratia comitis Fuxi, vicecomitis Bearnii et Castriboni, et mei Bernardi Guillelmi, Tholose notarii, et testium infrascriptorum, legi fecit per venerabilem et discretum virum dominum Geraldum de Tilheto, legum egregium professorem, quandam papirii cedulam, tenorem qui sequitur continentem :

Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, cum anno Domini millesimo triscentesimo decimo, die mercurii in festo Epiphanie Domini, Tholose, venerabilis et discretus vir dominus Guillelmus Arnaldi de Ponte, miles et procurator magnifici viri domini Guastonis, Dei gratia comitis Fuxi, intimasset quandam donationem factam per eundem dominum Fuxi comitem nobili viro Guastoni de Armaniaco, vicecomiti Fezensaguelli et Brulhezii, castri de Capsious, jurium et pertinenciarum eorumdem (*sic*) et quorumdam aliorum castrorum et locorum que asserebat dictum comitem habere in dyocesi Carcassensi et comitatu Fuxi, videlicet : castra de Arzencs et de Layraco (*sic*) et de Prixano et de Cuelhas, de Belloloco et de Montelanderio et de Montealto et de Trione [1] (*sic*) comitatus Fuxi, ratione conventionis inter eos inhite et facte ratione terre Catalonie que condam fuit domini Guastonis de Bearnio; quam donationem asserebat dictus comes se fecisse cuidam notario publico, stipulanti et recipienti dicta castra et loca cum suis juribus et pertinenciis universis, vice et nomine dicti vicecomitis, ea verbothenus et realiter dictum comitem tradidisse domino Bertrando Jordani de Insula, ad hec a partibus deputato, eamque donationem dictus procurator eide[m] vicecomiti faceret verbotenus in presenti, asserens se vel dominum suum ipsius vicecomitis vel procuratoris sui ad hec sufficientem copiam non habuisse pro predictis complendis, juxta pacta et conventiones inhitas inter ipsos, requirensque, nomine quo supra, dictum vicecomitem, sub penis in dictis convencionibus contentis, ut omnia et singula que idem vicecomes tenebatur facere et complere, secundum predictas conventiones, teneret et compleret et inviolabiliter observaret et de hoc requireret fieri publicum instrumentum; idem vicecomes dixit et respondit quod procuratorii et

1. Pour *Cerone*.

requeste copiam habere ex integro volebat; quibus visis et conventionum litteris et instrumentis inter eos inhitarum et factarum diligenter inspectis et intellectis, si completa erant integre et perfecte universa et singula que fieri et compleri debebant sibi et suis per partem dicti comitis et suorum, secundum tenorem et seriem predictarum conventionum et pactorum inter ipsos inhitorum, offerebat se paratum universa et singula facere et complere que agere et complere debebat in predictis, juxta conventiones et pacta predicta inter eos inhita. Et, deliberatione quali potuit habita tarde propter deffectum copie, per diffugia procuratoris comitis Fuxi retardate, et deffectum notarii, cum eam non habuerit nec habere potuerit, dixit quod idem comes vel procurator sui ipsius vicecomitis vel suorum procuratorum ad hoc sufficientem copiam, diu est, habuerant et nunc habebant, et, tres dies elapsi sunt, habuerant in Tholosa, ipsius vicecomitis et procuratorum suorum prope loca eidem. Item traditio realis locorum et castrorum sibi assignandorum et tradendorum, ex causis predictis, ipsi eidem vicecomiti vel procuratori vel procuratoribus ad hec sufficientibus debebat et debet fieri realiter, nec per ipsum stetit nec stat quominus facta fuerit nec, si facta fuit domino Bertrando Jordani de Insula, artat ipsum vicecomitem, cum nondum certioratus fuerit per modum in litteris conventionum contentum seu appositum. Item, quia de conscenssu dominarum Costancie, amitte dictorum comitis et vicecomitis, et Margarite, matris ejusdem comitis, non costat (*sic*) sufficienter, quod requirebant juxta conventiones predictas inter ipsos inhitas. Item quia emancipatio liberorum dicti comitis Fuxi non precessit, que tamen fieri debuit, et potuit saltim, de principis rescripto, et fieri debebat, juxta condicta inter eos etiam ordinata. Item quia Bernardo de Sentelhis et ejus uxori non sunt completa illa que compleri debebant per comitem Fuxi, juxta conventiones et pacta inter ipsos comitem et vicecomitem facta et inhita. Item quia domina comitissa Fuxi, mater dicti comitis, et uxor eciam ejus non juraverunt predictam conventionem et alia in conventionibus predictis contenta. Item quia jurisdictio dictorum locorum in summa mille librarum turonensium facit idem comes computari, cum computari non debeant juxta condicta inter

eos. Item cum castrum de Capcious, cum juribus et pertinenciis suis, quod dicitur traditum et assignatum ex causis predictis, est adjudicatum per curiam domini regis Francie nobili domine Mate, matri ejusdem vicecomitis, et, super excecutione facienda judicati, causa pendet et lis inter ipsam matrem ipsius vicecomitis et comitem Fuxi. Item quia aliqua bona, de illis que dicuntur tradita domino Bertrando Jordani, aliquibus subjacent honeribus et debitis, videlicet : pro provisione inmuratorum quam tenetur facere quibusdam inmuratis in civitate Carcassone; item et pro dote domine Margarite, matris ejusdem domini comitis Fuxi, et quibusdam pluribus aliis, cum tamen libera et quita ab omni honere et debito eidem vicecomiti tradenda, juxta conventiones inhitas inter ipsos; unde, cum idem vicecomes, a tempore conventionum inter ipsos inhitarum et factarum super predictis, paratus fuerit et adhuc sit universa et singula, ad que tenetur et debet facere, tenere et complere, factis ante et completis sibi per dictum comitem Fuxi que per eum debent fieri et compleri, que paratum se offert recipere modo debito completa ; super quibus eciam, cum publicis instrumentis, requisivit dominum Bertrandum Jordani de Insula et modo quo supra obtulit se paratum ad perficiendum omnia et singula predicta, juxta modum et formam pactorum et conventionum inter ipsos comitem et vicecomitem factorum et inhitorum, et adhuc se offert cum effectu.

Qua quidem cedula perlecta dictus nobilis Guasto, vicecomes Fezensaguelli et Brulhezii, requisivit me notarium supra et infrascriptum ut, ex mei officio, de premissis sibi conficerem publicum instrumentum.

Et ibidem dictus dominus Guillelmus Arnaldi de Ponte, miles et procurator dicti domini comitis Fuxi, respondendo dixit quod facienda et complenda per dictum dominum comitem seu dominam comitissam et ejus uxorem et filios et ceteros omnes partis ejus, juxta pacta et conventiones predictas, erant facta et completa; propter que predictus dominus vicecomes facere tenebatur cessionem, donationem et traditionem jurium eidem vicecomiti competentium in dictis seu pro baroniis de Montecatana (*sic*) et de Castroveteri et castrorum que tenebat in seu de barroniis predictis ipse vicecomes

vel alius pro ipso; requirens eundem dominum vicecomitem dictam donationem et cessionem jurium predictorum fieri per ipsum vicecomitem dicto domino comiti seu ipsi procuratori, ipsius nomine recipienti et pro ipso, et traditionem castrorum predictorum juxta pacta et conventiones predictas; offerens se paratum dictam cessionem et donationem predictorum jurium recipere, quo supra nomine, et possessionem castrorum dictarum baroniarum; petens copiam nichilominus predictorum omnium, ut plenius instructus, deliberatione habita super eis, possit descencius respondere, si ei expediens videatur; dicto domino vicecomite negante predicta completa fore per partem dicti domini comitis Fuxi integre et perfecte, secundum pacta et conventiones supradictas nec se fuisse certificatum, modo debito, quod completa integre fuerint et perfecta, licetz (*sic*) semper paratus fuerit et adhuc sit, ipsis complete perfectis per partem domini comitis Fuxi, ea que ipse debet facere et complere cum effectu; unde dixit ut supra; requirentes eciam dictus vicecomes Fezensaguelli et dictus miles, procurator comitis Fuxi, me notarium, supra et infrascriptum, et ex debito mei officii ut de premissis eisdem facerem publicum seu publica instrumenta tenoris ejusdem, per alphabetum divisa. Actum fuit hoc Tholose octava die introytus mensis januarii, regnante Philippo, Francorum rege, Galhardo, episcopo Tholosano, anno ab incarnacione Domini millesimo triscentesimo decimo. Hujus rei sunt testes : dominus Arnaldus de Giera, magister Johannes de Alberia, Guillelmus Durandi, burgensis Tholose, Petrus de Bossenato, Guillelmus Arnaldi de Faudoas, jurisperitus, dominus Petrus de Vauro, legum doctor, et Bernardus Guillelmi, publicus Tholose notarius, qui requisitus a predictis cartam istam scripsit et alphabeto divisit et signo suo consueto signavit (s. man.). Constat de rasura et interlineari in quibus continetur : *requisitus a predictis cartam istam scripsit et alphabeto divisit.* (s. man.).

(*Orig.* Arch. dép. des Basses-Pyrénées, E 402, sans numéro.)

181

29 MARS 1311

Prise de possession solennelle par les procureurs de Gaston Ier, comte de Foix, de la ville de Martorell et du château de Castelvieil de Rosanès.

[N]overint universi quod die lune que est quarto kalendas aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, in presencia mei Francisci de Rubi, notarii publici Martorelli, pro venerabili Raimundo Emilii, canonico Barchinonense ac rectore ecclesie dicti loci, et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, nobiles viri domini Vitalis de Patras, miles, Augerius de Barbezano, Petrus de Giera et Arnaldus d'Esparveriis, domicelli, constituti personaliter apud quarterias lapideas in platea ville Martorelli, nomine procuratorio nobilis viri domini Gastonis, Dei gracia vicecomitis Fezensaguelli et Brullesii; de qua procuracione fidem fecerunt per publicum instrumentum confectum auctoritate Bernardi de Trevas, notarii publici auctoritate regia apud Tholosam, anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo decimo, quarto nonas marcii ac eciam sigillo pendenti dicti nobilis viri domini Gastonis sigillatum, denunciaverunt et significaverunt universitati ville Martorelli, Castriveteris de Rosanis et castri et termini de Voltraria seu majori parti ipsius universitatis ibidem in dicta platea presenti et congregata ad vocem preconis, ut moris est, et cuilibet ibi presenti pacem, composicionem et transaccionem factam inter dictum nobilem dominum Gastonem, vicecomitem Fezensaguelli et Brullesii, ex una parte, et nobiles, dominum Gastonem, Dei gracia comitem Fuxensem, et nobilem dominam Margaritam, ejus matrem, ex altera, super debato seu controversia quod vel quam inter se habebant de baroniis Montischatani et Castriveteris de Rosanis et absolucionem et quitacionem quam dictus nobilis dominus vicecomes Fezensaguelli et Brullesii fecit nobilibus et innobilibus et aliis dictarum baroniarum et alterius terre quam habebat et tenebat in regno Ara-

gonum et in comitatu Barchinone et in quibuscumque locis Cathalonie ab omni juramento fidelitatis et subjeccione et omni obligacione et nexu et homagio quod (*sic*) antea dicto nobili vicecomiti tenebantur. Et dixerunt, ex parte dicti nobilis vicecomitis, et preceperunt predicte universitati et cuilibet de ipsa universitate quod ammodo obedirent dicto nobili domino comiti Fuxensi, sicut vero domino et prefate nobili domine comitisse, matri sue, et quod eisdem prestarent et facerent fidelitatis juramenta, homagia et debita et consueta facere, sicut antea facere tenebantur dicto nobili domino vicecomiti, domino eorumdem. Et alta voce dixerunt et clamaverunt si erant ibi procuratores nobilium domini comitis Fuxensis et domine matris ejus, qui ipsa homagia et juramenta fidelitatis reciperent a dicta universitate et a quolibet ipsius universitatis et reciperent posessionem corporalem, liberam et vacuam dicte ville de Martorello, quam ipsi procuratores dicti nobilis domini vicecomitis offerebant et obtulerunt se paratos tradere liberam et vacuam ; et de hiis dicti procuratores dicti nobilis vicecomitis pecierunt, ad eternam rei memoriam, et ne predicta valeant ocultari, fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum. Et statim venerabilis Bernardus Pontonerii, capellanus dicti nobilis domini comitis Fuxensis, et nobilis Eymericus de Barbezano, domicellus, constituti in dicta platea super dictis quarteriis, dixerunt, nomine procuratorio dictorum nobilium domini comitis Fuxensis et domine matris ejus, quod ipsi erant parati, nomine procuratorio predicto, corporalem posessionem, liberam et vacuam ipsius ville Martorelli et Castriveteris de Rosanis et aliorum castrorum et locorum et villarum dictarum baroniarum et alterius terre, ad que dictus nobilis vicecomes tenetur secundum transaccionem et pacem predictas, et recipere homagia et sacramenta fidelitatis a dicta universitate et a quolibet ipsius universitatis et ab universitatibus ceterorum locorum predictorum et a quolibet eorumdem. Et fecerunt fidem de suis procuracionibus per publica instrumenta inde confecta et sigillata sigillo cereo dicti nobilis domini comitis Fuxensis. Et statim, hiis dictis, dicta universitas, in dicta platea ibidem congregata ad vocem preconis, ut moris est, et ad mandatum dictorum procuratorum nobilis viri domini

vicecomitis predicti, et presens peciit deliberacionem eis dari super dictis homagiis prestandis et nichilominus pecierunt eisdem translatum in formam publicam concedi et dari de instrumentis procuracionum utriusque partis, videlicet : nobilis viri domini vicecomitis predicti et nobilium domini comitis Fuxensis et domine matris ejus, et de instrumento predictarum pacis, concordie et transaccionis inter eos initarum, in quantum ipsius universitatis intersit. Et similiter omnes procuratores alterutrius partis peciit (*sic*) de procuracionibus alterius partis translatum in formam publicam sibi dari, que fuerunt utrimque concessa.

Quibus sic ordinatis omnes procuratores predicti dicti nobilis viri domini vicecomitis et nobilis domini comitis Fuxensis et domine matris ejus, una cum dicta universitate, accesserunt ad majores januas dicte ville de Martorello, que vocantur portas (*sic*) Danoya, et sunt versus occidentem ; et omnes procuratores predicti nobilis viri domini vicecomitis, juxta dictas januas constituti, receperunt clavem dictarum januarum a manibus Guillelmi Geraldi, bajuli dicte ville de Martorello, et, presente dicta universitate seu majore parte ipsius, in signum posessionis corporalis, libere et vacue, ut asseruerunt, tradiderunt dictam clavem dictis procuratoribus nobilis domini Gastonis, comitis Fuxensis, et domine matris ejus, et katenam seu seram ipsarum portarum seu januarum ; et miserunt procuratores dictorum nobilium domini comitis Fuxensis et domine matris ejus intus villam ; et absolverunt dictum bajulum ab omni(a) homagio et fidelitate quibus esset astrictus dicto nobili vicecomiti ; qui bajulus statim fecit sacramentum fidelitatis procuratoribus dictorum nobilium domini comitis Fuxensis et domine matris ejus. Et procuratores dictorum nobilium domini comitis Fuxi et domine matris ejus ejescerunt (*sic*) de villa extra predictas januas procuratores predicti nobilis domini vicecomitis; et procuratores dicti nobilis domini comitis Fuxensis et domine matris ejus asseruerunt quod illud recipiebant pro posessione dicte ville. Veruntamen dixerunt quod non intelligebant ipsam posessionem esse completam, vacuam et liberam, donec homagia, sacramenta fidelitatis hominum dicte ville receperint.

Quibus sic ordinatis, procuratores predicti nobilis domini vicecomitis, una cum procuratoribus dictorum nobilium comitis Fuxensis et domine matris ejus et quibusdam hominibus, nobilibus et innobilibus, clericis et laycis de Cathalonia, accesserunt ad Castrumvetus de Rosanis et ibidem constituti juxta portale majus ipsius castri, in quo moratur et consuevit morari porterius, procuratores dicti nobilis vicecomitis receperunt claves a manibus Guillelmi Marceti, qui alias dicitur Batist, porterii ipsius portalis, claves ipsius portalis et portalis castri superioris et turris alcioris et majoris dicti castri; et tradiderunt ipsas claves procuratoribus[1] dictorum nobilium domini comitis Fuxensis et domine matris ejus, in signum posessionis corporalis, libere et vacue ipsius castri, ut asseruerunt; et absolverunt dictum porterium ab omni homagio et sacramento fidelitatis quibus esset astrictus dicto nobili domino vicecomiti; et mandaverunt eidem quod faceret homagium et sacramentum fidelitatis procuratoribus dictorum nobilis domini comitis et nobilis domine matris ejus. Qui porterius statim fecit homagium et sacramentum fidelitatis predictis procuratoribus nobilis domini comitis Fuxensis et nobilis domine matris ejus. Et predicti procuratores nobilis domini vicecomitis exierunt de dicto castro extra dictum portale majus et predicti procuratores nobilis domini comitis Fuxensis et domine matris ejus remanserunt intus. Postque, eodem instanti, predicti procuratores nobilis domini vicecomitis apperuerunt (*sic*) januam castri superioris et tradiderunt katenam seu seram ipsius janue dictis procuratoribus nobilis domini comitis Fuxensis et domine matris ejus; et exierunt de dicto castro superiori omnes satellites et clientes et alii homines qui ibi erant, nomine dicti nobilis vicecomitis, ad mandatum dictorum procuratorum ipsius nobilis vicecomitis. Et tunc dicti nobilis Eymericus de Barbezano et venerabilis Bernardus Pontonerii, procuratores predicti, accepto vexillo dicti nobilis comitis Fuxensis, in quadam asta extenso, intraverunt cum suis servientibus et hominibus suis quos voluerunt in dicto castro superiori et ascenderunt in sumitate turris et posue-

1. Dans le texte : *procuratores.*

runt ibi dictum vexillum altum, extensum, signatum signo nobilis comitis Fuxensis, Bearni et Castriboni, et clamaverunt altis vocibus centum vicibus et ultra : *Foix e Bearn*, *Foix e Bearn*, *Foix e Bearn*; et pulsaverunt cornua sive tubas ipsius castri multum. Et procuratores predicti, ex parte nobilis comitis Fuxensis, perquisiverunt totum castrum et ecclesiam ipsius castri et ejescerunt inde quos voluerunt et retinuerunt ibi quos voluerunt et receperunt homagia et sacramenta fidelitatis a badis sive corrodariis ipsius castri. Et procuratores predicti nobilis vicecomitis dixerunt dictis procuratoribus nobilis domini comitis Fuxensis si tenebant se pro contentis de posessione ipsius castri eis deliberata corporaliter, integraliter, liberaliter et vacue; et ipsi procuratores dicti nobilis comitis Fuxensis responderunt quod sic.

Quibus sic ordinatis, post nonam ipsius diei, Arnaldus Valini, Guillelmus Geraldi, Galcerandus d'Agostemps et plures alii de dicta universitate prestaverunt homagium et sacramenta fidelitatis dicto nobili Eymerico de Barbezano, procuratori predicto, recipienti ipsa homagia et sacramenta fidelitatis nomine dicti nobilis domini comitis et domine matris ejus et procuratoris ejusdem in quadam exita Petri Rubei de dicta villa; et in crastinum, qui erat dies martis, de mane convocata ipsa universitate ad vocem preconis et ex mandato dicti nobilis Eymerici de Barbezano, procuratoris predicti, ad valvas ecclesie de Martorello, Berengarius de Plano, Raimundus de Pinu, Guillelmus Merola, Jacobus Campuczol et Guillelmus Thome et major pars ipsius universitatis fecerunt homagium dicto nobili Eymerico de Barbezano, procuratori quo supra. De quibus omnibus universis et singulis supradictis procuratores dictorum nobilium domini comitis Fuxensis et domine matris ejus habuerunt se pro contentis. Et procuratores dicti nobilis vicecomitis et Arnaldus de Viveriis, nuncius et ad hec procurator nobilis viri domini Bertrandi Jordani de Insula, pecierunt, ad eternam rei memoriam, de predictis sibi fieri publica instrumenta per alfabetum divisa per me notarium infrascriptum. Quod est actum die et anno supra in prima linea scriptis.

Sig(s. man.)num mei Galcerandi de Gostemps, scriptoris jurati scribanie Martorelli, qui hec firmo et predictis interfui; presentibus

testibus : Berengario, Dei gracia preposito Celsonense, Petro Xorn, Arnaldo de Insulis, Guillelmo de Pins et Germano de Fos.

Sig(s. man.)num mei Francischi de Rubi, notarii publici Martorelli, pro Raimundo Emilii, canonico Barchinonense ac rectore ecclesie dicti loci, qui predictis peractis in villa Martorelli interfui et hec scripsi et clausi, cum litteris suprapositis in tercia linea, ubi dicitur : *quarto nonas marcii*; et in IIIIª linea, ubi dicitur : *ex una parte*; et in VIª linea, ubi scribitur : *domino*; et in VIIª linea, ubi dicitur : *domini*; et in XIXª linea, ubi dicitur : *domino*; et in XXª , ubi dicitur : *remanserunt intus*; et........., ubi scribitur : *exierunt*; cum litteris tamen rasis et emendatis in secunda linea (ubi) presentis clausure, ubi dicitur : *emendatis*.

(*Orig.* Arch. du château de Léran. Fonds d'Armagnac, liasse 3ᵉ nº 32 [1].)

182

MARTORELL, 30 MARS 1311

Auger de Barbazan, procureur de Gaston, vicomte de Fézensaguet, signifie à Bérenger d'Oris la transaction faite entre le dit vicomte et Gaston Iᵉʳ, comte de Foix, au sujet des baronies de Moncade et de Castelvieil, pour le délier du serment de fidélité; et Bérenger d'Oris, en conséquence, prête hommage à Aymeri de Barbazan, procureur du dit comte.

Notum sit cunctis quod die martis que est tercio kalendas aprilis anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, in presencia mei Bernardi Carrionis de villa Aqualate, notarii publici per totam terram, jurisdiccionem et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, et testium infrascriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Augerius de Berbesano, procurator constitutus a Gastone, vicecomite Fezenaguelli (*sic*) et Brulesii, ad infrascripta, cum publico instrumento confecto per Bernardum de Trevas, notarium publicum

1. Ancien numérotage.

actoritate regia apud Tolosam, anno dominice incarnacionis millesimo trecentesimo decimo nonas marcii, Philippo rege Francorum regnante, constitutus personaliter in villa Martorelli, in hospicio in quo Germanus de Fos inhabitat et in presencia etiam Berengarii d'Oris, militis, significans eidem Berengario composicionem et transaccionem factam inter Gastonem, Dei gratia comitem Fuxensem, vicecomitem Bearni et Castriboni, et dominam Margaritam, per eandem gratiam comitissam Fuxensem et vicecomitissam Bearni et Castriboni, ejus matrem, ex una parte, et dictum Gastonem, vicecomitem Fezenaguelli et Brullesii, ex altera parte, super debatis que de baroniis Montiscatheni et Castriveteris de Rosanis et aliis dictarum baroniarum et alterius terre quam habebat in comitatu Barchinone et in Cathalonia fuerant inter eos et absolucione et quietacione (*sic*) quam fecerant de omnibus et singulis supradictis et de aliis in jamdicto instrumento contentis, dixit et mandavit eidem Berengario d'Oris quod de cetero haberet et teneret dictum dominum Gastonem, comitem Fuxensem, et dictam dominam Margaritam, ejus matrem, pro domino feudi quod dictus Berengarius d'Oris pro dicto nobili comite Fuxensi tenebat et quod dicto nobili comiti Fuxensi et dicte domine matri ejus vel procuratoribus eorum homagium prestaret et quod eciam responderet eidem domino comiti Fuxensi et ejus matri in hiis de quibus dictus Berengarius d'Oris dicto domino comiti et domine matri ejus et predecessoribus eorum respondere et obedire consueverat et eciam teneretur. Ipse enim Augerius, procurator jamdictus, in presentia mei dicti scriptoris et testium infrascriptorum, absolvit dictum Berengarium d'Oris ab omni homagio, fidelitate et naturalitate et qualibet alia necessitate quibus idem Berengarius d'Oris dicto vicecomiti esset astrictus seu modo aliquo obligatus.

Quibus sic peractis, incontinenti dictus Berengarius d'Oris, in presentia mei dicti notarii et testium infrascriptorum, Eymerico de Berbesano, procuratori jamdicto, homagium manibus et ore cum juramento prestitit, ad bonum usum et consuetudinem Cathalonie, sub cujus homagii juramento et virtute idem Berengarius d'Oris, per se et suos successores, promisit dicto domino comiti, licet absenti, et

dicto procuratori suo, presenti et recipienti ipsum homagium et promissionem nomine dictorum comitis et domine matris ejus absentium, esse fidelem et legalem ac eciam ipsum dominum comitem tenere pro domino dicti feudi ipsumque et suos fideliter manutenere et deffendere, respondere et obedire eidem domino comiti et domine matri sue et suis de hiis de quibus dictus Berengarius d'Oris et predecessores sui dicto vicecomiti Fezennaguelli et Brullesii et antecessoribus suis respondere consueverat et etiam obedire. Actum est hoc die, anno et loco prefixis, presentibus testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis : Arnaldo Rubey, Petro de Insulis, Germano de Fos, Bernardo Ferrandi et Bernardo Pontaner, capellano domine Margarite, comitisse Fuxensis, et pluribus aliis.

Ego Bernardus Carrionis, notarius publicus Aqualate et per totam terram, jurisdiccionem et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, autoritate dicti domini regis, hec scribi feci, cum aposito in VIª linea, ubi dicitur : *Montischateni et Castriveteris de Rosanis et aliis dictarum baroniarum et alterius terre quam habet in comitatu Barchinone et in Cathalonia*; et aposito in XIIIIª linea, ubi dicitur : *vice*; et in eadem linea raso et emendato, ubi dicitur : *Fezenaguelli et Brullesii*; et hoc sig(s. man.)num feci.

(*Orig.* Arch. nat., J 880, nº 5.)

183

BARCELONE, 13 AOUT 1311

Ordre adressé à Bérenger de Rajadel, viguier de Vich, de remettre incontinent à Aymeri de Barbazan, procureur de Gaston Ier, comte de Foix, le château de Vich et la partie de cette ville dépendant de la baronie de Moncade.

Dilecto suo Berengario de Rajadello, vicario Ausonie et Bagiarum, Vici, Berge et Berguitani, Rivipulli et Rivipullensis, et cetera. Cum castrum Vici et partem civitatis Vici ad baroniam Montiscatheni spectancia, que pervenerunt ad posse vestrum et vobis comen-

davimus qui ea pro nobis tenetis, concesserimus gratiose tradere et deliberare nobili Gastoni, comiti Fuxensi et vicecomiti Bearni et Castriboni, et, loco et nomine ejus, Aymericho de Barbaçano, una cum illis rebus et bonis omnibus que cum castro et parte dicte civitatis recepistis ; ideo vobis dicimus et mandamus quatinus castrum et partem premissa, cum omnibus illis rebus et bonis, que cum castro et parte dicte civitatis, ut predicitur, recepistis, tradatis et deliberetis incontinenti dicto comiti Fuxensi et, loco et vice ejus, Aymericho de Barbaçano predicto. Volumus attamen quod recipiatis inde publicum instrumentum de tradicione castri predicti et partis civitatis prefate et rerum et bonorum predictorum, que in instrumento ipso singlariter (*sic*) exprimantur. Quod instrumentum continuo ad cancellariam nostram mittere non tardetis. Datum Barchinone III° idus augusti anno Domini M°CCC°XI°.

(*Copie.* Arch. d'Aragon, reg. 208, f° 30 v°.)

APPENDICE[1]

I (12 A)

15 mai 1156

De valle de Caboed et Sancti Johannis. Donacio Raimundi de Chaboet[2].

Pateat cunctis presentibus atque futuris ad quos hec scriptura pervenerit quod ego Raimundus de Caboez dono et trado corpus meum Domino Deo et Sancte Marie Sedis in chanonicum regularem cum omni alodio meo et feuvo quem teneo per beatam Mariam et per episcopum Urgellensem. Tali scilicet modo hanc donacionem facio quod habeat chanonica Sancte Marie Sedis unum mansum in Arts, scilicet Mironis de Chastel, et alium in Cevis qui est Mironis Petri et alium in Aoss quem tenet Mir Bernard et alium in Thor quem tenet Jouan Guitard. Et habeat dominus meus Bernardus, Urgellensis episcopus, et omnes successores ejus potestatem in ipsis castris de Arts et de Cevich et de Thor et in omnibus aliis que in valle Sancti Johannis edificata fuerint, si qua forte ibi edificabuntur, per quantascumque vices ipse vel ipsi requisierint per se vel per nuncios suos ab ipsis quicumque castella supradicta tenuerint iratis sive paccatis. Preterea dono et concedo supradicte canonice Sedis villam que dicitur Ferrera et Chaseles, cum omnibus suis pertinentiis necnon et mansum de Ponts cum omnibus que ad ipsum mansum pertinent, scilicet molendinis, terris et vineis, cultis et heremis,

1. L'impression des actes précédents étant déjà terminée, l'on a jugé utile d'ajouter les documents qui forment cet appendice. Les numéros entre parenthèses se rapportent à la série des textes antérieurs ; ils serviront, dans la table générale des pièces justificatives, à remettre les documents supplémentaires dans l'ordre chronologique.

2. Analyse ancienne.

receptis et lezdis et cunctis aliis absque omni retentu. Dono quoque et concedo domino meo B., episcopo, suisque successoribus, ut orent pro anima mea, mansum de Lobeza cum omnibus suis pertinentiis; et est in villa de Assnurre que cognoscitur esse propria de jure et dominio episcoporum. Insuper diffinio et evacuo omnes forzes et toltas et bajulias quas ego et pater meus usque nunc, juste vel injuste, exegimus in predicta villa de Asnurre sive in honore chanonice que est in valle de Ergolel. Hanc vero donacionem facio pro remedio anime patris mei et mee necnon et patrui mei Guillelmi Guitardi qui maximam partem de supradictis Deo et Sancte Marie Sedis in valle Sancti Johannis concessit.

Addo preterea predicte donacioni vallem de Chaboez, cum suis pertinentiis, tali condicione quod dominus B., episcopus, sive successores sui habeant potestatem in ipsis chastellis que in ipsa valle sunt vel erunt, scilicet in Chastel Podoll et in Pug et in Serra et in Trogo, per quantascumque vices ipse vel ipsi, per se vel per nuncios suos, requisierint ab illis qui predicta castra tenuerint, iratis sive paccatis. Et habeat predictus episcopus et successores sui in hominibus utriusque vallis, tam militibus quam peditibus, *hosts* et *cavalcadas* et *chorts* et *pleids* et *seguiments* et in omnibus castellis predictarum vallium intrare et exire et gerregare absque omni contradiccione, contra cunctos homines vel feminas. Dono insuper predicte chanonice Sancte Marie Sedis ipsum castellum de Conarbad, cum omnibus suis pertinentiis.

Supradictum vero honorem, scilicet vallem Sancti Johannis et vallem de Chaboet, exceptis his que chanonice Sedis et episcopis ejusdem donavi, concessi et evacuavi, videlicet quatuor mansos supradictos : I in Arts et alium in Cevis, tercium in Aoss, IIII in Thor et Ferrera et Chaseles et mansum de Ponts et chastrum de Chonarbad ad suum proprium alaudium et hoc quod dedi episcopo in villa de Asnurre et chanonice in valle de Ergolel, teneat et habeat Arnalldus, frater meus, per manum domini B., Urgellensis episcopi, et successorum ejus; et donet eis potestatem de supradictis castris per quantascumque vices ab eo requisierint, per se vel per nuncios suos, irati sive paccati, absque omni contradiccione et faciat eis *hosts* et

cavalcades, *chorts e pleids* et *seguis* cum omnibus militibus et peditibus utriusque vallis et sit suus solidus contra cunctos homines et feminas.

Si vero Arnalldus hoc facere noluerit habeat dominus meus B., episcopus, et successores sui totum hoc quod habeo vel habere debeo in valle Andorre per eundem episcopum integre et absque omni retentu in suam propriam dominicaturam, in perpetuum. Et Raimundus de Eveg, nepos meus, habeat medietatem tocius mei honoris, exceptis supradictis donacionibus Sancte Marie ejusque chanonice et episcoporum et habeat R., nepos meus, illud dominium et illam solidanciam quam ego habeo vel habere debeo super Arnallum, fratrem meum, per domnum B., Urgellensem episcopum, et successores ejus et donet illis potestatem de ipsis chastellis et faciat servicium *hosts*, videlicet *cavalcades*, *chorts* et *pleids* et *seguimentis*, sicut supradictum est de Arnallo. Si vero R., nepos meus, obierit sine legitimo infante habeat hoc simili modo Petrus de Eveg, frater ejus. Actum est hoc anno ab incarnacione Domini CLVI post M, XVIII anno regni Ludovici regis, XVIII kalendas junii. Sig+num Raimundi de Caboez qui hanc donacionem feci, firmavi, firmarique rogavi et, sicut superius scriptum est, me ipsum et omnem supradictum honorem in manu domini B., Urgellensis episcopi, et tocius ejusdem Sedis capituli tradidi, donavi et evacuavi et ab omni proprio ibidem me evacuavi, ita scilicet quod nunquam amplius, neque per kartam neque per testamentum vel alio aliquo titulo, de hoc possim mutare voluntatem meam. Sig+num Bernardi, prioris. Sig+num Petri Guillelmi, archidiachoni. Sig+num Girberti, archidiachoni. Sig+num Poncii, archidiachoni. Sig+num Guillelmi. Sig+num Guillelmi, primicherii. Sig+num magistri Guillelmi. Sig+num R. Guitardi. Sig+num R. Operarii. Sig+num Bernardi de Estavar. Sig+num Atonis. Sig+num Petri de Eveng. Sig+num Petri Girberti. Sig+num R. de Autes. Sig+num Berengarii de Palad. Sig+num A. Sancti Stephani. Sig+num Guillelmi de Alb. Guillelmus, presbiter, hoc scriptum scripsit et cum hoc suo assueto sig (s. manuel) no corroboravit.

(*Copie*. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. I, n° 934.)

II (12 B)

18 juin 1156

Testamentum predicti R. De valle Cabod et de valle Sancti Johannis [1].

In Dei eterni salvatoris nomine. Ego Raimundus de Caboez timens penas inferni cupiensque pervenire ad gaudia paradisi, cum memoria integra et plena loquela, facio testamentum meum et eligo manumissores meos dominum meum B., Urgellensem episcopum, et R., priorem Organiani, atque A. de Monte Ferrario ut ipsi sint distributores mearum rerum. In primis precipio quod omnia mea debita sint soluta; et dono corpus meum in vita sive in morte Domino Deo et Sancte Marie Sedis Urgellensis, cum omni alodio meo et feuvo quod habeo per predictum episcopum, ita ut quamdiu vixero serviam fideliter et sine engan prenominato episcopo suisque successoribus juxta mandatum eorum.

Dimito quoque Sancte Marie Sedis vallem Sancti Johannis, sicuti juravi et continetur in sacramentali quod feci domino meo B., Urgellensi episcopo, scilicet ut habeat potestatem ipse et successores sui de ipsis castris que sunt in valle Sancti Johannis, videlicet de Arts et de Ceviz et de Thor et de omnibus aliis que in terminis sunt vel infra terminos ejusdem vallis edificabuntur, si qua forte ibi edificata fuerint. Et dimito chanonice Sancte Marie Sedis quatuor mansos in predicta valle : unum in Arts, quem tenet Mir de Castel, et alium in Ceviz, quem tenet Mir Pere, et alium in Aoss, quem tenet Mir Bernard, et alium in Thor, quem tenet Johan Guitard. Insuper addo donationi predicte canonice Sedis villam de Ferreira et de Casellas cum omnibus suis pertinentiis et totum hoc quod habeo in manso de Ponts, in apendicio Sancti Johannis, terras, vineas cultas et heremas, molendina et lezdas et *recept* et quidquid ibi habeo vel habere debeo in integrum. Item relinquo predicte chanonice chastrum meum de Conorbaz, cum omnibus suis pertinenciis, ad suum proprium alodium. Item dimito predicto episcopo et successoribus

1. Analyse ancienne.

suis, ut orent pro anima mea, totum hoc quod habeo vel habere debeo in villa de Asnnurre, scilicet mansum de Lobeza, cum omnibus suis pertinentiis et omnibus aliis que in predicta villa habeo vel habere debeo. Item relinquo ei in Pug de Ministrels ipsum mansum quem tenet Mora. Insuper reddo, diffinio et evacuo toltas et forzas quas fecimus ego et pater meus et avus in villa predicta de Asnnurre, ita ut nunquam amplius fiant ab aliquo de consanguinitate mea sed semper sit libera episcoporum Sedis, secundum voluntatem eorum. Bajulias vero quod injuste recognosco me exigisse huc usque in honore chanonice Sancte Marie quem habet in valle de Ergolel diffinio prorsus et evacuo prenominato episcopo suisque successoribus necnon et canonicis.

Preterea dimito Sancte Marie Sedis Urgellensis et domino meo B., Urgellensi episcopo, suisque successoribus in perpetuum vallem de Caboez cum omnibus suis pertinentiis, ita scilicet quod habeant potestatem in omnibus chastellis ipsius vallis, scilicet de Chastel Podol et de Chastel de Puig et de ipso de Serra et de ipso Drogron et de omnibus aliis si qua sunt vel erunt et habeant illi intrare, exire et guerreigare, cortes, placitos, *hosts* et *chavalgadas*, seguimentum tam in militibus quam in peditibus contra cunctos homines vel feminas. Nichilominus vero relinquo Sancte Marie Organiani illos mansos qui resonant in charta sua quam ego feci ei. Preterea concedo eidem ecclesie quod habeat et possideat libere et solide et absque omni dominio et blandimento alicujus hominis vel femine in perpetuum omne illud quod ego et pater meus et avus dedimus ei in valle Caboez et in Rialp et in Chastelon et in Montlen et in valle Sancti Johannis et in valle Andorra et in cunctis locis; ita quod neque ego neque aliquis de consanguinitate mea dominationem aliquam seu exactionem faciamus in predicta domo Organiani neque in toto honore ipsius.

Militie vero Templi concedo mansum illum quem pater meus dedit illi in Rialp, in loco qui dicitur Gobalds; insuper addo mansum illum predicte milicie quem tenet filius illius hominis qui tenet supradictum mansum de Gombalds. Hospitali quoque Jherosolimitano relinquo mansum unum in Ceviz quem tenet Raimundus Pallares.

Dimitto etiam uxori mee sponsalicium suum sicut in charta sua resonat, donec reddantur ei nongenti solidi in equis et mulis, sicut de patre suo accepi. Beato quoque Petro, cujus ecclesia sita est in vico Sedis, relinquo mansum unum in Vilar quem tenet uxor Arnall Cozol, cum omnibus suis pertinentiis. Dimito quoque sorori mee Gebeline castrum meum de Arts cum omnibus suis pertinentiis, preter hoc quod ibi relinquo chanonice Sancte Marie Sedis et Sancte Marie Organiani, sicut supradictum est, ita ut predicta soror mea habeat predictum chastrum per dominum meum B., Urgellensem episcopum, et successores ejus in perpetuum et donet eis potestatem semper iratis et paccatis, requisita per eos et per nuncios eorum et faciat eis hostes et *calvalgades* et cortes et placitos et seguimentum cum militibus et peditibus ipsius castri contra cunctos homines vel feminas. Post hobitum vero supradicte sororis mee habeat predictum castrum unus ex filiis suis cui ipsa dubitaverit, qui sit solidus Sancte Marie Sedis et episcoporum ejus et faciat eis supradictas fidelitates et servicia.

Alium vero honorem qui remanet relinquo Arnalldo, fratri meo, ut habeat vallem Sancti Johannis et vallem de Caboez et vallem Andorram per dominum meum B., Urgellensem episcopum, et successores ejus in perpetuum et donet eis potestatem de [1] predictis castris, iratis et paccatis, semper per eos et per eorumdem nuncios [2] et faciat eis hostes et cavalcadas et cortes et placitos et seguimentum cum omnibus hominibus vallem (*sic*) Sancti Johannis et valle (*sic*) Caboez contra cunctos homines vel feminas, sine illorum engan, et similiter contra cunctos homines vel feminas sit solidus Sancte Marie Sedis et episcoporum ejus. Preterea habeat supradictus Arnalldus Rialp et Castelon per comitem Urgellensem, sicuti ego habeo per eum; et habeat castrum de Montlen per alodium, sicuti ego habeo.

Si vero Arnalldus, frater meus, noluerit habere per Sanctam Mariam Sedis et episcopos ejus vallem Sancti Johannis et vallem de Caboez, sicut supradictum est, propter ingratitudinem illius balzie

1. Le copiste a mis fautivement *vel* au lieu de *de*.
2. Membre de phrase oublié.

quam de me fecit qui abstulit honorem meum et equum meum, cum nichil aliud mihi remansisset et carthas meas et me miserum et graviter infirmum de domo mea expulit qui eum quasi ex nichilo feceram et, propter hoc quia conatur aufferre ecclesie Christi elemosinas quas pro peccatis meis offerre cupio, dono, relinquo, trado Sancte Marie Sedis Urgellensis et domino meo B., episcopo Urgellensi, et successoribus suis in perpetuum hoc totum quod habeo vel habere debeo in valle Andorra, ita quod nemo de consanguinitate mea habeat ibi aliquid amplius sed libere et solide sit semper proprietas Sancte Marie Sedis et episcoporum ejus. Medietatem vero vallis Sancti Johannis et vallis Capoez quam ego dederam A., fratri meo, preter hoc quod superius relinquo Sancte Marie Sedis et Sancte Marie Organiani, relinquo R. de Eveg, nepoti meo, ut habeat eam per Sanctam Mariam Sedis et per dominum meum B., Urgellensem episcopum, et successoribus (*sic*) ejus in perpetuum; et donet eis potestatem semper iratis et paccatis de supradictis castris et faciat eis hostes et chavalcadas et seguimentum cum omnibus hominibus utriusque vallis, peditibus scilicet et equitibus contra cunctos homines et feminas. Alia vero pars quam mihi retinui sit libere et solide Sancte Marie Sedis et domini mei B., Urgellensis episcopi, et successorum ejus in illorum proprietatem.

Alium vero honorem quem teneo per comitem Urgellensem et per Gauceranmum de Pinos et castrum de Montlen quod habeo per alodium relinquo R. de Enveg, nepoti meo, et si R. obierit sine legitimo infante habeat P., frater ejus, hoc, sicut scriptum est de Raimundo et si P. obierit sine legitimo infante habeat hoc similiter G., frater ejus. Ad ultimum precipio quod R. de Abella habeat homines suos divisos in valle Sancti Johannis, sicuti ego juravi ei. Insuper mando omnibus militibus et peditibus utriusque vallis supradicte quod teneant se cum episcopo vel successoribus suis et cum R. de Eveg contra cunctos homines et feminas fideliter sine engan, si A. noluerit hoc facere quod supradictum est. Insuper dono, relinquo et evacuo Sancte Marie de Adrail in Arts mansum de Batalla cum vacca et tunna et manducare et omni censu que solet et debet facere mihi et meis absque omni retentu et liceat ei facere

carbones in honore meo quandocumque voluerit sine omni precio. Actum est hoc anno ab incarnacione Domini C°M°L°VI° (*sic*) post millesimum, IIII°X° kalendas julii. Sig+num R. de Caboez qui hoc testamentum scribere jussi, firmavi testibusque firmare rogavi. Sig+num Bernardi, Urgellensis episcopi. Sig+num R. prior Organiani. Sig+num A. de Montefferario. Sig+num B. de Palaz. Sig+num G. de Stamariz. Sig+num R. scriptor. Sig+num R. de Bergedan. Sig+num P. de Cardona. Sig+num B. de Aragal. Sig+num Pere de Beregeda. Sig+num G. de Oez. Guillelmus scriptoris (*sic*) qui hanc scripsit die et anno quo (s. man.) supra.

(*Copie*. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 935.)

III (18A)

1er mai 1186

Evacuacio Ermengaudi, comitis Urgellensis, de omni honore quod G. Guitart et Raimundus et Arnaldus de Cabod donaverunt ecclesie Urgellensi [1].

Notum sit cunctis hominibus presentibus et futuris quod ego Ermengaudus, Dei gratia comes Urgelli, consilio et expressa voluntate matris mee Dulcie, per eandem gratiam comitisse, et uxoris mee Alvire, comittisse, concedo et diffinio et in perpetuum dimitto per me et per omnem posteritatem meam Urgellensi ecclesie et tibi Arnallo, Urgellensis ejusdem ecclesie episcopo, et successoribus tuis et canonicis presentibus et futuris [2] ad proprium et ad francum alaudium totum honorem quem Gillelmus Guitardi et Raimundus de Caboed donaverunt et Arnaldus de Caboed tradidit cum sacramentali scripto Urgellensi ecclesie, scilicet vallem Sancti Johannis et vallem de Caboed, cum omnibus castris et municionibus que

1. Analyse ancienne.
2. Dans le texte : *fututuris*.

sunt vel erunt ibi et cum omnibus pertinenciis predictarum vallium et bonorum; omnia hec predicta tali modo concedo et diffinio jamdicte ecclesie et episcopis ejus et canonicis quod nunquam ego nec aliquis de posteritate mea requirat potestatem neque dominium in castris vel municionibus que sunt vel erunt in predictis vallibus set semper sint proprium et francum aloudium, omni remota servitute predicte ecclesie et episcoporum ejus et canonicorum ad omnem suam voluntatem ibi et inde semper faciendam. Preterea promitto Urgellensi ecclesie et tibi Arnallo, ejus episcopo, et successoribus tuis quod si quis velit bauzare vobis de predictis castris et municionibus neque consilium neque auxilium meum vel meorum habebit, imo juvabo vos et successores vestros tenere in pace et defendere predictum honorem contra cunctos homines et feminas. Pro hac autem diffinicione et concessione et remissione recepi de bonis Urgellensis ecclesie CCC morabotinos bonos in auro et pondere per manum Arnaldi, epìscopi, et canonicorum ejusdem ecclesie. Si autem predictos CCC morabotinos boni auri rectique ponderis reddidero infra quinquennium Urgellensis ecclesia respondeat mihi in jure habens et possidens omnia predicta, si a me conventa fuerit super dictis castris et municionibus infra predictum terminum. Transacto vero quinquennio omnia superius dicta perpetuam et stabilem habeant firmitatem, ita quod nec a me nec ab aliquo successore meo aliquo modo possint permutari vel revocari nec etiam Urgellensis ecclesia super hoc aliquo modo de cetero possit conveniri, set si quis hanc diffinicionem et concessionem fringere atemptaverit nil ei valeat set, post dampni dati restauracionem, in duplo eam componat et postea firma permaneat omni tempore. Quod est actum Ylerde kalendas maii, anno dominice incarnacionis M°C°L XXX°VI°. Sig+num Ermengaudi, Dei gratia Urgellensis comitis. Sig+num Dulcie, Urgellenssis comitisse. Sig+num Alvire, uxoris ejus. Sig+num Marchesie, sororis ejusdem comitis, nos omnes qui hec laudamus et firmamus ac testes firmare rogamus. Sig+num R. de Ribelles. Sig+num Gombaldi, fratris ejus. Sig+num Petri de Bellovisu. Sig+num Poncii de Pinello. Sig+num Gillelmi de Mediano. Sig+num Bernardi de Concabella. Sig+num Bertrandi de Valfraosa. Sig+num

Berengarii de Abilia, archidiachoni. Sig+num Bernardi, precentoris Urgellensis. Sig+num deccani qui hujus rei sunt testes. +Berengarius, Dei dignatione Terrachonensis archiepiscopus. Geraldi signum (s. man.) qui hoc scripsit mandato ejusdem Ermengaudi, comitis Urgellensis.

(*Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 954.)

IV (18[B])

21 mai 1186

Arnaud de Perexens, évêque d'Urgel, donne en fief à Arnaud, vicomte de Castelbon, les vallées de Caboet, de San Juan et d'Andorre.

Notum sit omnibus hominibus quod ego Arnaldus, Dei gratia Urgellensis episcopus, consensu et voluntate tocius capituli, salvo tamen jure Bertrandi, filii Bertrandi de Tarasco, concedo tibi Arnaldo de Castrobono, gratia et precibus Arnalde uxoris tue dicte, vallem de Cabouez et comendo tibi castrum de Castellopodol et de Serra et de Pug et de Trogo et de Soler et in valle Sancti Johannis comendo tibi chastrum de Arts, castellum de Tor cum suis pertinentiis, exceptis bajuliis et mansis et dominicaturis nostris et Urgellensis et Organiensis ecclesiarum que habemus in predictis vallibus, sicut continetur in convenientia Arnaldi de Cabouez et Bernardi Sancii, Urgellensis episcopi. Tali pacto concedo et comendo tibi predictum honorem et predictas munitiones ut quocienscumque requisitus fueris a me vel a successoribus meis vel a cannonicis Urgellensis ecclesie, si episcopus abfuerit, per nos vel per nuncios nostros, sive simus irati sive pacati, dones potestatem nobis vel nunciis nostris vel quibuscumque hominibus voluerimus, sine omni enganno, de predictis municionibus et de aliis omnibus si que sunt vel erunt in illis vallibus, ita quod non requiras diem neque horam neque dilacionem aliquam et facias seguimentum tu ipse et omnes homines predictarum vallium mihi et successoribus meis, sicut

determinatum est in convenientia et sacramentali Arnaldi dė Cabouez et donacione Raimundi de Cabouez. Concedo etiam tibi feudum vallis Andorre, salvis per omnia et integris manentibus omnibus convenientiis que scripta sunt inter nos et homines vallis Andorre, salvo semper jure jamdicti filii Bertrandi de Tarasco. Tali convenientia concedimus tibi predicta omnia ut si forte inter te et Arnaldam mortem (*sic*) vel aliqua causa interveniret divorcium omnia suprascripta teneret Arnalda et successores ejus sine tua tuorumque contradiccione. Propter hec omnia sis solidus meus et Urgellensis ecclesie ac successorum meorum et adjuves nos contra cunctos homines et feminas, exceptis comite Urgellensi et comite Cerritano; sed quicumque post te predictum tenuerit honorem sit plene solidus Urgellensis ecclesie et episcopi contra cunctos homines et feminas, nisi fuerit vicecomes Castriboni, qui eamdem faciat solidantiam mihi et successoribus meis quam tu facis et easdem convenientias cum sacramentali. Si vero guerra inter Urgellensem ecclesiam vel episcopum et aliquem istorum comitum vel [u]trumque emerserit habeat episcopus totam terram jamdictam, scilicet milites et pedites et municiones omnes quibus sese possit defendere et adjuvare. Retineo autem in his omnibus mihi et successoribus meis integrum dominium et senioriviun.

Quapropter ego Arnallus de Castrobono facio hominium et (et) fidelitatem tibi Arnaldo, Urgellensi episcopo, et Urgellensi ecclesie et convenio quod de ista ora in antea ero fidelis tibi et successoribus tuis et Urgellensi ecclesie et adjuvabo vos cum omnibus hominibus meis contra cunctos homines et feminas, exceptis comite Urgellensi et comite Cerritano; et dabo vobis vel cannonicis, si episcopus abfuerit, potestatem de omnibus prenominatis municionibus predictarum vallium et de aliis si que sunt vel erunt ibi, per quantascumque vices requisitus fuero a vobis vel a successoribus vestris vel a cannonicis, episcopo absente, per vos vel per nuncios vestros, sive sitis irati sive paccati, ita quod non requiram a vobis diem neque horam neque dilationem aliquam. Potestatem autem dabo vobis vel nunciis vestris vel quibuscumque volueritis sine omni engan neque latitabo neque subterfugiam ne a

me requirantur potestates. Si forte hec omnia non observarem, obmitendo aliquid de supradictis vel non essem in terra ista donent vobis potestatem et successoribus vestris et cannonicis de predictis municionibus castelani predictorum chastrorum et in presentis faciant vobis hominium et fidelitatem et etiam propriis manibus hoc jurent. Preterea homines utriusque vallis faciant vobis hominium et jurent vobis et successoribus vestris atque Urgellensi ecclesie fidelitatem et si aliquid de jamdictis omnibus omni tempore (*sic*) ipsi et castellani teneant se vobiscum sine omni vestro engan et adjuvent vos pro omni posse suo et sint contra me in omnibus que ad modum continetur (*sic*) in sacramentali Arnalli de Cabouez. Ego Arnaldus de Castrobono juro per Deum et hec IIIIor evangelia me adimpleturum et servaturum fideliter omnia superius scripta. Actum est hoc XII kalendas junii anno incarnacionis Christi MCLXXXVI. Sig+num Arnaldi, Urgellensis episcopi. Sig+num Guillelmi, prioris. Sig+num sacriste. Sig+num Berengarii, archidiachoni de Sancta Fide. Sig+num Raimundi, archidiachoni de Altes qui hanc (*sic*) scribi jussimus et firmamus [1]. Sig+num Arnaldi de Castrobono qui hoc juro et firmo. Sig+num Arnalde, uxoris ejus. Sig+num R. de Castellione qui hoc juro. Sig+num Bernardi de Vilaro. Sig+num Raimundi de Selvaniano. Sig+num Berengarii de Tost qui hoc juramus et firmamus. Sig+num Guillelmi, de Tor qui hoc juro et firmo. Sig+num Arnaldi Petri, de Tor. Sig+num Petri Guillelmi, de Tor. Sig+num Guillelmi Martini, de Arts. Sig+num Bernardi Ferrarii, de Arts. Sig+num Raimundi, de Chaselis. Sig+num Raimundi Pinol, de Sancto Johanne. Sig+num Ferrarii, de Ferrera. Sig+num Johannis, de Caseles. Sig+num Petri de Soldevila, de Ministrels. Sig+num Bernardi, de Pug. Sig+num Johannis, presbiteri, de Anorra. Sig+num Arnaldi de Soldevila. Sig+num Guillelmi de Argolel, presbiteri. Sig+num Berengarii de Feners qui hoc juramus et firmamus, mandato et voluntate omnium hominum prenominatarum villarum. Sig+num

---

1. Dans le texte : *firmamamus*.

Petri Ledos. Sig+num Petri Raimundi Onofedi (*sic*). Sig+num Petri Isarni, de Drogo. Sig+num Raimundi Arnaldi, de Trogo. Sig+num Petri de Gradel. Sig+num Petri Bajuli. Sig+num Gacet, de Cabouez. Sig+num Petri Ferarii. Sig+num Petri de Boxedera. Sig+num Ferrarii de Vilar. Sig+num Johannis de Vilar. Nos sumus homines vallis de Cabouet qui hoc firmamus et juramus mandato et voluntate omnium aliorum. Sig+num Arnaldi de Amenla. Sig+num Raimundi de Aina qui hoc juramus et firmamus. Sig+num Raimundi de Sancto Martino. Sig+num Arnaldi de Saga. Sig+num Guillelmo (*sic*) de Sancto Johanne. Sig+num Petri, archidiachoni de Eveg. Sig+num Bernardi, precentoris. Guillelmus de Valle qui hoc scripsit die et anoque (*sic*) (s. man.) prephato.

(*Copie.* Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 909.)

V (26 A)

11 AVRIL 1201

Sacramentum quod A. de Kastrobono fecit episcopo de Villamuro [1].

Juro ego Arnalldus de Castrobono tibi domino meo B. de Villamur, Urgellensi episcopo, quod de ista ora in antea ero fidelis tibi et successoribus tuis de corpore, vita et membris et canonicis et possessionibus Urgellensis ecclesie per bonam fidem et sine omni tuo tuorumque successorum engan; et dabo vobis potestatem de omnibus castellis et forciis que sunt vel erunt in valle de Caboed et in valle Sancti Johannis, videlicet de Castelpodol et de Serra et de Pug et de Trogo et de Soler et de Arts et de Tor et de omnibus aliis si que ibi sunt vel in antea constructe fuerint in dictis vallibus, per quantas vices tu et successores tui vel canonici Sedis Urgellensis a me requisieritis per vos vel per nuncios vestros, irati vel paccati, ita quod non requiram a vobis diem neque oram dilacionis nec ocultabo me nec faciam nec fieri paciar unde diferantur potes-

1. Analyse ancienne.

tates sed dabo eas vobis vel nunciis vestris sine omni contradiccione, cum quantis et quibuscumque hominibus eas accipere volueritis.

Insuper volo et mando et in perpetuum constituo quod si ego vel ille vel illa qui locum meum tenuerint non essemus in terra ista castellani predictorum castrorum donent potestates dictas sine omni prolongacione et dilacione, non expectato mandato nostro, vel nuncio, episcopo Urgellensi vel canonicis quandocumque requisiti fuerint ab eis vel eorum nunciis. Iterum comendo et libero tibi et absolvo propter hoc omnes castellanos et milites predictorum castrorum et municionum quod similiter donent tibi et successoribus tuis et canonicis potestatem de omnibus predictis castellis et fortedis et absolvo eos ut ipsi teneant se vobiscum sine vestro engan et adjuvent vos pro posse suo et sint contra me in omnibus, si forte, quod abssit, ego aliquid vel in aliquo fallerem de his supradictis et faciant vobis hominium et jusjurandum propter hoc ut firmius a me et ab eis observetur totum hoc quod superius dictum est.

Addo insuper quod omnes homines utriusque vallis faciant vobis hominium propter hoc et jurent vobis et successoribus vestris fidelitatem et concedo et libero eos vobis propter hoc et absolvo eos ut teneant se vobiscum contra me et adjuvent vos pro posse suo, sine vestro engan, si ego in aliquo vel in aliquid fallerem de his supradictis et constituo in perpetuum quod omnes successores mei et successores castellanorum et militum predictarum vallium et successores hominum similiter et predictarum vallium faciant vobis et successoribus vestris hujusmodi hominium et jusjurandum.

Addo insuper quod in omnibus et per omnia atendam et adimplebo omnes convenientias que sunt inter A. de Caboed et ecclesiam Urgellensem et tenebo et observabo composicionem amicabiliter et pausamentum quod factum est inter me et dominum B., Urgellensem episcopum, per manum R. de Urg et P., Sancti Martini de Canego abbatis. Sic Deus me adjuvet et hec sancta IIII^or^ evangelia.

Et ego B. de Vilamur, Urgellensis episcopus, per me et per meos successores concedo et laudo tibi A. de Castrobono omnem honorem vallis de Caboed et vallis Sancti Johannis et vallis Andorre,

cum omnibus suis pertinenciis, sicuti A. de Perexenz, Urgellensis episcopus condam, tibi dedit et concessit, salvo tamen jure Urgellensis ecclesie. Quod est actum III idus aprilis anno ab incarnacione Christi MCCI. Sig+num A. de Castrobono qui totum quod superius dictum est propriis manibus juro. Sig+num B., Urgellensis episcopi. Sig+num R. de Urg. Sig+num P., abbatis. Sig+num P. de Josa, Urgellensis archidiaconi. Sig+num G. de Pinos. Sig+num R. de Vilamur. Sig+num B. Ermengaud. Sig+num B. de Castroarnaldi. Sig+num Mir de Fontaneda. Sig+num R. de Ergolel. Sig+num B. de Alzamora. Sig (s. man.) num Petri de Palerols qui hoc scripssit jussu R. de Tost, capellani.

(*Copie*. Arch. capit. d'Urgel, cartulaire, vol. 1, n° 1006).

TABLE ALPHABÉTIQUE

TABLE DES PIÈCES JUSTIFICATIVES

*

ERRATA

P. 275, *ligne 10, au lieu de f° 251, lire f° 151.*

P. 400, *ligne 43* (2e *col.*), *au lieu de Rimundusa, lire Raimundus.*

MACON, PROTAT FRÈRES, IMPRIMEURS.

Luchaire, professeur d'histoire du moyen âge à la Faculté des lettres de Paris. Histoire des Institutions monarchiques de la France sous les premiers Capétiens (987-1180). 2e édition revue et augmentée, 2 vol. in-8° XIV-338 et 379 p... 15 fr. Ouvrage auquel l'Académie des Sciences morales et politiques a décerné le prix d'Histoire générale.

— Histoire des institutions monarchiques de la France sous les premiers Capétiens (mémoires et documents), étude sur les actes de Louis VII, 1885. 1 volume in-4, br., avec planches de sceaux fac-similés .... 15 fr.

— Louis VI le Gros, annales de sa vie et de son règne (1081-1137), avec une *introduction historique* développée. Paris, 1890, 1 vol. in-8° CC. et 395 pp. 10 fr.

— Alain le Grand, sire d'Albret. L'administration royale et la féodalité du Midi (1440-1522). 1877, 1 vol. in-8° de 240 pages..................... 3 fr.

Tardif (Jules). Monuments historiques (cartons des rois). Paris, 1866, 1 vol. in-4°, pages et atlas in-fol. de 15 pl.............................. 15 fr.

Les cartons des Rois constituent la série des Archives Nationales qui contient les documents les plus anciens et les plus précieux de ce riche dépôt. En publiant ce volume, l'administration des Archives avait voulu présenter au public moins un inventaire qu'un recueil de textes d'une rareté et d'une importance insignes. — Aussi les documents les plus anciens, compris entre 528 et 1180 sont pour la plupart reproduits « in extenso ». C'est là que l'on trouve les meilleurs textes de la suite unique au monde des originaux des diplômes Mérovingiens et de la collection si nombreuse des actes Carlovingiens. — La 2e partie du volume contient l'analyse détaillée des documents compris entre 1181 et 1789. — Une table de noms de personnes et de lieux facilite les recherches dans ce recueil.

Fournier (Paul), professeur à la Faculté de droit de Grenoble. Le royaume d'Arles et de Vienne (1138-1378). Étude sur la formation territoriale de la France dans l'Est et le Sud-Est. 1 vol. in-8° (XXII-554 p.)............. 12 fr. Ouvrage auquel l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres a décerné le 1er prix Gobert.

Boissonnade (P.). — Histoire de la réunion de la Navarre à la Castille, essai sur les relations des princes de Foix-Albret avec la France et l'Espagne (1470-1521). 1893, 1 vol. in-8° (XXVI-686 p.)....... .... 7 fr. 50

Flourac, archiviste des Basses-Pyrénées. Jean Ier, comte de Foix, vicomte souverain de Béarn, lieutenant du roi en Languedoc. Etude historique sur le Sud-Ouest de la France pendant le premier tiers du XVe siècle. Paris, 1884, 1 vol. in-8°, br., VII-314 p.. 5 fr.

Saige (Gustave). Les Juifs du Languedoc, antérieurement au XVIe siècle. 1881, 1 vol. in-8°, papier de Hollande..................................... 7 fr. 50

Quicherat (Jules). *Mélanges d'archéologie et d'histoire*. Tome I : Antiquités celtiques, romaines, et gallo-romaines, mémoires et fragments réunis et mis en ordre, par A. Giry et A. Castan, précédés d'une notice sur la vie et les travaux de J. Quicherat, par R. de Lasteyrie, et d'une bibliographie de ses œuvres. 1 vol. in-8°, avec une grande quantité de figures dans le texte et 7 planches hors texte.. 15 fr.

Tome II : Archéologie du moyen âge, mémoires et fragments réunis par R. de Lasteyrie. 1 vol. in-8°, avec une grande quantité de figures dans le texte et 11 planches tirées à part (presque épuisé).......................... 25 fr.

MANUEL DE PALÉOGRAPHIE LATINE ET FRANÇAISE

DU VIe AU XVIIIe SIÈCLE

SUIVI D'UN DICTIONNAIRE DES ABRÉVIATIONS

Par Maurice Prou, bibliothécaire à la Bibliothèque Nationale

Avec 23 fac-similés en phototypie

Paris, 1892, 2e édition, 1 vol. in-8° carré, br., planches................. 12 fr.

Nouveau Recueil de fac-similés d'écritures du XIIe au XVIIe siècle (Manuscrits latins et français) accompagnés de transcriptions par Maurice Prou, bibliothécaire à la Bibliothèque Nationale. Paris, 1896, 12 planches phototypiques et texte en un carton in-4°.............................. 6 fr.

Mâcon, Protat frères, imprimeurs.



